Aristophanes, of Byzantium

# ARISTOPHANIS BYZANTII

## GRAMMATICI ALEXANDRINI

## FRAGMENTA

COLLEGIT ET DISPOSUIT

AUGUSTUS NAUCK.

ACCEDIT R. SCHMIDTII COMM. DE CALLISTRATO ARISTOPHANEO.

HALIS
SUMPTIBUS LIPPERTI ET SCHMIDTII.
1848.

VIRO SUMME REVERENDO

# IOANNI FRIDERICO MUELLERO

MUEHLBERGAE PROPE ERFORDIAM VERBI DIVINI MINISTRO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

A. N.

# Praefatio.

Quo pauciora veterum scriptorum monumenta possidemus integra, eo magis deperditorum par est fractas tabulas componi et ad imagines auctorum conferri ex situ et tenebris suscitandas. Cuius negotii utilitatem copiosius describi nemo hodie requiret. Sed quam opem vetustis scriptoribus adhiberi concedunt omnes ac flagitant, eam multi fortasse fastidient grammatico praestitam Alexandrino eique si dignitatem spectes haud paucis inferiori. Neque ipse unquam de Aristophane Byzantio tam magnifice sensi, ut huius potissimum reliquiis instaurandis de philologorum studiis egregie meriturum me confiderem. Itaque iure suo quicunque felici cum successu graviores curas exantlarit, tenuitatem huiusce materiae naso suspendet adunco. Nihilominus e diligenti vetustiorum grammaticorum perscrutatione ad plerasque philologiae disciplinas posse aliquid salutis redundare, alii usu edocti norunt, alii *θεοῦ διδόντος* olim intelligent: atque Aristophaneorum fragmentorum collectionem, in qua complures scimus fuisse olim occupatos, tandem profligatam esse, nonnullis certe viris doctis gratum erit et acceptum. Quam ipse Aristophani curam impertivi, eam velim ut ne frustra consumpsisse iudicer. Errores nemo me lubentius retractabit: levioribus naevis facilius opinor ignoscent, qui iniquam reputarint haec scribentis conditionem, cui nec subsidia ubique praesto fuerint ne-

cessaria, neque otium affulserit hisce studiis optabile, neque aliis in rebus admodum benigna fortuna obtigerit. Indidem excusationem petierim si quando in alios paulo acerbior contra voluntatem meam extiterim vel rerum magis veritati studuerim quam verborum elegantiae et nitori. Nonnullis in rebus fortasse brevior esse poteram, alibi vereor ne verborum parsimonia quibusdam nocitura sit: ac monitos velim lectores ne silentium meum de inscientia continuo accipiant vel si quae sine ullis demonstrandi adminiculis prolata viderint, ea caussis suis putent destituta. Veluti cum Creticos ἀγελάστους expungerem (p. 95.), poteram ostendere nomen falso esse formatum, poteram varia criticorum tentamina enumerare et refutare, poteram errores referre e falsa Hesychiani loci scriptura prognatos: quod nil horum feci, rei vix quidquam detrahet neque habebit penes eruditos iudices cur vituperetur. Expatiandi licentiam quamquam parce usurpasse mihi videor, non nego tamen excursus quosdam admissos esse minus necessarios, quos qui non probarint, fortasse excusabunt. Studui certe ultra eorum assurgere ignaviam qui collecticiis opibus incubent et aliena recoquant. Nec plane despero quaedam huic libello inesse quae ad complurium auctorum crisin utiliter queant conferri. Si quando acciderit nobis quod nulli solet non accidere, ut res ab aliis occupatas tanquam novas protulerimus, talis inscientiae veniam a lectoribus aequis facile impetrabimus. Huc spectant quae de Hesychii v. Ἀτμενώνητον p. 194. n. 6. disputavimus: eandem plane medelam, quod sero animadverti, corruptae glossae dudum adhibuerat Ricardus Porsonus in Dobraei Advers. T. I. p. 580. Item de Phot. v. Οἰκείαν similiter atque nos (p. 129.) iudicavit Dobraeus

Adv. I. p. 604: „*Ista, ὁ γὰρ τὴν ἐπιγ. etc. ad hunc sensum corrigenda, ἐστιν οἰκεῖος, συγγενὴς δὲ ὁ ὢν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. vel potius una litura sananda.*“ Hisce et similibus in rebus primo cuiusque sententiae auctori inventionis laudem si qua est integram servari iubeo et illibatam. Certe nonnulla manebunt nobis propria: quorum alia per se habebunt quo probentur, alia si cui minus probabilia visa fuerint, fortasse similium locorum exemplis fidem quandam poterunt nancisci. Ita quod p. 204. n. 28. Euripidi formam ἐπληροῦσαν vindicavimus, id si qui abominabuntur, sciant rei dubitationes me ipsum non fugisse. Sed ut in Hecubae versu imperfectum necessarium est, ita diserto grammatici testimonio obniti eo minus ausus sum, cum scirem quanta sedulitate non solum librarii, sed critici librariorum similes insolentiora quaevis soliti fuerint extinguere. Compares v. c. optativos in -οιν terminatos, quorum grammatici veteres duo servarunt exempla. Utriusque loci fidem sprevit G. Bernhardy in Suid. v. Ἁμάρτοιν, ubi *eiusdem generis*, inquit, *exemplum frustra circumspexeris, nisi forte τρέφοιν opinamur Euripidi recte tributum fuisse.* Interea haud frustra critici alia exempla circumspexerunt: agnoverunt easdem optativi formas oblitteratas esse Soph. Ai. 384. Eur. Troad. 226. Hel. 263. Erechth. *fr.* XVII, 6. Quibus ipse tria addo exempla. Aesch. Sept. 719:

*ΧΟΡ. ἀλλ' αὐτάδελφον αἷμα δρέψασθαι θέλεις;*
*ΕΤ. θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά.*

Ita nunc edunt et verbum ἐκφύγοι de Polynice interpretantur, quod num ferri possit dubito. Mittamus illud quod in versibus proximis nulla est Polynicis memoria. Sed iram Eteoclis eo progredi ut fraternam caedem divino fa-

vore contingere sibi velit, id Euripideum fortasse, non Aeschyleum. Aeschyli Eteocles teterrimum facinus aversatur magis quam exoptat; non odio stimulatus, sed desperans (v. 702.) ac patris diras executurus (cf. v. 653—655. 690. sq.) ad pugnam se accingit diisque iubentibus ne parricidii quidem calamitatem se ait detrectaturum. Proinde cum de se loquatur Eteocles, revocandum est: *θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοιν κακά.* Alterum locum dico paeanem Ariphronis Sicyonii: *Ὑγεία πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σοῦ ναίοιν τὸ λειπόμενον βίου.* Ita enim scribendum puto ad fidem tituli C. I. 511, II. ubi legitur: *ΜΕΤΑΣΟΥΝΕ ΙΝΤΟΛΕΙΠΟΜΕΝΟΝΒ ΟΥ.* Denique eandem formam vindicamus Callimachi fr. 291. ap. Eust. Od. p. 1761, 44: *ἐφολκόν, τὸ ἐπαγωγόν, ὡς Καλλίμαχος· ἔχοιμι δέ τι παιδὸς ἐφολκόν.* Editores *δέ* particulam eiecerunt; mihi scribendum videtur: *ἔχοιν δέ τι παιδὸς ἐφολκόν.* Sed ut ad propositum revertar, hisce exemplis probare volui insolentiores formas pronis librariorum erroribus ac *διορθωτῶν* licentia multis in locis nunc esse deletas ideoque grammaticorum testimonia huiusmodi in rebus librorum auctoritati esse praeferenda et quae apud artis nostrae magistros extent rariorum formarum significationes, eas non aspernandas, sed persequendas. Itaque ipsum *ἐπληροῦσαν* mirer equidem si non uno alterove poetarum veterum exemplo possit muniri. Similiter in Homeri carminibus multa quae viderentur anomala ab veteribus criticis nostrisque editoribus immerito proscripta esse, tum huius libri Cap. III. ostendisse mihi videor, tum alio loco demonstratum ibo. Sed eo in genere quantumvis caute agas, paucis probatum te invenies: non solum quia magna est superstitionis vis, sed inprimis quia plurima in his litteris ambigua sunt et controversa redeuntque ad Eueni vocem:

*Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε.*

Interea plenam huius opusculi defensionem nec volo tentare nec praestare possum: experiamur quid ad suam caussam tuendam Aristophanes ipse possit conferre. Viris autem illustrissimis quorum consilio, benevolentia, humanitate egregia in hoc libro concinnando adiutum me sensi et erectum, vellem grati et obstricti animi documentum offerre possem illorum splendore haud prorsus indignum: nunc etiamsi benevolae eorum expectationi non suffecerim, rogo tamen iuveniles hosce conatus benigne excipiant et auctori ad meliora nitenti animos addant potius quam demant.

Restat ut lectoribus commendem disputationem de Callistrato Aristophanis discipulo vere anni 1838. ab Rudolpho Schmidtio tunc seminarii philologici Halensis sodali exhibitam. Quam commentationem doctam et diligentem cum paucis notam, pluribus frustra quaesitam intellexissem, nova editione iudicavi omnino dignam. Itaque Callistratum magistro comitem adieci. In Schmidtii autem libello tametsi haud deerant quae omissa vel aliter dicta optassem, tamen praeter typothetarum lapsus similesve res leviculas nil mihi novandum sumpsi. Viri autem docti meminerint in iteranda Schmidtiana commentatione nullas fuisse auctoris partes neque errores ei imputandos quos fortasse ipse dudum retractasset, nisi omnino hunc studiorum tramitem maluisset deserere.

Halis Saxonum mense Nov. 1847.

## Conspectus capitum.

# Caput primum.

## De Aristophanis vita et scriptis.

De vita Aristophanis Byzantii grammatici Alexandrini Suidas T. I. p. 328. haec tradit:

*Ἀριστοφάνης Βυζάντιος, γραμματικός, υἱὸς Ἀπελλοῦ ἡγουμένου στρατιωτῶν, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρμδ΄ ὀλυμπιάδα.* Contraxit haec Eudocia p. 64: *Ἀριστοφάνης, γραμματικός, Βυζάντιος, υἱὸς Ἀπελλοῦ, Καλλιμάχου μαθητὴς καὶ Ζηνοδότου· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου.*

Iam ut ex ipso Suida Aristophanicarum rerum notitia haud mediocriter locupletari possit, debemus critico praestantissimo A. Meinekio (Quaest. Scen. II. p. 40. sq. sive Hist. crit. p. 197. sq.), cuius sagacitas perspexit ad eundem Aristophanem Byz. referenda esse quae nunc sive Suidae imperitia sive librariorum fraude post v. *Ἀριστώνυμος κωμικός* T. I. p. 329. subiiciuntur vitiorum haud immunia:

*βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν τοῦ Φιλοπάτορος· καὶ προέστη τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης μετὰ Ἀπολλώνιον, ἔτος ἄγων ξβ΄. διασκευασθεὶς δὲ ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμένη φυγεῖν, ἐφυλάχθη ἐν εἱρκτῇ χρόνον τινά. ἠφείθη δὲ καὶ ὑπὸ στραγγουρίας τελευτᾷ, ἔτη βεβιωκὼς οζ΄. συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πάνυ πολλά.*

Videamus singula.

1. Patriam Aristophanis indicat cognomen haud infrequens *Βυζάντιος* [1]). De patre Apelle nil alibi proditur.

---

1) Quo praeter Suidam et Eudociam l. l. utuntur Athenaeus VI. p. 228. D. XI. p. 498. F. XIII. p. 583. D. XIV. p. 659. A. Aelia-

Alexandriam necesse est puer Aristophanes deductus fuerit. Magistros Suidas primum affert Zenodotum quem puer, et Callimachum quem adolescens audierit [2]): utriusque disciplina usus videtur admodum senis. Continuo accedunt Dionysius Iambus et Euphronides Corinthius vel Sicyonius, de quorum rebus et studiis parum edocti sumus [3]). Aliunde tenemus tum Eratosthene magistro Aristophanem usum fuisse, tum Machonis comici poetae institutione et consuetudine. Cf. Suid. v. *Ἐρατοσθένης: ἐτελεύτησεν π' ἔτη γεγονώς, ἀποσχόμενος τρο-*

---

nus N. A. I, 38. VII, 39. 47. V. H. XII, 5. Hierocl. in Hippiatr. praef. p. 4. Suidas v. *Ἐρατοσθένης*. Ceterum pristinum errorem eorum qui Byzantinum dicebant Aristophanem, hodie non opus est pluribus refelli: cf. Buttmanni Ausf. Sprachl. Vol. II. p. 428. et Lobeck. Pathol. Prolegg. p. 244. n. 14. 2) Sic enim verba „*τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε*" intelligenda esse monuit Clintonus F. H. Vol. III. p. 15. 3) Dionysius Iambus tam poesi operam dedit quam studiis grammaticis. Cf. Clem. Alex. Strom. V. p. 673. extr.: *Διονύσιός τε ὁ Ἴαμβος ὁμοίως· πόντου μαινομένοιο περιστείνει ἁλυκὴ ζάψ.* Eiusdem opus *περὶ διαλέκτων* commemorat Ath. VII. p. 284. B. Restat mentio Plutarchi de Mus. p. 1136. C: *Πίνδαρος δ' ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι· ἄλλοι δὲ Τόρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ.* Cognomen *Ἴαμβος* de convicio interpretor. Ceterum Dionysium non debebat Aristophane iuniorem facere Bernhardy Hist. litt. Gr. T. I. p. 523. De Euphronide nil alibi traditur, nisi forte, quae admodum probabilis est R. Schmidtii de Callistrato Aristoph. p. 21. suspicio, eundem statuere licet hunc virum et eum quem vulgo appellant Euphronium, poetae Aristophanis aliorumque ut videtur comicorum interpretem, de quo praeter Scholia Aristoph. tradunt Ath. XI. p. 495. C. Hesych. v. *Λακκοσπέδα*. Phot. p. 165, 11. 383, 22. Tzetz. Lycophr. 387. Schol. Dionys. Thr. p. 782, 15. Etym. M. p. 340, 4. Similiter eodem redeunt nomina *Ἐξήκεστος* et *Ἐξηκεστίδης* (Bergk. Comm. de com. ant. p. 374.), *Πρωταγόρας* et *Πρωταγορίδης* (Meinek. H. cr. p. 12.), *Φίλων* et *Φιλωνίδης* (Koen. in Greg. C. p. XVIII.), *Μεγακλῆς* et *Μεγακλείδης* (Bernhardy Hist. litt. Gr. II. p. 194. cf. Schol. *Ε*, 640: *Μενεκλῆς δέ φησιν ἐψεῦσθαι τὴν ἐπὶ Ἰλίου στρατείαν*, ubi leg. *Μεγακλῆς* coll. Schol. *Χ*, 36: *Μεγακλείδης δέ φησι ταῦτα πάντα πλάσματα εἶναι*, et Schol. A. ibid. 205: *Μεγακλείδης πλάσμα εἶναί φησι τοῦτο τὸ μονομάχιον*, ubi item vitiose cod. V. *Μενεκλείδης* exhibet). Compares praeter alios Lobeck. Pathol. Prolegg. p. 204.

*φῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν· μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον, οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής*[4]. Ath. VI. p. 241. F: *Μάχων ὁ κωμῳδιοποιὸς ὁ Κορίνθιος μὲν ἢ Σικυώνιος*[5] *γενόμενος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ ἐμῇ καταβιοὺς καὶ διδάσκαλος γενόμενος τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ.* XIV. p. 664. A: *Μάχων δ' ὁ Σικυώνιος τῶν μὲν κατὰ Ἀπολλόδωρον τὸν Καρύστιον κωμῳδιοποιῶν εἷς ἐστι καὶ αὐτός, οὐκ ἐδίδαξε δ' Ἀθήνησι τὰς κωμῳδίας τὰς ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ἦν δ' ἀγαθὸς ποιητὴς εἴ τις ἄλλος τῶν μετὰ τοὺς ἑπτά, διόπερ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἐσπούδασε συσχολάσαι αὐτῷ νέος ὤν.* Tot tantique magistri ad studia Aristophanis dirigenda quam vim habuerint, tum scimus tum divinamur: siquidem Zenodotus Homericorum maxime carminum crisin praeiit, Callimachi eruditio tum litteratis indicibus condendis viam monstravit, tum glossarum interpretationi adiumentum praebuit, Eratosthenis sagacitas ac fortasse Euphronides comicos poetas enarravit, Dionysius Iambus de dialectis, de rebus scenicis Macho videtur praecepisse. Aequalis Aristophani fuit Polemo, cf. Suid. v. *Πολέμων*: — *κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ*, qua de re dicemus Cap. IV, 4. n. 1.

*Γνώριμος* eidem fuisse traditur Agallias Corcyraeus, vel potius si recte coniicimus Agallis grammatica, cf. n. 12.

Praeter magistros quos audierit, de inventute Aristophanis nil scimus nisi gratam ei fuisse puellam Alexandriae corollas vendentem, cuius amoris aemulum habuerit — elephantum[6].

---

4) In iis quae sequuntur: *μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄριστις*, doctorum hominum suspicionem movit nomen ultimum, cui quod Bernhardy suffici iussit *Ἀριστοφάνης*, non magis probare ausim quam *Ἄριστος* commendatum a Prellero in Bergkii et Caesar. Diar. a. 1846. p. 675. Mihi cur *Ἄριστις* mutetur idonea caussa non patet: si quis tamen abominetur hominem aliunde non cognitum, praetulerim *Ἵστρος*. Menandrum dici puto Arati aequalem, cf. huius vita Bekk. p. 48, 6. 5) Fortasse mirari licet quod tam Euphronides quam Macho dicantur *Κορίνθιοι ἢ Σικυώνιοι*, neque inepte suspiceris in Suidae loco Machonis nomen excidisse et genuinam scripturam fuisse: *καὶ Εὐφρονίδα τοῦ ....... καὶ Μάχωνος τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου.* 6) Vide Plin.

2. Aetatem qua Aristophanes vixerit, obiter indicat Suidas: γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρμδ' ὀλυμπιάδα. Ubi γέγονε non de anno natali accipiendum esse, dudum alii monuerunt. Potius si Aristophanis aetatem e magistrorum Zenodoti, Callimachi, Eratosthenis et discipuli Aristarchi temporibus computarimus, probabilius olympiadis 144. mentionem referemus ad bibliothecae Alexandrinae curam ab Aristophane susceptam. Corrupta Suidae verba βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν τοῦ Φιλοπάτορος certam emendationem vix admittunt: Philadelphi memoria fortasse ad tempus spectat quo Aristophanes sive natus sive Alexandriam deductus fuerit; ad sententiam probabile duco quod Bernhardy proposuit, διέτεινε δὲ μέχρι Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος. Certe Epiphanis regnum (a. 205—181.) Aristophanes attigit, id quod docent Suidae verba ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμένη (qui a. 197. regnum capessivit) φυγεῖν. Quodsi ultra Epiphanis regnum vitam non produxit, qua de re dubitari posse non nego, obierit intra annos 197. et 181. (olymp. 145, 4. et 149, 3.) ideoque natus fuerit circa a. 274—258. (olymp. 126, 3—130, 3.): cum vero Eratosthenem ol. 126. natum sciamus, Aristophanem probabile erit natum esse olymp. 129. vel 130., defunctum ol. 148. vel 149. Cf. Ritschelius de bibl. Alex. p. 78. sqq.

De bibliothecae Alexandrinae cura, ad quam anno 62. post Apollonium Rhodium teste Suida Aristophanes accessit, inprimis cf. Schol. Ar. Nub. 967: τηλέπορόν τι βόημα] καὶ

---

H. N. VIII, 5: *nec adulteria novere* (elephanti), *nullave propter feminas inter se praelia ceteris animalibus pernicialia; non quia desit illis amoris vis, namque traditur unus amasse quandam in Aegypto corollas vendentem, ac ne quis vulgariter electam putet, mire gratam Aristophani celeberrimo in arte grammatica.* Plut. Moral. p. 972. D: ἔρωτες δὲ πολλῶν οἱ μὲν ἄγριοι καὶ περιμανεῖς γεγόνασιν, οἱ δὲ ἔχοντες οὐκ ἀπάνθρωπον ὡραϊσμὸν οὐδὲ ἀναφρόδιτον ὁμιλίαν· οἷος ἦν ὁ τοῦ ἐλέφαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἀντερῶντος Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ· τῆς γὰρ αὐτῆς ἤρων στεφανοπώλιδος καὶ οὐχ ἧττον ἦν ὁ ἐλέφας διάδηλος. Aelian. N. A. I, 38: καὶ ἀντήρα, φασίν, ἐν τῇ Αἰγυπτίᾳ Ἀλεξάνδρου πόλει γυναικὸς στεφάνους πλεκούσης Ἀριστοφάνει τῷ Βυζαντίῳ ὁ ἐλέφας.

τοῦτο μέλους ἀρχή· φασὶ δὲ μὴ εὑρίσκεσθαι ὅτου ποτ' ἔστιν· ἐν γὰρ ἀποσπάσματι ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ εὑρεῖν Ἀριστοφάνη, ubi vides industriam docti hominis bibliothecae copias excutientis et digerentis. Eidem Aristophanis sollertiae docta antiquitas litteratum opus debuit sine dubio utilissimum, dico commentarios quibus Callimacheos *Πίνακας* illustravit, cf. infra Cap. VI. Item famam quandam muneris ab Aristophane gesti nescio quos per traduces accepit Vitruvius, cuius fabellam infra posuimus [7]).

De infortunio quod sub exitum vitae ad septuaginta se-

---

7) Vitruv. VII. praef.: *Reges Attalici magnis philologiae dulcedinibus inducti cum egregiam bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolemaeus infinito ζήλῳ cupiditatisque incitatus studio, non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare. Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id satis esse nisi propagationibus in seminando curaret augendam. Itaque Musis et Apollini ludos dedicavit et quemadmodum athletarum sic communium scriptorum victoribus praemia et honores constituit. His ita institutis cum ludi adessent, iudices litterati qui ea probarent, erant legendi. Rex cum iam ex civitate sex lectos habuisset nec tam cito septimum idoneum inveniret, rettulit ad eos qui supra bibliothecam fuerant et quaesivit si quem novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt esse quendam Aristophanem, qui summo studio summaque diligentia quotidie omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque in conventu ludorum cum secretae sedes iudicibus essent distributae, cum ceteris Aristophanes citatus quemadmodum fuerat locus ei designatus sedit. Primo poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur scripta, populus cunctus significando monebat iudices quos probarent. Itaque cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt et quem maxime animadverterunt multitudini placuisse, ei primum praemium, insequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero cum ab eo sententia rogaretur, eum primum pronunciari iussit, qui minime populo placuisset. Cum autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit et rogando impetravit ut paterentur se dicere. Itaque silentio facto docuit unum ex his eum esse poetam, ceteros aliena recitavisse, oportere autem iudicantes non furta sed scripta probare. Admirante populo et rege dubitante, fretus memoria e certis armariis infinita volumina eduxit et ea cum ceteris conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri. Itaque rex iussit cum his agi furti condemnatosque cum ignominia dimisit; Aristophanem vero amplissimis muneribus ornavit et supra bibliothecam constituit.*

ptem annos productae grammatico nostro acciderit, nil scimus nisi quod Suidas habet: διασκευασθεὶς ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμένη φυγεῖν, ἐφυλάχθη ἐν εἱρκτῇ χρόνον τινά. Ubi διασκευασθεὶς cuius loco διασκευασάμενος certe expectarimus, dubito num verum sit: requirimus verbum quale est διαβληθείς, fortasse leg. διασκεδασθείς.

3. Inter discipulos Aristophanis unus omnium longe clarissimus extitit Aristarchus, de quo Suidas v. Ἀρίσταρχος (sive Eudoc. p. 63.): — μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ. cf. Charis. Inst. gramm. p. 93. Suid. v. Ἐρατοσθένης (p. 2. sq.), Apollon. de Pron. p. 407. C: Ἀριστοφάνης Ἀρίσταρχον ἐδίδαξεν [8]). Cuius viri praestantia ut ipsius Aristophanis laudem haud mediocriter auget, ita plus semel eidem nocuit atque effecit ut multarum rerum a magistro acceptarum celeberrimus auctor haberetur discipulus. Vestigia magistri Aristarchus pressisse videtur tum in linguae analogia contra Cratetem defendenda, tum in poetis Homero, Hesiodo, Alcaeo, Anacreonte, Aristophane al. sive illustrandis sive edendis. Secundus ab Aristarcho censetur Callistratus, qui inprimis Homero, Pindaro, Euripidi, Cratino, poetae Aristophani operam navavit ac fere constanter praeceptoris verba rettulisse videtur [9]). Tertio loco Aristophaneus appellatur Diodorus quidam;

---

8) Quo loco vides Aristophanis nomen honoris caussa usurpari ad regulam grammaticam illustrandam. Similiter idem Apoll. de Pron. p. 326. sq.: ἢ Ἀριστοφάνης ἢ Ἀρίσταρχος, καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Ἀρίσταρχον, ἤτοι Ἀριστοφάνους ἢ Ἀριστάρχου, καὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, ἢ ἐγὼ ἢ ἐκεῖνος. Mirum vero quod idem habet de Coni. p. 497, 9: Ἀρίσταρχος πρῶτος ἔγραψεν, εἶτα δεύτερος Ἀριστοφάνης, εἶτα τρίτος καὶ τὰ ἑξῆς. Ubi vide an Ἀριστοφάνης et Ἀρίσταρχος sedem mutare debeant. Ceterum hunc grammaticorum morem perstrinxit Ritschelius de Oro et Orione p. 12. sq. A philosophis eadem in caussa adhibentur inprimis Aiax, Alexander, Aristoteles, Callias, Callippus, Cleon, Coriscus, Democritus, Dio, Dionysius, Plato, Pythagoras, Socrates, denique ne quis desit ipse Thersites. 9) Ἀριστοφάνειος Callistratus dicitur ab Ath. I. p. 21. C. VI. p. 263 E. Aristophanis placita prodit ap. Schol. Il. *Τ*, 327. Od. ζ, 29. Eur. Or. 1031. Hinc Schol. Ar. Thesm. 917: ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων (i. e. *Callistratus h. l. non videtur magistri Aristophanis sententiam re-*

**de quo in tanta nominis frequentia pronisque librariorum erroribus paene nihil indagari potest [10]). Denique quartum Aristophanis discipulum addere licet Artemidorum Opsartyticorum scriptorem, quem magistro indignum iudicatum fuisse ostendit Pseudoaristophanei cognomen ab veteribus ei inditum [11]). Agallias vero Corcyraeus non magis Aristophanis discipulus fuit quam Polemo periegeta [12]).**

---

*ferre*, quod moneo propter Fritzschium in Ar. Thesm. p. 355.). Ceterum Callistrati reliquias docta disputatione complexus est Rud. Schmidt de Callistrato Aristophaneo, Hal. 1838. falsus tamen in eo quod Callicratis vel Meneclis libellum περὶ Ἀθηνῶν p. 30. Callistrato tribuit, cf. Preller. in Polem. p. 174. Item dubito cum Meiero Ind. schol. hib. Hal. a. 1842. p. XIII. n. 103. num Aristophaneus grammaticus idem sit qui περὶ Ἡρακλείας egit Domitius Callistratus. Aristophanei Callistrati fragmentis a Schmidtio annotatis adde Schol. Ar. Thesm. 917. Pac. 344. 1165. Ran. 1422. 10) Commemoratur ap. Ath. IV. p. 180. E. sive Eust. Od. p. 1480, 24. de loco Odyss. δ, 15—19. Unde coniicias eundem significari Schol. Il. Β, 865. ubi laudantur οἱ περὶ Χαῖριν καὶ Διόδωρον. Probabiliter item Aristophanis discipulo tribuuntur γλῶσσαι Ἰταλικαί, quas citat Ath. XI. p. 479. A. respiciunt Erotianus Gloss. Hippocr. p. 216: Διόδωρος ὁ γραμματικὸς καὶ Ζήνων ὁ Ἡροφίλειος κάμορον ἢ κάμαρόν φασι καλεῖν τὸ κώνειον τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέας, et Ath. XI. p. 487. C: Διόδωρος δὲ κύλικα ἀποδίδωσι (τὴν μαθαλλίδα). Fortasse idem πρὸς Λυκόφρονα scripsit, de quo opere v. Meinek. Com. II. p. 228.

11) Suidas T. I. p. 337: Ἀρτεμίδωρος ὁ ψευδοαριστοφάνειος, ὁ τὰς ὀψαρτυτικὰς λέξεις συναγαγών. cf. v. Τιμαχίδας, Ath. I. p. 5. B. IX. p. 387. D. XIV. p. 662. D. F. p. 663. C. D. E. Idem opus spectare videtur Ath. XI. p. 485. E: (λεπαστὴν) Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος ποτήριον ποιόν. Eiusdem περὶ Δωρίδος librum II. excitat Ath. IV. p. 182. C. Nec dubito de Aristophanis discipulo intelligere Erotiani p. 244. ubi affertur Ἀρτεμ. ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς λέξεσι.

12) Polemonem Aristophanis discipulum fuisse collegerunt olim ex Suid. v. Πολέμων (p. 3.), quem errorem alii iam notarunt. Pari temeritate commissum est ut Agalliam Aristophane magistro usum esse viri docti quasi uno ore hucusque contenderint. Quod commentum nititur Schol. Il. Σ, 490. (hinc enim pendent Eust. Il. p. 1156, 39. et Arsen. Viol. p. 92.), ubi extat Ἀγαλλίας ὁ Κερκυραῖος ὁ Ἀριστοφάνει γνώριμος. Num vero γνώριμος i. q. μαθητής? — Interea non solum Aristophanis discipulus fuit, sed ne extitit quidem unquam iste Agallias, qui insigni mentis perversitate urbes in scuto Achillis caelatas dicitur Athenas putasse et

**4.** Opera Aristophanes et plurima condidit et utilissima. Titulos librorum quos quidem nunc tenemus [13]), monstrabit conspectus supra exhibitus: de singulorum operum ratione suo loco disputabitur. Fragmenta nostra quamquam nihil praestant nisi uberrimarum quondam opum exiles quasdam et tenues reliquias, ostendunt tamen grammaticum ea qua apud successores floruit laude omnino dignum atque insignem tam sobrio iudicio quam eruditione perquam copiosa. Maxime glossarum interpres tam egregia praestitit ut quos compares cum Aristophane paucissimos habeas, quèm praeferas fortasse neminem: tanta ille et doctrina et subtilitate *λέξεων* significatus ex scriptorum usu et similium verborum analogia assequi studuit. Quodsi plus semel erravit, istiusmodi naevis in illa studiorum Alexandrinorum infantia eo facilius connivebitur, quo pertinacius complures eius errores doctorum virorum libris mentibusque ad hunc usque diem inhaeserunt. Etymologiae lusus (ultra lusus enim veterum hoc in genere tentamina vix

---

Eleusinem. Compares modo Schol. Σ, 483. ubi earundem ineptiarum *Δαλὶς ἡ Κερκυραία* auctor affertur, nec dubitabis quin utroque loco restituendum sit *Ἀγαλλὶς ἡ Κερκυραία.* De qua grammaticastra cf. Ath. I. p. 14. D. cuius annotationem qui descripsit Suidas, praebet formam *Ἀναγαλλίς* sine dubio vitiosam: corruptis enim illis *Ἀγαλλίας* et *Δαλίς* Athenaei scriptura egregie defenditur. Eustathii autem et Arsenii cum Scholiis nostris consensus probat corruptelam satis inveteratam, nil amplius. Nunc addo, quod Schneidewinus humanissime mihi indicavit, corruptum *Δαλίς* sustulisse iam G. Dindorfium Diurn. antiq. stud. 1839. p. 1135.

13) Consulto omisi Boeotica vel Thebaica olim Aristophani Byzantio tributa, nunc probabilius relata ad Aristophanem Boeotum (vide Plut. de malign. Herod. p. 864. D. cf. ibid. p. 867. A.). Commemorat Stephanus Byz. v. *Χαιρώνεια*: — *Ἀριστοφάνης ἐν Βοιωτικῶν δευτέρῳ· λέγεται δ' οἰκιστὴν γενέσθαι τοῦ πολίσματος Χαίρωνα κτλ.* Idem v. *Ἀντικονδυλεῖς, οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Κόλοι Φρύγες, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ τοὺς Θηβαίους ὅρους γεγραφώς.* Fortasse eodem spectat Ath. II. p. 41. E: *κρήνη δ' ἐν Βοιωτίᾳ ἡ Τίλφωσσα· ἀφ' ἧς Ἀριστοφάνης φησὶ Τειρεσίαν πιόντα διὰ γῆρας οὐχ ὑπομείναντα τὴν ψυχρότητα ἀποθανεῖν.* Quae descripsit Eust. Il. p. 1263, 45. et Od. p. 1668, 7: *ὁποῖον καὶ τὸ τῆς Τιλφώσσης κρήνης Βοιωτίας, ἧς πιὼν Τειρεσίας καὶ διὰ γῆρας οὐχ ὑπομείνας τὴν ψυχρότητα τέθνηκεν, ὡς λέγεται ἱστορεῖν Ἀριστοφάνης.* Adde quae dicemus in Paroem. fr. X. Diversa miscet Westermannus in Voss. de Hist. Gr. p. 403.

assurgunt) rarissime capessivit. Contra haud exiguam in critica arte factitanda laudem sibi peperit poetarum exemplaribus recensendis et emendandis. Certe in Homericorum carminum diorthosi, quam solam accuratius novimus, saepe veras servavit lectiones ab Aristarcho eiusque servis et fautoribus male spretas. Nec raro idem quaedam traditae scripturae vitia primus et unus agnovit. In tollendis corruptelis minus prospere versatus est neque a communi abstinuit veterum licentia. Quodsi passim ut offensiones quantumvis iustas removeret, traditam lectionem susque deque habuit et vitia oblitteravit potius quam sanavit, istud aetatis erat vitium non ingenii. Praecipuam item curam collocasse videtur tum in litteratis indicibus a Callimacho inchoatis emendandis ac supplendis, tum in proverbiis colligendis et explanandis. Gravissimum sine dubio opus quo de linguae analogia disseruit, parum accurate novimus una cum aliquot libellis ad complurium scriptorum interpretationem collatis, quorum praeter titulos nil fere innotuit.

Fontes et subsidia quibus Aristophanes usus fuerit, certo demonstrari non possunt. Sed praeter vetustiores Alexandrinos grammaticos aliquam sine dubio utilitatem ei praebuerunt philosophi Peripatetici, ut Aristoteles Dicaearchus Chrysippus. Fata Aristophaneis libris cum aliis alia videantur obtigisse, commune tamen infortunium hoc fuit, ut a successoribus diligenter adhiberentur et excerperentur eaque ratione cum sequiorum saeculorum ignavia rivulos mallet adire quam genuinos uberrimae eruditionis fontes, propter ipsam praestantiam nisi tenuibus quibusdam fragmentis posteritatem non attigerint. Inprimis Aristophani detrimentum attulerunt discipuli Aristarchus et Callistratus, tum laboriosus ille Didymus et alii. Quas vicissitudines in ceteris libris minus perspicuas certe in *Λέξεων* opere aliquatenus licet demonstrare, vide Capitis IV. exordium.

5. Quae recentiores viri docti ad instaurandam Aristophanis notitiam contulerunt, pauca sunt et exilia. Cum enim nec Bredovii commentatio de Aristophanis Byzantii vita et scriptis (cf. Wolf. Prolegg. p. 218.) lucem viderit, nec Rud. Schmidtius quem componendis grammatici nostri fragmentis intentum fuisse

audio, consilium perfecerit, nil fere habuimus quo cum aliquo fructu uteremur praeter singulas multas multorum observationes suis locis indicandas. Qui vero altiora moliti sunt, subitaneis disputationibus operam perdidisse videntur plerique omnes. Veluti quosdam de Aristophane locos congessit Meursius in Gronov. Thes. T. X. p. 1254. cuius index non maiorem nunc utilitatem praebet quam silva Fabricii. Ac ne is quidem qui omnium in ore habetur F. A. Wolfius, plus quam perfunctoriam collocavit operam in Aristophanis rebus Prolegg. ad Hom. p. 216—227. exponendis sive potius delibandis: ut enim cetera mittamus, ne Homericam quidem diorthosin de qua inprimis disputandum sibi sumpserat, satis habuit exploratam [14]). Matterum de schola Alex. I. p. 130. sqq. Wellauerum in Encyclop. Hal. Sect. I. T. 5. p. 271. sq. alios taceri praestat. In tanta utilium fundamentorum penuria omnem laborem de integro suscipiendum fuisse, vix est quod moneam: ac si de successu huius operae gloriari non libet, cura tamen ac voluntas suscepto negotio non defuit.

---

14) Id quod sui paene dissimilis fatetur ipse p. 220: *Homerum autem quomodo tractaverit et quasnam rationes eius emendandi sit secutus, aeque obscurum est quam erat in Zenodoto.* Quo magis miramur plerosque viros doctos Wolfianis αὐτοσχεδιάσμασι tamquam oraculis potuisse abuti iis in rebus quarum aditus sine sudore et accurata diligentia nulli contigerit. Ceterum locos quibus Aristophanes celebretur *quadraginta* quos potissimum Wolfius p. 218. intellexerit, non assequor: mirifica computatio ex illo gloriolae cuiusdam aucupio repetenda videtur, quo tantus vir poterat supersedere.

# Caput secundum.

## De notis prosodiacis et criticis ab Aristophane adhibitis.

---

1. Veterum Graecorum monumenta litterata non miramur nec spirituum notis instructa fuisse neque accentibus distincta ceterisve legendi adminiculis onerata, in quibus recte constituendis multum nunc operae et industriae consumimus. Nam profecto perpetua illa admonitione, qua vera singularum vocum *προςῳδία* servaretur, non egebant admodum quibus ipsa natura et vivi sermonis consuetudo dicendi leges ministraret. Interea quae nemo antiquitus desiderarat, sensim ipso linguae litterarumque progressu non sine necessitate quadam exigebantur. Cum enim vetustissima monumenta per multiplices linguae vicissitudines prono intellectui paullatim se subtraherent et robigine quadam obducerentur, recentiores autem scriptores minus simplex quaererent dicendi genus vel intra certae disciplinae fines restricti novas res novis signarent vocabulis, e scriptura continua nullisque signis illustrata passim obscuritates et ambiguitates oriri necesse erat satis molestas. Itaque iam Aristotelis tempore dubiis locis aliquam videmus distinctionis lucem esse anquisitam[1]). Quo auxilio longe magis indigebat Alexandrinorum grammaticorum aetas, quae cum hereditatem a maioribus relictam doctrina ac sudore recuperare studeret, in lingua fere emortua summis difficultatibus obruebatur multorumque vocabulorum vix pronuntiationem tenebat. Hanc ob caussam summi erant momenti illae *προςῳδιῶν* notae, quarum inventio ab uno quem habemus teste ad Aristophanem Byzantium refertur, ut videtur nec vere omnino nec falso. Nempe sicut omnem narrationis fidem fastidiose respuere vix licet, ita iam ante Aristophanem extitisse qui notis prosodia-

---

1) Huc refero quod de Heracliti voluminibus Aristot. Rhet. III, 5. prodit, *τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόςκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον.*

cis usi fuerint, certissimum est. Aristophanes igitur eo nomine praeclare meritus videtur, quod προσῳδιῶν notas partim tralaticias partim novatas certos ad ordines revocavit et in scriptorum exemplaribus constanter fere primus adhibuit. Rationes quae nobis produntur, num vere Aristophanicae sint, vehementer dubitamus. Nec magis constat num notarum suarum usum ac necessitatem peculiari libro Aristophanes commendarit. Nam quod Salmasius memorat Aristophanicum opus περὶ λέξεων διαστολῆς, addubitatum iam ab Valcken. praef. Ammon. ed. Lips. p. XXXI., eius nullam repperimus memoriam. **Arcadii** autem p. 186. sqq. haec fertur disputatio [2]:

186 Περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων.

Οἱ χρόνοι καὶ οἱ τόνοι καὶ τὰ πνεύματα Ἀριστοφάνους ἐκπονήσαντος γέγονε πρός τε διάκρισιν τῆς ἀμφιβόλου λέξεως καὶ πρὸς τὸ μέλος τῆς φωνῆς συμπάσης καὶ τὴν ἁρμονίαν, ὡς ἐὰν ἐπᾴδοιμεν φθεγγόμενοι. σκεῦαι δ' ὡς ἕκαστον αὐτῶν φυσικῶς ἅμα καὶ οἰκείως καθάπερ τὰ ὄργανα ἐσχημάτισται καὶ ὠνόμασται· ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἔμελλε τῷ λόγῳ ὥσπερ ὄργανα ἔσεσθαι. ἑώρακε γὰρ καὶ τὴν μουσικὴν οὕτω τὸ μέλος καὶ τοὺς ῥυθμοὺς σημαινομένην καὶ πῇ μὲν ἀνιεῖσαν, πῇ δ' ἐπιτείνουσαν, καὶ τὸ μὲν βαρύ, τὸ δ' ὀξὺ ὀνομάζουσαν. εἰ δέ ποτε ἐπᾴδοιμεν, ἢ τέλεον ἐπιτείνοντες ἢ πάλιν ἀνιέντες, τοῦτο σκληρὸν καὶ μαλακὸν ἐκάλει. οὕτω καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σημεῖα ἔθειο τῷ λόγῳ πρῶτα ταῦτα, ἵν' ἅμα συλλαβῆς καὶ λέξεως γενομένης κανών τις ἕποιτο καὶ σημεῖον ὀρθότητος· ἔπειτα
187 τρίχα τεμὼν τὴν κίνησιν τῆς φωνῆς τὸ μὲν εἰς χρόνους, τὸ δὲ

2) Num sit Arcadii cui vulgo tribuitur, fateor me dubitare: etenim Arcadio in solo adhaeret codice Paris. 2102. libro vilissimo. Codex 2603. eandem expositionem in Theodosiana grammatica exhibet: omnino ignorat liber Havniensis longe praestantissimus. Quodsi consideraris argumentum ab accentuum regulis satis alienum, laciniam male huc invectam esse consenties. Silet grammaticae Theodosianae editor Goettlingius, nisi quod codicis 2603. Theodosio suum praeferre videtur p. IX. Ceterum Havniensis libri auctoritate adducor, ut Herodianeae Καθολικῆς epitomen Arcadio prorsus abiudicem: sed ea suspicio uberiorem disputationem desiderat, quam nunc differo.

εἰς τόνους, τὸ δὲ εἰς αὐτὸ τὸ πνεῦμα. καὶ τοὺς μὲν χρόνους τοῖς ῥυθμοῖς εἴκασε, τοὺς δὲ τόνους τοῖς τόνοις τῆς μουσικῆς. καὶ σημεῖα ἔθετο ἐφ' ἑκάστῳ καὶ ὀνόματα, τοῖς μὲν χρόνοις τὸ βραχὺ καὶ τὸ μακρὸν ἐπονομάσας καὶ σχήματα οἰκεῖα ποιησάμενος, ‶ τῷ μὲν μακρῷ τὴν εὐθεῖαν γραμμὴν καὶ ἀποτεταμένην —, τῷ δὲ βραχεῖ τὴν συνεστραμμένην καὶ συνέχουσαν ὥςπερ ἑκατέρωθεν τὴν φωνὴν υ. τῶν δὲ τόνων τὴν μὲν ἄνω τείνουσαν καὶ εὐθεῖαν καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν οἰκείαν τοῖς βέλεσι τοῖς ἐφιεμένοις, ὀξεῖαν ἐπονομάσας ʹ, τὴν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ βαρεῖαν κάτω φερομένην ὥςπερ ὑπό τινος ὀργάνου ‵· ἐπεὶ δὲ ἑώρα τὴν ἔξω τοῦ μέλους λέξιν οὐ κατὰ τὸ βαρὺ μόνον οὐδ' ἐν τῷ ὀξεῖ καταμένουσαν, ἀλλὰ καὶ τρίτου τινὸς δεομένην τόνου, τούτου δὴ τοῦ περισπωμένου, πρότερον αὐτῆς τῆς φωνῆς τὴν δύναμιν ἐσκοπεῖτο. καὶ ἐπεὶ συνέβαινε ταῖς περισπωμέναις λέξεσιν εὐθὺς ἀρχομένην τὴν φωνὴν ὀξύ τι ὑπηχεῖν, κατατρέπειν δὲ ὡς εἰς τὸ βαρύ, οὐδὲν ἄλλο ἢ μῖξιν καὶ κρᾶσιν ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ τε ὀξέος καὶ τοῦ βαρέος, ἡγησάμενος εἶναι τὸ περισπώμενον, οὕτως αὐτῷ καὶ τὸ σχῆμα ἐποιήσατο. ' ἐφαρμο-' 188
σάμενος γὰρ ἀλλήλαις τὰς εὐθείας ἑκατέρας, τήν τε τοῦ ὀξέος καὶ τὴν τοῦ βαρέος, ταύτην εἶναι τὴν περισπωμένην ἔλεγεν, ὧδέ πως αὐτὴν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν τόνοιν ἐξ ὧν ἐγένετο ^ ὀξυβαρεῖαν ὀνομάζων. ἐπεὶ δὲ ὁμοιότητα αὐτὸ τὸ σχῆμα τοῦ τόνου πρὸς τῶν γραμμάτων ἔμελλεν ἕξειν τῷ Λ, δεδοικὼς μή τι ἄρα ἐν τῇ παραθέσει τῶν γραμμάτων παραμιγνύηται τὴν ἀνάγνωσιν, βραχύ τι τὴν εὐθεῖαν τῶν γωνιῶν κλάσας καὶ περιτείνας αὐτὰς ἓν ἡμικύκλιον, ἅμα τῷ σχήματι τῆς περισπωμένης καὶ τῷ νοήματι ἐπὶ τὸ οἰκειότερόν τε καὶ εὐφωνότερον μετέβαλεν. Ἀλλ' ἑκάστῳ πνεύματι οὐκ ἀτέχνως οὐδ' ἀμούσως τὰ σημεῖα ὅλα ἐπέθετο· καθάπερ οἱ τοῖς αὐλοῖς τὰ τρήματα εἱράμενοι ἐπιφράττειν αὐτὰ καὶ ὑπανοίγειν ὁπότε βούλοιντο, κέρασί τισιν ἢ βόμβυξιν ὑφολμίοις ἐπετεχνάσαντο, ἄνω τε καὶ κάτω καὶ ἔνδον τε καὶ ἔξω στρέφοντες ταῦτα, οὑτωσὶ κἀκεῖνος ὥςπερ κέρατα τὰ σημεῖα ἐποιήσατο τῷ πνεύματι, ἕν τι σχῆμα ἑκατέρῳ σημηνάμενος, τοῦτο δὴ τὸ ἓν ὥςπερ αὐλῷ ἐοικός, ὅπερ ἔνδον καὶ ἔξω στρέφων ἐπιφράττειν τε καὶ ὑπανοίγειν τὸ πνεῦμα ἐδίδαξεν· ἐπιφράττει μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ ἐπέχει, ὁπότε ψιλοῦν ἐπιτάττοι· ἀφίησι δὲ καὶ ὑπανοίγει ἡνίκα ἐπιπνέοντες ἡμεῖς δασέως λέγειν ἀναγκαζόμεθα.

189 Ἐποιήσατο δὲ καὶ τῇ πεπονθυίᾳ λέξει σημεῖα, τά τε συναληλιμμένα ἡμῖν διακρίνοντα καὶ τὰ συγκείμενα καὶ τὸ λελυμένα, οἷον τήν τε ἀπόστροφον νῦν καλουμένην ἐπὶ τοῖς συναληλιμμένοις τάξας καὶ τὴν ὑποδιαστολὴν ἐπὶ τοῖς ἀπ᾽ ἀλλήλων λυομένοις καὶ αὐτὴν ὑποτείνουσαν εὐθεῖαν τὰ συγκείμενα, ἣν ὑφὲν οὕτως ὀνομάζομεν, ἐπὶ τοῖς συμπεπλεγμένοις. τὰ δὲ σχήματα τούτων εἰδόσιν οὐ γράφω. ἀλλὰ καὶ τὰς στιγμὰς σημεῖα εἶναι οὐ μόνον τῇ λέξει ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ λόγου διέταξεν ἀνέσεις καὶ ἐποχὰς τῷ πνεύματι καὶ τῇ φωνῇ παρεχόμενος, καὶ χώρας αὐταῖς καὶ δυνάμεις ὡρισμένας διένειμεν. [Τρεῖς μὲν τὰς πρώτας καὶ κυριωτάτας μόνον νῦν λέξομεν ἐπιτομῆς χάριν· τὰ δὲ αὐτῶν μέρη ἐν τῷ περὶ περιόδων καὶ κώλων διείληπται καὶ Νικάνορι τῷ Ἑρμείου ἐν τῷ περὶ καθόλου στιγμῆς γέγραπται.] τὴν μὲν ἀπαρτίζειν ἀεὶ τὴν διάνοιαν τελείαν στιγμὴν ὑπέθετο, ἣν καὶ τίθησιν ἄνω κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ στοιχείου, τὸ κῦρος ὥςπερ ἔχουσαν τοῦ λόγου καὶ βαρύνουσαν τὴν φωνήν. τὴν δὲ ὑπὸ τῇ βάσει ταύτην ἣν
190 καὶ ὑποστιγμὴν καλοῦμεν, οὐκ ἀπαρτίζειν μὲν τὴν διάνοιαν ὥρισεν, πόθεν δὲ τοῦ μέλλοντος εἰρῆσθαι ὑφιέναι μὲν ἠρέμα τοῦ πνεύματος εἰς ὀξὺ τὸ λεῖπον ὥςπερ τοῦ λόγου τηροίη. τὴν δὲ μέσην καλουμένην ἀμφοτέρων οὐδὲ αὐτὴν μὲν ἀπαρτίζειν τὴν διάνοιαν ἔταξεν· ἀναπαύειν δὲ ἐν καιρῷ τὸ πνεῦμα ἐπίσης τῇ φωνῇ χρωμένων, ἐπειδὰν ᾖ ὁ λόγος πολὺς καὶ μακρός.

Verbosam disputationem pluribus illustrari ab hoc loco alienum; cf. inprimis Schol. Dionys. Thr. p. 674—765. Priscian. de acc. 2. Vol. II. p. 362. sq. alia. Nobis sufficiebat ut ipsa grammatici verba produceremus aliquanto ut speramus emendatiora: quamquam vitia haud pauca aliis sananda relinquimus. Librorum varietates nostrasque mutationes vel coniecturas monstrabit

*Annotatio critica.* (A significat Theodosii codicem 2603, B Ps.-Arcadium s. cod. Paris 2102.) Pag. 186, 5. διάκρισιν] διαστολὴν B. 6. μέλλον] μέλος corr. Villoisonus. 12. ῥυθμοὺς] ἀριθμοὺς vulgo. σημαινομένην] σημαινομένων A: expectamus σημαίνουσαν. 16. καὶ μαλακὸν] τὸ δὲ μαλακὸν B. οὕτω καὶ] κατὰ τοῦτο καὶ B. 187, 1. χρόνους] τόνους A (χρό superscr.). 7. ἀποτεταμμένην A. 9. τὴν φωνὴν] τὴν φωνὴν ἐσημειώσατο B. 11. οἰκείαν]

f. ὁμοίαν. 12. ἐπονομάσας] ἐπωνόμασε B. 13. Verba κάτω φερομένην ὥςπερ ὑπό τινος ὀργάνου om. B. ἐπεὶ δὲ ἑώρα] ἐπειδὴ ἑώρα vulgo. 15. ὀξεῖ] ὀξὺ vulgo. 17. πρότερον αὐτῆς] πρότερον ἑαυτῆς vulgo. 19. εὐθὺς ἀρχομένην] εὐθὺς ὑπ' ἀρχομένην vulgo. Praepositio repetita videtur ex insequenti ὑπηχεῖν. 21. βαρὺ οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μίξιν vulgo. 188, 1. ἐφαρμοσάμενος] ἐφορμησάμενος vulgo. 5. αὐτὸ delerim. 6. τῷ Δ] τὸ Δ vulgo. 8. παραμιγνύηται] f. παραμιγνύῃ. 10. ἐν ἡμικύκλιον] f. εἰς ἡμικύκλιον. 12. μετέβαλεν] μετέβαλλεν A, μετέβαλλεν B. 13. In corrupto ὅλα, quod om. B. vide an lateat ὁ αὐτός. 16. ὑφολκίοις A, ὑφορκίοις B: scripsi ὑφολμίοις, de qua voce cf. praeter alios Phot. p. 635, 6: Ὑφόλμιον· ἀπὸ (l. ἐπὶ) τῶν αὐλῶν. Φερεκράτης. 17. ἄνω τε] τε om. B. 18. ταῦτα, οὑτωσὶ κἀκεῖνος] ταῦτα οὑτωσὶ, κἀκείνοις vulgo. Pro ταῦτα malim αὐτά. 22. ἐδίδαξεν] f. διέταξεν. 23. ἐπιφράττει — ἐπέχει] ἐπιφράττειν et ἐπέχειν vulgo. 189, 6. καὶ αὐτὴν] f. καὶ τὴν. 8. τούτων εἰδόσιν οὐ γράφω] Ita A: τούτων σὺν τοῖς ἄλλοις μετ' ὀλίγα γραφθήσονται B. 11. τοῦ λόγου] τῷ λόγῳ B. 14—18. Τρεῖς μὲν — γέγραπται om. A. 18. ἀπαρτίζειν] ἀπαρτίζουσαν B. 19. τελείαν στιγμὴν ὑπέθετο] ὑποθέμενος τὴν στιγμὴν A. 22. ταύτην om. B. 190, 4. τὴν δὲ μέσην] τὴν μέσην A. καλουμένην] καλοῦμεν vulgo.

Quae sequuntur p. 190, 8: ὥρισε καὶ τοῖς τόνοις καὶ τοῖς πνεύμασι τεταγμένως περιπλεῖν τὴν λέξιν κτλ. ab Aristophane nimis videbantur aliena.

2. Huic si qua fuit Aristophanis inventioni commode adiungemus quae de σημείοις κριτικοῖς ab eodem adhibitis passim traduntur. Rationibus igitur critici muneris aperiendis destinatum fuit antiquitus institutum tam apud Graecos quam Romanos cum recensendis scriptorum exemplaribus coniunctissimum, *notae criticae* proprie sic dictae [3]), quarum vicissitudines post Villoisonum Prolegg. II. p. XIII—XXIII. nemodum debita cura explicuit [4]).

---

3) Prosodiae et criseos notas veterum more distinximus: si accurate agas, prosodias quoque criticis signis iure annumeres cum ceteras, tum diastolen et hyphen, quibus vera indicetur litterarum iunctura. Nam litteris recte copulandis quam curam debeant critici impendere neminem fugit. Exempla praebet Gramm. Bekk. Anecd. p. 1158. Errores librariorum separanda coniungentium, distrahentium copulanda perstrinxit inprimis Valck. Diatr. in Eur. c. 25. Nonnulla dabimus ipsi Cap. III. n. 70. 4) Inprimis vide Diog. L. III, 65. 66. Hephaest. p. 133. sqq. Gramm. Bachm. Anecd. II. p. 448. Tzetz. in Cram. Anecd. Paris. I.

A quo inde tempore notae criticae adhibitae fuerint, vix eruas. Quamquam cum emendatio, distinctio, annotatio [5]) arctissime cohaereant, facile coniicias horum signorum usum ordiri ab ipsa criticae artis infantia primisque illis rudimentis, quae si non sophistis, saltem Aristoteleae aetati tribuemus (cf. not. 1.). In Homericis carminibus iam Zenodotum quibusdam signis usum fuisse, testatur praeter alios Gramm. Bekk. Schol. Il. p. III: *τὸν δὲ ὀβελὸν ἔλαβεν ἐκ τῆς Ζηνοδότου διορθώσεως.* Quis ille fuerit qui *διπλῆν ἀπερίστικτον* introduxisse proditur [6]), alii fortasse indagabunt. De Aristophane, qui eorundem *σημείων* usum in Homeri aliorumque poetarum editionibus et adoptavit et passim ni fallor amplificavit, haec

---

p. 72. sq. Isidor. Origg. I, 20. denique *Anecd. Paris.* e cod. Reg. 7530. fol. 28. 29. editum in Bergkii et Caesaris Diurn. antiq. stud. 1845. p. 85. sqq. hoc titulo: *Notae XXI, quae versibus apponi consuerunt.* Idem opusculum significasse videtur Villoisonus Prolegg. p. XXI: „Confer et *Nouveau Traité de Diplomatique* T. III. p. 483. sqq. ubi indicatur quoddam ineditum et Servio tributum opusculum Latinum, huc usque latens in cod. Reg. 7530. In hoc exhibentur triginta octo notae, cum in Isidoro XXVI. duntaxat occurrant.“ Commentarios *περὶ σημείων* nunc deperditos scripserunt inprimis Aristonicus (de quo cf. Muetzellius de em. Theog. Hes. p. 288. sq. et Lehrsius de Arist. p. 2. sqq. cui addo Etym. G. p. 334, 12: *οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀνδρονίκου*, l. *Ἀριστονίκου*), Nicanor *Στιγματίας* (Ps.-Arcad. p. 189, 16. Schol. Dionys. Thr. p. 758. sqq. Bachm. Anecd. II. p. 316. al.), Diogenes Cyzicenus, Philoxenus, Suetonius. Fortasse eodem spectabat Tryphonis opus *περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως.* Usurpata scimus signa critica in libris Homeri, Hesiodi, Pindari, Sapphonis, Alcaei, Alcmanis, Anacreontis, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Platonis, Hippocratis all.

5) Vide Suet. de illustr. gr. 24. Front. p. 210. Graeca vocabula sunt *διορθοῦσθαι*, *διαστίζειν*, *σημειοῦσθαι.* Hinc *ἀστιγὲς βιβλίον* i. q. *ἀδιόρθωτον*: vide Steph. Byz. vv. *Βάβρας* et *Ἀνακτόριον* ubi genuinam lectionem praebet codex Vratisl. 6) Anecd. París. p. 86: *Διπλῆν ἀπερίστικτον primus Leagoras Syracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a coelo, proprie Olympum ab eo pro monte positum adnotans, nusquam pro coelo; quod saepe οὐρανὸν εὐρὺν dicat et μακρὸν Ὄλυμπον, neque e contrario epitheta permutet.* Cf. Isidor. Origg. I, 20. Leagoram Syracusanum non novi, sed fortasse idem homo delitescit ap. Schol. Il. *Ε*, 6. ubi laudatur *Κλέανδρος* (suspicabar *Λέανδρος*) *ὁ Συρακούσιος ἐν*

habemus testimonia. Anecd. Paris. p. 86: *Asteriscum Aristophanes apponebat illis locis quibus sensus deesset, Aristarchus autem ad eos qui in hoc puta loco positi erant, cum aliis scilicet non recte ponerentur. Asteriscus cum obelo propria nota est Aristarchi; utebatur autem ea in versibus qui non suo loco positi erant* [7]). Cui narrationi repugnat Schol. Od. γ, 71. ubi asteriscum Aristophanes eadem vi atque Aristarchus adhibuisse fertur: *Ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστέ] τοὺς μετ' αὐτὸν τρεῖς στίχους ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐνθάδε σημειοῦται τοῖς ἀστερίσκοις· ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος λέγονται* (Od. ι, 252—55.), *καὶ ὀβελοὺς* (ita leg.) *τοῖς ἀστερίσκοις παρατίθησιν ὡς ἐντεῦθεν μετενηνεγμένων τῶν στίχων.* Dissidium ita componendum videtur, ut statuamus ab Odysseae scholiasta (Aristonico?) Aristarcheam normam communi illam usu receptam ad magistrum Aristophanem parum accurate transferri. Alia potestate asteriscum in Alcaei editione Aristophanes adhibuit auctore Hephaest. p. 138. sq.: *ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκαίου ἰδίως κατὰ μὲν τὴν Ἀριστοφάνειον ἔκδοσιν ἀστερίσκος ἐπὶ ἑτερομετρίας ἐτίθετο μόνης· κατὰ δὲ τὴν νῦν τὴν Ἀριστάρχειον καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβολῆς.* Quo e loco nonnulla decerpsit Schol. Ar. Plut. 253: *Ἡφαιστίων δέ φησιν ὅτι κατὰ τὴν Ἀριστοφάνειον ἔκδοσιν ὁ ἀστερίσκος ἐπὶ ἑτερομετρίας ἐτίθετο μόνης.* In Alcaeo igitur aliisque fortasse poeticis lyricis asterisco Aristophanes usus est ad carmina vel cola dispescenda, quo nomine Aristophanem laudat Dionys. de C. V. 22. p. 312: *κῶλα δέ με δέξαι τῷ περὶ τοῦ ὁρίζοντος.*

7) Vides asteriscum et obelum cum asterisco coniunctum eo teneri vinculo, ut altera nota alteram necessario requirat. Ita respondent sibi Schol. Δ, 207: *ὁ ἀστερίσκος, ὅτι νῦν δεόντως λέγεται* — et Δ, 195: *ὁ ἀστερίσκος καὶ ὁ ὀβελός, ὅτι νῦν παρέλκει.* Similiter alias. Permultis tamen in locis parallelismus iste nunc oblitteratus est, ac patet nostris scholiis nec plene notas criticas, nec recte semper indicari: inprimis *διπλῇ* saepius asterisci locum occupavit. Exemplum mutilorum nunc scholiorum ac textus Homerici suppeditat Schol. Ven. Α, 12: *ἀστερίσκοι· οὐ καλῶς γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς μετετέθησαν.* Unde colligimus post Α, 94. hos olim extitisse versus nunc deletos: *Ἀτρείδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, λυσόμενός τε θύγατρα φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα, στέμμα ἔχων ἐν χερσὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ*

νυνὶ λέγειν οὐχ οἷς Ἀριστοφάνης ἢ τῶν ἄλλων τις μετρικῶν διεκόσμησε τὰς ᾠδάς, ἀλλ' οἷς ἡ φύσις ἀξιοῖ διαιρεῖν τὸν λόγον, et c. 26. p. 430: ἐκ δὲ τῆς μελικῆς τὰ Σιμωνίδεια ταῦτα· γέγραπται δὲ κατὰ διαστολάς, οὐχ ὧν Ἀριστοφάνης ἢ ἄλλος τις κατεσκεύασε κώλων, ἀλλ' ὧν ὁ πεζὸς λόγος ἀπαιτεῖ. Praeter asteriscum et obelum (hunc enim verbum ἠθέτει s. προηθέτει Ἀριστοφάνης indicat) in Homero grammaticus noster habuisse refertur κεραύνιον (Schol. Od. σ, 282. in Cram. Anecd. Paris. III. p. 505.) potestate ea quam Anecd. Paris. p. 87. sive Isidorus Origg. I, 20, 2. commemorat [8]). Sigma et antisigma Aristophani cognitum fuisse indicat Schol. ε, 247. sq.: Ἀριστοφάνης τοὺς δύο στίχους τὸ αὐτὸ ᾤετο περιέχειν ἄμφω· διὸ τῷ μὲν σίγμα, τῷ δὲ ἀντίσιγμα ἐπιτίθησιν. Similiter egit in Aristophane poeta teste Schol. Ran. 153. Item criticam Aristophanis Byzantii notam prodere videntur hi loci: Schol. Od. β, 313. (cf. Cram. Anecd. Paris. III. p. 407.): ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα] τοῦτο σημειοῦται Ἀριστοφάνης, ὅτι ἱκανὰ ἔτη ἐγεγόνει, ἀφ' οὗ οἱ μνηστῆρες συνήχθησαν. ε, 185: καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ] γράφεται καὶ ὕδατος, πρὸς ὃ ἐσημειοῦτο Ἀριστοφάνης. Schol. Ar. Nub. 958: ταῦτα ἄγαν [9]) Ἀριστοφάνης ἀπεδέχετο ὡς εὖ πεποιημένα, denique fortasse Schol. Hes. Theog. 68.

---

Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ, οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα κτλ. 8) Diversus Platonicorum criticorum fuit usus, qui teste Diog. L. III, 66. κεραύνιον apposuerunt πρὸς τὴν ἀγωγὴν τῆς φιλοσοφίας. 9) Quid ἄγαν sit nescio: an legendum ὁ γραμματικός? — Ceterum vehementer errant si qui ἄγαν opinantur posse idem esse quod *prorsus, omnino*. Mirum commentum debetur loco Aesch. Sept. 811. sq.:

οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν.
οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.

Sed h. l. quin particulae ἄγαν et ἅμα transponendae sint, nemo semel monitus dubitabit.

# Caput tertium.

## De studiis ad Homerum aliosque poetas ab Aristophane collatis.

1. Principes Alexandrini philologi quam in Homero operam collocarint, tametsi per singulos versus exacte definiri non potest, eatenus tamen cognitum habemus, ut de rerum fastigiis nulla debeat superesse dubitatio. Cum enim e priorum temporum sive licentia sive incuria multae sensim varietates et discrepantiae Homericorum carminum exemplaria invasissent, iis qui veterum monumentorum interpretationem et crisin molirentur, necessarium videbatur inconcinnam istam varietatem ad criticae artis trutinam expendi, ita quidem ut inter complures eiusdem loci scripturas quam potiorem quisque putasset eam deligeret, vel sicubi nil aptum antiquitatis fama proditum repperisset, probabiliorem lectionem aut e similium locorum comparatione repeteret aut proprio tentamine studeret eruere, atque cum insuper multi versus Homero afficti viderentur aut omnino ab eius ingenio alieni vel cum aliis locis pugnantes aut hoc saltem quo invenirentur loco molesti, spuria quaeque vel notaret vel deleret. Vides criticum munus arctissime illud cum interpretatione coniunctum ea ratione apud Alexandrinos grammaticos fuisse administratum vel certe tentatum, quam hodie probamus ipsi et aemulamur. Quamquam cum aliis in disciplinis, tum in arte critica factitanda longo indigemus usu et exercitatione multiplici, cuius fructus nulla unquam ingenii felicitate satis compensatur. Vel hinc assequare illud quod re et veritate confirmari infra ostendemus, grammaticos Alexandrinos etiamsi nec diligentiam eam plane refugerint, quae in colligenda lectionis varietate cernitur, et in vitiis Homerici textus rimandis mirificam hancce nostrae aetatis incuriam longe superarint, eosdem tamen non solum integerrima haud pauca attrectasse et quo fortius dif-

ficultates expedire studerent, eo proclivius esse lapsos, sed omnino emendatores propter ipsam artis infantiam audaces magis extitisse quam felices atque corruptelas verissime agnitas plerumque non sanasse, sed turpiter oblitterasse. Verum haec infra §. 11. certius demonstrandi locus erit: nunc antequam ad Aristophanis studia Homerica diiudicanda transeamus, errorem everti necesse est in hac fontium nostrorum conditione nimis proclivem. Nempe ut trita narremus, de principibus Alexandrinis grammaticis quae hodie sciri possunt, nil nobis praestant nisi exiles ingentis naufragii tabulas easque deformes saepe et saeculorum decursu vitiatas; ac vel in Homericis veterum studiis, quibus novissima subsidia plurimum lucis attulerunt, ne optimorum quidem criticorum lectiones aut plene scholiis nostris produntur aut ea ratione definiuntur, ut lectiones antiquitate traditas a propriis cuiusque suspicionibus liceat discernere. Mutilam esse illam quam scholia Homerica praebent variarum lectionum silvam, demonstrat vel Il. *Α*, 122. ubi Aristophanem legisse non *φιλοκτεανώτατε*, sed *φιλοκτεανέστατε*, scholia l. l. ignorant, testatur Seleucus ap. Schol. Od. *β*, 190. (cf. Eust. Od. p. 1441, 18.): *ἀνιηρέστερον*] *ὡς τὸ αἰδοιέστερον· καὶ Ἀριστοφάνης κατὰ Σέλευκον ἔγραφε φιλοκτεανέστατε* [1]. Verum hoc levius est damnum: multo magis conquerimur illud quod scholiastae in nudis lectionibus memorandis solent acquiescere rationibus aut omissis aut licenter effictis. Quamvis igitur plurimae nobis cognitae sint Aristophaneae editionis lectiones, eae tamen utrum coniecturae sint an vetustiorum exemplarium fide nitantur, proditum fere nusquam legimus, interdum divinando assequimur, saepius nescimus. Hinc in iudicio de Aristophanea recensione ferendo hanc mihi scripsi modestiae legem, ut neve laudarem confidentius probas lectiones neve falsas castigarem, quas incer-

---

1) De Aristophanis recensione similes scholiorum defectus aliunde resarciendos deprehendimus *Ε*, 791. coll. Schol. *Ν*, 107., *Η*, 337. (Schol. *Η*, 436.), *Π*, 475. (Eust. Il. p. 692, 21.), *Α*, 427. (Schol. *Ψ*, 81.), *Σ*, 165. (Schol. *Γ*, 373.), *Υ*, 307. (Schol. Vat. Eur. Troad. 44.), *Φ*, 137. (Schol. *Φ*, 249.), *Ω*, 425. (Schol. *ν*, 358.), *κ*, 72. (Schol. *ν*, 96.), *β*, 94. (Schol. *β*, 338.), *ι*, 253—255. (Schol. *γ*, 71.), *ξ*, 112. (Ath. XI. p. 498. F. Eust. Od. p. 1775, 21.),

tum esset utrum proprio Marte Aristophanes excogitasset an aliunde suscepisset.

2. De ambitu quo Homericis studiis Aristophanes vacarit, critici dissentiunt. Certo tenemus eius recensionem Homericam: commentarios num idem scripserit (quod Wolfius Prolegg. p. 221. coniecit et recentiores plerique confidentius statuerunt), eo magis dubitare licet, cum neque in Homerum neque alium in scriptorem *ὑπομνήματα* ab Aristophane concinnata prodantur [2]). Hanc ob caussam interpretationes vocabulorum Homericorum ad Glossarum opus revocare malui [3]), quo Aristophanes et aliorum poetarum et Homericorum carminum tum crisin tum interpretationem strenue adiuvit. Quae praeterea feruntur ad exegesin Homeri spectantia, videntur per discipulos potius fuisse propagata quam iustis commentariis fuisse exposita [4]). Ita Schol. *Α*, 5. (cf. Cram. Anecd. Paris. III. p. 271.) de verbis *Διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή* (quibus mirificas alii interpretationes admovebant, cf. Lehrs. de Arist. p. 191. sq.): *ἡμεῖς δέ φαμεν κατὰ τὴν Ἀριστάρχου καὶ Ἀριστοφάνους δόξαν, τῆς Θέτιδος εἶναι βουλήν, ἣν ἐν τοῖς ἑξῆς φησὶ λιτανεύουσα τὸν Δία ἐκδικῆσαι τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν.* — Schol. *Μ*, 395. (*ἀλλ᾽ ὅγε Θεστορίδην Ἀλκμάονα δουρὶ τυχήσας νύξ· ἐκ δ᾽ ἔσπασεν ἔγχος, ὁ δ᾽ ἑσπόμενος πέσε δουρὶ πρηνής*): *νύξ· ἄδηλον ποῦ· ὁ δὲ Ἀριστοφάνης, ὡς ὑπερκύπτοντα κατὰ τὸ γένειον αὐτὸν ἔβαλεν.* — Porphyr. Q. Hom. VIII. (cf. Schol. *Φ*, 126.), de loco vexatissimo „*θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ᾽ ὑπαΐξει ἰχθῦς, ὅς κε*

---

*π*, 49. (Ath. VI. p. 228. D.), denique *ω*, 314. (Schol. *ν*, 357.). 2) Nam apud Erotian. Gloss. Hippocr. p. 312. *Ἀριστοφάνης* nomen suspectum. Vide Cap. IV. extr. Contra quos Wolfius dubitanter huc referebat locos Schol. *Β*, 133. et *Φ*, 130., iis non Aristophanis memorantur *ὑπομνήματα*, sed Aristarchi. 3) Ne quis temere factum calumnietur, videat Schol. *Α*, 567: *ἐν δὲ ταῖς Ἀριστοφάνους Γλώτταις διὰ τοῦ ε ἐγέγραπτο ἀέπτους* (pro *ἀάπτους*). Hinc uti iam Bekkerus Ind. Schol. p. 820. ad Glossas rettulerat Schol. *Ε*, 266. *Κ*, 334. ita ipse eodem revocavi Schol. *Ε*, 289. *Ο*, 606. *Ψ*, 104. *γ*, 244. *ν*, 247. *ο*, 397. Inepte contra quidam Glossas significari putabant Schol. *Θ*, 513. ubi extat *αἱ Ἀριστοφάνους*: scribendum *ἡ Ἀριστοφάνους* et h. l. et in Schol. *ε*, 83. 4) Cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. I. p. 385. extr. II. p. 110. Hinc saepius Aristophanis lectiones per

φάγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν" — τῷ δ' Ἀριστοφάνει ὅπως συντέθειται τὰ κατὰ Λυκάονα καταμάθωμεν· βούλεται τὸν ἰχθὺν ὡς καταφάγῃ τὸν τοῦ Λυκάονος δημόν, θρώσκειν κατὰ κῦμα καὶ ὑπαΐσσειν τὴν φρῖκα, καί, φησίν, ἐπιπολαίως ἐπινήξεται τῷ ἀφρῷ τοῦ ὕδατος ὑποδεδυκώς, ἐπεὶ καὶ τῶν ἀποθανόντων τὰ σώματα, ἕως ἂν ᾖ πρόσφατα, ἄνωθεν ἐπιπλεῖν εἴωθε. — Schol. γ, 427: Ἀριστοφάνης τὸ εἴπατε δ' εἴσω ἀντὶ τοῦ εἰςαγγείλατε. — Schol. δ, 140. (ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω): Ἀριστοφάνης οὐκ ἀποφαντικῶς, ἀλλ' ἐν ἤθει. — Schol. δ, 351: Αἰγύπτῳ μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθαι ἔσχον] Ἀριστοφάνης παρέλκειν φησὶ τὸ ἔτι, ὡς τὸ „ὅν μοι ἔδωκε πατὴρ ἔτι δεῦρο κιούσῃ" (v. 736.). Male. — Schol. μ, 43: (eos qui Sirenum cantus audiissent) ὁ μὲν Ἀριστοφάνης φησὶ κατατηκομένους τῇ ᾠδῇ καὶ αἰφνιδίως ἐκλείποντας ἀπολέσθαι, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων σπάνιν. cf. Eust. Od. p. 1707, 51: ἅπερ ὀστᾶ ὁ μὲν γραμματικὸς Ἀριστοφάνης νοεῖ ἐπεστοιβάσθαι σωρηδόν, ὡς τῶν ἀκροᾶσθαι παρατυχόντων τηκομένων τῇ τῆς ἐπῳδῆς ἡδονῇ καὶ οὕτω θνησκόντων, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων σπάνιν, ἣν πάσχουσι προςτετηκότες ἐπὶ μακρὸν τῇ ᾠδῇ. — Schol. ν, 265: οὐχ ᾧ πατρὶ θεράπευον] ἐπεὶ οὐκ ἤμην θεράπων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ὀρσιλόχου· οὕτως Ἀριστοφάνης, οὐχ ᾧ πατρὶ τῷ ἐκείνου· ὡς τὸ „αἱ μὲν ἔτι ζωὸν γόον ᾧ ἐνὶ οἴκῳ" (Z, 500.). — Schol. π, 19. in Cram. A. P. III. p. 496: τῷ ἔπ' ἄλγεα πολλὰ μογήσῃ] Ἀριστοφάνης φησὶν ἐφ' ᾧ κατανίσθῃ[5]) ὑπὲρ τῆς ἐκδημίας. — Schol. σ, 44: γαστέρες αἵδ' αἰγῶν κέατ' ἐν πυρί] ἐν πυρὶ δὲ ἀντὶ τοῦ παρὰ πυρί, οὕτως Ἀρίσταρχος· ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἐν πυρὶ ἐν τῷ καταφωτιζομένῳ τόπῳ, ὡς ἐν Ἰλιάδι (I, 206.)· αὐτὰρ ὅγε κρεῖον μέγα κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. — Schol. σ, 132. in Cram. A. P. III. p. 504, 19: οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω] οἷον οὐκ ἀνέξειν, ἀλλ' αὐτὸν ἐξάξειν· οὕτως Ἀριστοφάνης. — Glossis fortasse accensenda est annotatio Schol. β, 294: Ἀττικὸν λίαν φησὶν ὁ Ἀριστοφάνης

---

discipulos traditas invenimus,' ut per Aristarchum (not. 8.) et Callistratum (Schol. T, 327.). 5) „Sic. κατηνέσθη leg." *Cramer.* Hoc quid sit non intelligo: pro κατανίσθη scribas κατανιαθῇ, et

τὸ ἐπιόψομαι[6]), ἀντὶ τοῦ ἐποπτεύσομαι (l. ἐποπτεύσω), περιβλέψω. Nec repugnarim si quis eodem referat Schol. *I*, 378. ubi de Homerico ἐν καρὸς αἴσῃ disputatur: Λυσανίας δὲ ὁ Κυρηναῖος καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀρίσταρχος ἐν κηρὸς μοίρᾳ φασὶ λέγειν τὸν ποιητήν, Δωρικῶς μεταβαλόντα τὸ η εἰς α. Dubitationem movet Schol. β, 154. in Cram. A. P. III. p. 402, 33: δεξιὰ γὰρ τὰ ἀνατολικὰ καλεῖ ὁ Ὅμηρος· εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα (*M*, 239.). Ἀριστοφάνης. Ubi Aristophanis nomen a Buttmanni libris (E. Q.) abest, fortasse recte. Restat Schol. δ, 339: ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν] Ἀριστοφάνης ἐπὶ τῆς ἐλάφου καὶ τοῦ νεβροῦ λαμβάνει[7])· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης (H. A. VI, 29.) ἕν φησι τίκτειν τὴν ἔλαφον, σπανίως δὲ δύο. Quae ultima observatio poterat in libris περὶ ζώων locum habere: ceteras verisimile est non litteris fuisse consignatas, sed vivo sermonis commercio a magistro ad discipulos propagatas ac posteritati innotuisse inprimis per Aristarchum, cuius et commentarios novimus ex Aristophanis ore exceptos[8]), et duas afferri videmus diorthoses, quarum prior fortasse magistri vestigia arctius premebat, altera exuto hoc vinculo ad altiora enitebatur[9]).

---

statim ni fallor περὶ τῆς ἐκδημίας. 6) Formas ἐπιόψομαι et ἐπόψομαι mirifice discernere conatur Buttmannus Ausf. Sprachl. II. p. 258. sq. quem sequitur Nitzschius Annot. in Odyss. II. p. 165. Mihi vix dubium quin Homero unum debeat concedi ἐπιόψομαι sive potius ἐπιϝόψομαι. Itaque Ξ, 145. legas σὺ δὲ ὄψεαι αὐτοὺς φεύγοντας, et similiter ceteris in locis, quorum unus dubitationem admittit υ, 233. 7) Videtur igitur Aristophanes ν, 336. de coniectura scripsisse: νεβρὸν κοιμήσασα νεηγενέα γαλαθηνόν, ne quid contra zoologiae doctrinam Homerus committeret. Vitiosa enim tradit Schol. Harl. in Cram. A. P. III. p. 442: Ἀριστοφάνης τὸ ἀμφοτέροισιν ἐπὶ αὐτῆς καὶ τῶν νεβρῶν· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης πέντε φησὶ τίκτειν τὴν ἔλαφον. Mox rectius ibidem: Ἀριστοφάνης ἀμφοτέροις ἤκουσεν αὐτῇ καὶ τῶν νέβρων (l. τῷ νεβρῷ)· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἕν φησι τίκτειν τὴν ἔλαφον. Iure commentum Aristophanis alii spreverunt: εἰκότως δὲ Ὅμηρος τούτῳ συγχρᾶται (f. Ὁμήρῳ τοῦτο συγχωρεῖται), ἵνα καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐμφερὲς ᾖ τὸ τῆς εἰκόνος. 8) Schol. *B*, 133: Ἰλίου] ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοφάνην ὑπομνήμασιν Ἀριστάρχου Ἴλιον ἐγέγραπτο, οὐκ Ἰλίου. Eodem spectant quae tradunt Schol. Φ, 130—35. et υ, 152. 9) Duplicis

Itaque sicut Zenodotus, ita Aristophanes subtilissime videtur in Homericis carminibus recensendis. Curavit igitur editionem Homeri vel in tanto Aristarchei nominis splendore satis frequenter commemoratam[10]), notis criticis instructam iis de quibus supra Cap. II. exposuimus. De qua recensione

---

Aristarcheae recensionis diversitates saepissime grammatici memorant (cf. praeter alios locos Schol. A. *N*, 60: *διχῶς Ἀριστοφάνης, καὶ κεκορηώς καὶ κεκοπώς*, ubi pro *Ἀριστοφάνης* ex Schol. V. et Eust. p. 920, 37. restituendum *Ἀρίσταρχος*): prioris utra sit lectio, utra posterioris, raro admonent; veluti Schol. *K*, 306: *Ἀμμώνιος πρῶτον μὲν στιγμαῖς φησὶ τὸν Ἀρίσταρχον παρασημειώσασθαι αὐτούς* (quod idem fecerat Aristophanes), *εἶτα δὲ καὶ τέλειον ἐξελεῖν. Π*, 613: *ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου οὐκ ἐφέρετο κυδάναξ· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἄλογος* (frustra Lehrsius de Ar. p. 362. et Spitznerus suadebant *ὀβελὸς*) *αὐτῷ παρέκειτο. Σ*, 160: *τίς γάρ σε*] *ἡ ἑτέρα τῶν Ἀριστάρχου διὰ τοῦ τ, τίς τάρ σε· μήποτε δὲ ἀμείνων ἡ προτέρα* (cf. Spitzn. in *A*, 8. ubi legendum: *Τίς γάρ σφωε θεῶν*). Denique cf. Schol. *T*, 386. ubi neutra Aristarchearum lectionum cum Aristophanea congruit.

10) Famam huius diorthoseos haud mediocrem praeter Scholia testantur Anonym. Vit. Arat. II. p. 431. (Petav. Uranol. p. 270.): *καὶ καλεῖταί τις διόρθωσις* (sc. Homeri) *οὕτως Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος καὶ Ἀριστοφάνειος*. Lactant. Inst. V, 2. f.: *praecipue tamen* (philosophus nescio quis) *Paulum Petrumque laceravit ceterosque discipulos tanquam fallaciae seminatores, — quasi aegre ferret, quod illam rem non Aristophanes aliquis aut Aristarchus commentatus sit.* Tatian. Orat. adv. Graec. p. 106. (quem locum descripsit Euseb. P. E. X, 11. p. 492. A.): *περὶ δὲ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου τοῦ τε γένους αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασε προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος κατὰ Καμβύσην γεγονώς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος — ἔπειτα γραμματικοὶ Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος.* Ne quis eodem trahat Plut. adv. Epicur. p. 1095. E: *κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἕωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν καὶ Ἀριστοφάνους περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσί, δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος;* — h. l. vulgaris scriptura falsa est. Commendat Plutarchus honestam oblectationem petendam ex ingeniosorum hominum sermonibus convivalibus. At vero severissima Aristophanis studia Homerica ab epularum lautitiis aliquantum distabant. Praeterea cum Theophrasto et Aristoxeno Epicuri aequalibus grammaticus noster consociari vix potuit. Legendum *Ἀριστοτέλους*: cui emendationi fidem conciliat p. 1095. A.

disputaturi ita materiam dispensabimus ut primum ἀθετήσεις videamus, i. e. locos Aristophani aut suspectos aut ignotos, deinde lectiones percenseamus sive tralaticias sive coniectando inventas. Utroque in capite ordiemur ab iis quae cum Zenodoto magistro communia grammaticus noster habuisse proditur.

3. Ἀθετήσεις. Cum Zenodoto damnavit Aristophanes teste scholiasta*) *H*, 195—199: σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην κτλ.: item probante Aristarcho θεῶν ἀγοράν *H*, 443—464. porro cum Aristarcho *δ*, 62—64. cf. Schol. Cram. A. P. III. p. 438: προηθετοῦντο[11]) καὶ παρὰ Ἀριστοφάνους καὶ παρὰ Ζηνοδότου, idque recte tum propter sententiam, tum propter σφῷν vel σφῶν formam[12]). Verissime item Zenodotus et Aristophanes reiecerunt *λ*, 38—43. cf. Nitzsch. Annot. III. p. 195. sq. Denique *H*, 475. damnarunt propter ἀνδράποδον λέξιν νεωτερικήν teste Eust. Il. p. 692, 21: ἡ δὲ τῶν ἀνδραπόδων λέξις νεωτερική ἐστι κατὰ τοὺς παλαιούς, διὸ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ζηνόδοτος ἠθέτουν τὸ ἔπος ἐν ᾧ κεῖται ἡ λέξις αὕτη.

Alii item loci sunt haud pauci, ubi Aristophanes versus improbarit a Zenodoti editione plane exulantes. Ita *Θ*, 284: καί σε, νόθον περ ἐόντα, κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ, ubi recte schol.: ἄκαιρος ἡ γενεαλογία καὶ οὐκ ἔχουσα προτροπήν, ἀλλὰ τοὐναντίον ὀνειδισμὸν καὶ ἀποτροπήν. *Θ*, 385—87. qui versus ex *E*, 734—36. huc illati sunt, ut *Θ*, 557. sq. ex *Π*, 299. sq.; porro *I*, 23—25: item *I*, 694. *Λ*, 13. sq. 515. quos versus nostri quoque editores proscripserunt. Rectissi-

---

*) De crisi Homericorum locorum disputantes quotiescunque disertam fontis mentionem non addiderimus, Scholia ubique volumus intelligi, secuturi exemplaria Bekkeri et Buttmanni: supplementa aliunde petita suo quodque loco indicabimus.

11) Sc. ante Aristarchum: vide Wolf. Prolegg. p. 271. Buttm. Schol. Od. p. 564. sq. Non monerem, nisi ignorasset hebetior natura Spitznerus *Ξ*, 95. *Ψ*', 824. sq. *Ω*, 614.

12) Apoll. de Pron. p. 370. A: τοιοῦτο δ' ἦν τὸ „οὐ γὰρ σφῷν τε (γε) γένος ἀπόλωλε τοκήων". ὅπερ ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι, ὡς τρίτον πληθυντικὸν δίχα τοῦ ι γραφόμενον, τοῦ λόγου ἀπαιτοῦντος δεύτερον· πρὸς γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν, ubi pro ὑπὲρ αὐτῶν leg. οὐ περὶ αὐτῶν.

me porro Aristophanes damnavit *Α*, 355. sq.[13]), *οὐ γάρ γέγονε σφοδρὰ πληγή, ὡς ἐπ' Αἴαντος* (*E*, 309. sq.). De *M*, 175—180: *ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν κτλ.* recentiores critici Aristophani et Aristarcho (cf. Lehrs. p. 130.) accesserunt, item de *M*, 450. et *Ξ*, 376. sq.[14]); nec debebant idem tueri *Π*, 237. ex *Α*, 454. male repetitum, aut *Α*, 179. sq. versus hoc loco incommodos, quorum prior scholiasta auctore pugnat cum v. 159. alter e *Π*, 699. iteratus est. Hosce locos Aristophani improbatos, Zenodoto non scriptos si quis ita excutiat ut iudicii severitatem adhibeat neque hodierna carminum Homericorum facie corrumpi se patiatur, intelliget hercle irritam esse eam quam et veteres critici et recentiores non critici Zenodoto obiectant eiiciendorum versuum audaciam ac temeritatem[15]), nec deberi Zenodoto impertiri exemplaris quo utebatur formam ut alii fortasse augurabuntur mutilam, ut nos accurata observatione ducti iudicamus, nondum obrutam aliorum exemplarium additamentis multis et ineptis. Omnibus quos modo attulimus lo-

13) Sine dubio enim ad duos versus illa suspicio pertinuit, quam de solo 356. scholia annotant. 14) Vitiose Schol. A. p. 403, a, 2: *Ζηνόδοτος δὲ προηθέτει.* Genuinam lectionem monstrat Schol. V: *τοὺς δύο Ζηνόδοτος μὲν οὐδὲ γράφει, Ἀριστοφάνης δὲ ἀθετεῖ.*

15) De veteribus cf. vel Schol. *I*, 23—25: *Ζηνόδοτος ἦρκε τοὺς στίχους πρὸς οὐδὲν ἀναγκαῖον, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ (καὶ) κατ' ἄλλους τόπους φέρεσθαι· τοιοῦτος δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν διφορουμένων* (l. *δὶς φερομένων*). Recentiores subscripserunt fere Villoisono Prolegg. Il. p. XXXI. haec dictanti: „Zenodotum in sua editione fuisse audaciorem Aristophane Byz. in eaque ne scribere quidem dignatum fuisse plurimos versus, quos hic obelo duntaxat notabat, haec demonstrant quae passim in nostris scholiis leguntur: *Ἀριστοφάνης ἠθέτει· Ζηνοδότος δὲ οὐδὲ ἔγραφεν.*" Cf. Lehrs. de Arist. p. 361. et al. Quo tamen iure eiecisse Zenodotum contendemus, quae cognita eidem fuisse nemo demonstrarit? Scimus haud leves inter singula fere Homeri exemplaria obtinuisse discrepantias; nonne credibile Aristophanem et Aristarchum pluribus quam Zenodotum subsidiis usos, in novis editionibus tum neglecta deprehendisse quae Zenodotus habuerat, tum quae ignorarat idem addita? Aliquoties Zenodotei exemplaris versus memorari videntur spurii: num licebit hinc impostorem effingere, qui sui ingenii foetus Homero obtruserit? Vix opinor: ergo (praesertim cum obelo ipse iam usus fuerit) ne illud quidem fas est, ut quae aberant ab eius

cis Aristophanis suspiciones Zenodoti auctoritate nixae ad versus pertinent revera insiticios: quae res ut liquido demonstrat illud *Ζηνόδοτος οὐδὲ ἔγραφε* de locis intelligendum esse non repudiatis Zenodoto sed plane ignotis, ita aliis in locis per se fortasse ambiguis certum praebet iudicium. Itaque vexatissimum illud „*τῶν δύο μοιράων· τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται*“ *K*, 253. ab Aristophane damnatum cum Zenodotus non habuerit, haud frustra in suspicionem vocabitur, similiter ac *Λ*, 78—83. quos versus minus confidenter auderemus reiicere. Eidem ordini ascribas *Ξ*, 114. ubi falso Schol. A: *Ζηνόδοτος δὲ ἠθέτει· παρὰ Ἀριστοφάνει δὲ οὐκ ἦν*: Aristophanes enim cum Zenodoteum textum suae editionis fundum habuerit, versum a magistro simpliciter notatum omisisse non putandus est; videtur potius noster grammaticus *ἠθετηκέναι* versum Zenodoto ignotum. Similiter statuerim de *α*, 185. sq.[16]) et quod *λ*, 161. 162. damnavit (cuius suspicionis rationem desiderabat Nitzschius Vol. III. p. 216.), id ipsum opinor exemplarium fide ductus instituit[17]). Nec dubitabis iam eandem ad normam exigere eos locos quos neque Zenodotus neque Aristophanes dicitur habuisse, *K*, 497: *τὴν νύκτ', Οἰνείδαο πάις, διὰ μῆτιν Ἀθήνης*, et *O*, 33: *ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο καί μ' ἀπάτησας*: utrumque versum ineptissimum non damnarunt, sed ne norant quidem vetustiores critici. Adde *Σ*, 10. sq. 597. sq. qui versus ab Aristophanis editione exulasse produntur ideoque nec Zenodoto cogniti fuisse censendi sunt. Denique versum *θ*, 142: *αὐτὸς νῦν προκάλεσσαι ἰὼν καὶ πέφραδε μῦθον* (cf. Lehrs. de Arist. p. 94.), scholiasta teste *οὔτε Ἀρίσταρχος οὔτε Ἀριστοφάνης οὔτε Ζηνόδοτος ἐπίστανται*.

4. Vidimus haud paucos locos Zenodoto plane ignotos Aristophanem ita admisisse ut suspicionis notam iis affigeret: unde patet Aristophanem et nova post Zenodotum an-

---

editione, ea ipse dicatur resecuisse. 16) Schol.: *προηθετοῦντο ὑπὸ Ἀριστοφάνους· κατ' ἐνίων δὲ τῶν ἀπογράφων οὐδὲ ἐφέροντο.* Perperam Nitzschius Annot. I. p. 37: Einige Handschriften hatten diese Verse nicht, *nachdem* (?) sie Aristoph. v. Byz. für unächt erklärt. 17) Nam soloecismus *νηί τε καὶ ἑτάροισι*, quem Doederleinius recte agnovit, sed coniectura expellere studuit minus pro-

quidem criseos instrumenta, et ea versatum fuisse temperantia ut suspectos versus et a nonnullis exemplaribus alienos praescribere mallet quam resecare. Subiungamus ceteras quae Aristophani tribuuntur tam singulorum versuum quam universorum locorum ἀθετήσεις. De quibus ut recte iudicetur, maximum est quod neminem fugit, ut ceteris plerisque criticis, item Aristophani eundem visum fuisse Iliadis et Odysseae auctorem, eandem primitus utriusque carminis concinnitatem unius eiusque praestantissimi artificis ingenio creatam, postea corruptelis et additamentis paene obrutam: quaecunque igitur operum unitati officere viderentur, ea consentaneum erat Homero abiudicari. Fundamentum cui Alexandrini critici ἀθετήσεις suas superstruxerunt, fragile vides et anceps: nihilominus par est et sagacitatem agnosci qua singulorum carminum discrepantias indagarint, et modestiam laudari, qua apertissimas adeo repugnantias (cf. inprimis *N*, 663 sq.) notandas potius censuerint quam extinguendas.

Spuriorum suspicionem movebant versus iidem diversis locis iterati: cuius generis Zenodotum satis multos prorsus ignorasse vidimus p. 23 sq.). Ita versum νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, οἷον ἔειπες *Ξ*, 95. Aristophanes damnavit eundem ex *P*. 173. Illuc severum ac merito nactus est Aristarchi consensum, similiter atque γ, 199 sq. (coll. α, 301. sq.). καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε, ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Recte item [illegible] *K*. 357. e superiore loco (*v*. 343.) repetitum: porro *K*, 397—399 (fontem habes v. 310—312.), quorum interpolationem vel σφῶιν de 2. persona usurpatum arguerit. Severius opinor iudicavit de μ, 53 sq.: αἱ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς, οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων. quos tametsi non ea de caussa sprevisse putandus est quam Schol. Harl. offert[18]), fortasse tamen nimis caute suspectavit. Nec probandum quod versus ι, 253—255. (supra iam lectos γ, 72—74) expelli volebat[19]) et λ, 399

opera, vix potuit duorum versuum fidem labefactare. 18) Vide Cram. A. P. III. p. 478, 1: ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης· πρὸς τί γὰρ δεινῶς δεδεμένον πάλιν δῆσαι κελεύει; 19) Testem rei habemus

— 403. ἀπὸ τῶν εἰρησομένων μετενεχθέντας suspicabatur: cf. Nitzsch. Vol. III. p. 265. Omnino Aristophanes cum in reprobandis iis quae abundare et languere viderentur iudicem se praebuerit admodum vigilem, tum subinde iustos fines egressus videtur ac naevos quosdam in bono Homero tolerandos potius quam probandos acerbius castigasse. Verissime quidem notavit *Π*, 261. ubi post „εἰνοδίοις οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες“ inutili tautologia subiiciuntur verba: αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας. Item *M*, 350. (atque 363.): καί οἱ Τεῦκρος ἅμ' ἑσπέσθω τόξων εὖ εἰδώς, siquidem Teucer διὰ παντὸς ὑπασπιστὴς Αἴαντος φαίνεται. Alias quantum nunc aestimare licet, nimius fuit in reprobandis iis quae poterant omitti ac dempta orationis luci adeo proderant, nec tamen in laxa epicae poeseos ubertate utique erant recusanda. Ita *K*, 51. sq. (praegresso ὅσσ' Ἕκτωρ ἔρρεξε): ἔργα δ' ἔρεξ', ὅσα φημὶ μελησέμεν Ἀργείοισιν δηθά τε καὶ δολιχόν· τόσα γὰρ κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς. deinde *O*, 147. sq. ubi post verba Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα, haec accedunt: αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθητε Διός τ' εἰς ὦπα ἴδησθε, ἕρδειν ὅττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ. tum *O*, 231—235: σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ et qui sequuntur versus satis incommodi; tum *β*, 322. quem περιττὸν esse nemo diffitebitur; porro *Ψ*, 259. ubi Aristophanes zeugmate sublato si non vere, saltem ingeniose hanc requirebat verborum iuncturam: αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε καὶ ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα· ἵππους θ' ἡμιόνους τε βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα ἠδὲ γυναῖκας ἐυζώνους πολιόν τε σίδηρον. Denique reiecit *Ω*, 6—9. quibus expunctis aptius verba coierint: ἀλλ' ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα, ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνής. Quos locos si non audemus nunc proscribere, iudicium tamen Aristophanis minime reprehendemus; ac fortasse ne hic quidem scriptorum exemplarium fidem plane deseruit, sicut cum

---

Schol. *γ*, 71. cf. supra p. 17. Versus hosce geminos si necesse esset altero utro loco eiici, inversam lubentius rationem sequerer. Verissime Aristarchus οἰκειότερον αὐτοὺς τετάχθαι ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Κύκλωπός φησι — nihilominus idem δοτέον δέ, φησί, τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα.

quisiisse criseos instrumenta, et ea versatum fuisse temperantia ut suspectos versus et a nonnullis exemplaribus alienos proscribere mallet quam resecare. Subiungamus ceteras quae Aristophani tribuantur tam singulorum versuum quam uberiorum locorum ἀθετήσεις. De quibus ut recte iudicetur, tenendum est quod neminem fugit, ut ceteris plerisque criticis, item Aristophani eundem visum fuisse Iliadis et Odysseae auctorem, eandem primitus utriusque carminis concinnitatem unius eiusque praestantissimi artificis ingenio creatam, postea corruptelis et additamentis paene obrutam: quaecunque igitur operum unitati officere viderentur, ea consentaneum erat Homero abiudicari. Fundamentum cui Alexandrini critici ἀθετήσεις suas superstruxerunt, fragile vides et anceps: nihilominus par est et sagacitatem agnosci qua singulorum carminum discrepantias indagarint, et modestiam laudari, qua apertissimas adeo repugnantias (cf. inprimis *N*, 658. sq.) notandas potius censuerint quam extinguendas.

Sponte suspicionem movebant versus iidem diversis locis iterati (cuius generis Zenodotum satis multos prorsus ignorasse vidimus p. 25. sq.). Ita versum νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας οἷον ἔειπες *Ξ*, 95. Aristophanes damnavit utpote ex *P*, 173. illuc sevectum ac merito nactus est Aristarchi consensum, similiter atque γ, 199. sq. (coll. α, 301. sq.): καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε, ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Recte item ἠθέτει *K*, 387. e superiore loco (v. 343.) repetitum: porro *K*, 397—399. (fontem habes v. 310—312.), quorum interpolationem vel σφίσι de 2. persona usurpatum arguerit. Severius opinor iudicavit de μ, 53. sq.: αἱ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς, οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων, quos tametsi non ea de caussa sprevisse putandus est quam Schol. Harl. offert[18]), fortasse tamen nimis caute suspectavit. Nec probandum quod versus ι, 253—255. (supra iam lectos γ, 72—74.) expelli volebat[19]) et λ, 399

spera, vix potuit duorum versuum fidem labefactare. 18) Vide Cram. A. P. III. p. 478, 1: ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης· πρὸς τί γὰρ ἅπαξ δεδεμένον πάλιν δῆσαι κελεύει; 19) Testem rei habemus

—403. ἀπὸ τῶν εἰρησομένων μετενεχθέντας suspicabatur: cf. Nitzsch. Vol. III. p. 265. Omnino Aristophanes cum in reprobandis iis quae abundare et languere viderentur iudicem se praebuerit admodum vigilem, tum subinde iustos fines egressus videtur ac naevos quosdam in bono Homero tolerandos potius quam probandos acerbius castigasse. Verissime quidem notavit *Π*, 261. ubi post „εἰνοδίοις οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες“ inutili tautologia subiiciuntur verba: αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἔπι οἰκί᾽ ἔχοντας. Item *M*, 350. (atque 363.): καί οἱ Τεῦκρος ἅμ᾽ ἑσπέσθω τόξων εὖ εἰδώς, siquidem Teucer διὰ παντὸς ὑπασπιστὴς Αἴαντος φαίνεται. Alias quantum nunc aestimare licet, nimius fuit in reprobandis iis quae poterant omitti ac dempta orationis luci adeo proderant, nec tamen in laxa epicae poeseos ubertate utique erant recusanda. Ita *K*, 51. sq. (praegresso ὅσσ᾽ Ἕκτωρ ἔρρεξε): ἔργα δ᾽ ἔρεξ᾽, ὅσα φημὶ μελησέμεν Ἀργείοισιν δηθά τε καὶ δολιχόν· τόσα γὰρ κακὰ μήσατ᾽ Ἀχαιούς. deinde *O*, 147. sq. ubi post verba Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ᾽ ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα, haec accedunt: αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθητε Διός τε εἰς ὦπα ἴδησθε, ἔρδειν ὅττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ — tum *O*, 231—235: σοὶ δ᾽ αὐτῷ μελέτω, ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ et qui sequuntur versus satis incommodi; tum *Ψ*, 322. quem περιττὸν esse nemo diffitebitur; porro *Ψ*, 259. ubi Aristophanes zeugmate sublato si non vere, saltem ingeniose hanc requirebat verborum iuncturam: αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε καὶ ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα· ἵππους θ᾽ ἡμιόνους τε βοῶν τε ἴφθιμα κάρηνα ἠδὲ γυναῖκας ἐυζώνους πολιόν τε σίδηρον. Denique reiecit *Ω*, 6—9. quibus expunctis aptius verba cohaerent: ἀλλ᾽ ἐστρέφετ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα, ἄλλοτ᾽ ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνής. Quos locos si non audemus nunc proscribere, iudicium tamen Aristophanis minime reprehendemus; ac fortasse ne hic quidem scriptorum exemplarium fidem plane deseruit, sicut cum

Schol. [illegible] 17. Versus hosce geminos si necesse esset [illegible] rationem sequerer. Verissime [illegible] [illegible] λέγεσθαι ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Κύκλω[illegible] — [illegible] ἰκείων δέ, φησί, τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα

*O*, 56—77. improbaret, auctorem quodammodo habebat Zenodotum, qui saltem v. 64—77. omnino dicitur ignorasse. Item laudamus quod notissimum de Pylaemene locum *N*, 658. sq. cum *E*, 576. aperte pugnantem proscribere maluit Aristophanes, quam vanis aliorum sive coniecturis sive interpretationibus sustentatum defendere.

Vicini sunt loci ubi verba hisce personis et huic rerum conditioni parum consentanea damnarit. Velut *ἀνάρμοστα τοῖς προςώποις* indicavit *Θ*, 164—166. ubi Diomedem Hectorem alloquitur: „*ἔρρε κακὴ γλήνη.*" Item *Θ*, 189. ubi Andromache *equis* dicitur *οἶνον ἐγκεράσαι, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι*, ac *Θ*, 235. ubi verbis „*νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν*" parum commode subiicitur: *Ἕκτορος ὃς τάχα νῆας ἐνιπρήσει πυρὶ κηλέῳ.* Adde *T*, 327: *εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής*, verba ab Wolfio, Lehrsio de Arist. p. 358. sq. aliis recte damnata, et *Ψ*, 824. sq. cum praegressis nisi contortulam sequare interpretationem, vix conciliandos. Alia *σμικρολογίας* subibant vituperium, ut *ο*, 19: *μή νύ τι, σεῦ ἀέκητι, δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται*, et 91: *ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται* (de utroque loco cf. Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 492.). Eandem fere ob caussam ceraunio (p. 18.) apposito damnavit *σ*, 281. sq.: *γήθησεν δὲ πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο, θέλγε δὲ θυμὸν μειλιχίοις ἐπέεσσι· νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα* (cf. Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 505.). Simili ratione ductus *Ξ*, 213: „*Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις*" improbavit, *ὅτι ἐκλύει τὴν χάριν εἰ ἕνεκα τοῦ Διὸς δίδωσι καὶ οὐκ αὐτῆς.* Item fortasse *περιεργότερον* videbatur nostro grammatico, quod *ρ*, 181. post *οἱ δ' ἱέρευον ὄις μεγάλους καὶ πίονας αἶγας* subiungitur: *ἵρευον δὲ σύας σιάλους καὶ βοῦν ἀγελαίην.* De loco *Υ*, 307. suspicionem ab Aristophane motam fuisse prodit Schol. Eur. Troad. 44: *ὑπώπτευκε γὰρ Ἀριστοφάνης ἐκ τούτου (τὸ) „νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει"*: damnarit igitur v. 306—308. idque haud temere. Cur *Φ*, 130—135. spreverit (cf. etiam Schol. *Φ*, 131.) parum liquet; in scholiastae argumentis[20])

---

20) Schol. A. haec habet: *Ἀρίσταρχος διὰ τῶν ποιημάτων* (l.

quibus dubitamus num ipsa nostri grammatici sententia prodatur, unum maxime memoratu dignum, quod *δηθά ὡς οὐχ Ὁμηρικῶς κείμενον* improbatur: observatio verissima quaeque Aristophanem omnino deceat. Similiter idem propter vocabula nonnulla quae novicia viderentur, locos complures Homero abiudicavit, cuius generis exemplum (*H*, 475.) annotavimus p. 25. Ita cum Homericae aetatis more pugnare statuit *π*, 49. cf. Ath. VI. p. 228. D: *Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος ἐν Ὀδυσσείᾳ· „τοῖσιν δ᾽ αὖ πίνακας κρειῶν παρέθηκε συβώτης“, Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος νεώτερόν* (l. *νεωτερικόν*) *φησιν εἶναι τὸ ἐπὶ πινάκων παρατιθέναι τὰ ὄψα, ἀγνοῶν ὅτι κἀν ἄλλοις εἴρηκεν ὁ ποιητής· „Δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας*[21])“. Alias complures versus ut novicios reiecit, ut *I*, 688—692. *ὅτι καὶ νεώτεροι* (l. *νεωτερικοὶ*) *τοῖς νοήμασι καὶ τῇ συνθέσει πεζότεροι καὶ ὅτι ὡς ἀπιστησόμενος* (l. *ἀπιστηθησόμενος*) *μάρτυρας ἐπισπᾶται* Ulixes. Merito item *πεζοὺς* et *εὐτελεῖς* improbavit *Λ*, 767—785. similemque ob caussam *λ*, 435—440. quo de loco cf. Nitzsch. Annot. III. p. 273. Item nescio quid novicii de *β*, 205—207. Aristophani offensionem movit[22]). Porro et propter

---

*ὑπομνημάτων* cum Bredovio ap. Wolf. Prolegg. p. 221. cf. Schol. Il. p. 110, a, 6.) *Ἀριστοφάνη φησὶ στίχους ἓξ ἠθετηκέναι, ὡς παρεμβληθέντας ὑπὸ τῶν ἀπορούντων διὰ τί ὁ ποταμὸς ὀργίζεται — καὶ τὸ δηθά ὡς οὐχ Ὁμηρικῶς κείμενον αἰτιῶνται· μήποτε μέντοι καὶ Ἀρίσταρχος συγκατέθετο τῇ ἀθετήσει, μηδὲν ἀντειπὼν τῷ Ἀριστοφάνει.* Ita scholiasta, cuius verba egregie interpretatur auctor Progr. schol. Hamm. 1826. editi, F. Stoecker (errat enim Bernhardy Hist. litt. Gr. II. p. 997.) de Sophoclis et Aristophanis intt. Gr. p. 6: „*Homeri carmina Ἀριστοφάνη ἐξηθετηκέναι, φησὶν Ἀρίσταρχος ad Il. Φ*, 130. *et* 131.“ Quid iam sperari nefas? — Sed illud indignamur, quod flagitiosos istiusmodi libellos in virorum doctorum commentariis identidem vidimus memoratos. Qualem sive laboriositatem sive potius doctrinae ostentationem semel voluimus h. l. esse impugnatam.

21) Odysseae versus (*α*, 141. *δ*, 57.) ne ipse quidem extra dubitationis aleam positus: cf. Ath. V. p. 193. B. Eust. Od. p. 1402, 21.

22) Scholia si audias, *Ἀριστοφάνης ὑπώπτευκε τὸν στίχον* (*β*, 206.) *νεωτερικὸν λέγων ὄνομα τὸ τῆς ἀρετῆς· πιθανὸν δὲ συναθετεῖν αὐτῷ καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ καὶ τὸν μετ᾽ αὐτόν.* Nitzschius Annot. I. p. 97. displicuisse illi ait eum qui visus fuerit articulum, *εἵνεκα τῆς ἀρετῆς*: neutrum satis probabile.

dico scripturam *βεβλήκειν* (pro *βεβλήκει*) *ὑπὲρ ἄντυγος* Ξ, 412. siquidem *ν ἐφελκυστικὸν* hisce in formis nisi ad hiatum evitandum admissum fuisse non videtur[25]: *ὑπέρ* vero digammo uti nemo nunc ignorat. Similiter digammi inscientia vetustis criticis nocuit Ξ, 208: *εἰ κείνων ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ*: ita Zenodotus et Aristophanes; ceteri *εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι*, quod miramur hucusque perlatum; genuina scriptura fuit sine dubio *εἰ κείνω ἐπέεσσι*, qui quasi hiatus veteribus offensioni fuit. Rectissimum vero quod Zenodotus et Aristophanes *νῦν δὲ ἑκὰς* N, 107. deserere non ausi sunt, cum Aristarcheum *νῦν δ' ἕκαθεν* (frustra defensum a Lehrsio de Arist. p. 141.) ex eodem hiatus horrore profectum sit. — Verum cum cavendum sit, ne praepropero iudicio quaestiones audeamus dirimere, in quibus expediendis neque veterum testium recentiorumve hominum numerus et auctoritas quidquam valeat, nec subsidia nostra validum ubique praestent auxilium: multa in ancipiti reliquisse haud poenitebit. Ita M, 66. Zenodotus et Aristophanes habuerunt *ἔνθ' οὔπως ἔστιν καταβήμεναι*

stophani tribuit *Αἰσύνηθεν*, nec video quo iure Aristarcho formam *Αἰσύμηθεν* vindicare conetur Spitznerus. 25) Unde improbo scripturam *ἠνώγειν ᾧ πενθερῷ* Z, 170. et *ἠνώγειν εἰπεῖν* H, 394. Legendum *ἠνώγει ᾧ* (proprie *Fῷ*) et *ἠνώγει εἰπεῖν*. Nec magis tutum *ἤσκειν εἴρια καλά* Γ, 388. Si *ἔριον* digammo olim usum fuit (quod ut statuamus suadere videtur Lat. *vellus*), legas *ἤσκει εἴρια*, si non fuit *ἤσκεεν εἴρια*. Quos locos si detraxeris una cum illis ubi per arsin diphthongus producatur (*βεβλήκει, ἄλλος δὲ θύρην* et simm.), praeter testimonium Schol. Θ, 68. ab aliis iam spretum satis firmum quo terminationem *-ειν* stabiliamus exemplum in Homericis carminibus vix extabit. Atticorum poetarum locos praeclara disputatione complexus est Piers. in Moer. p. 174. quibus Valck. in E. Hipp. 1338. addit *ἀπερρώγειν* (Meinek. Fragm. Com. IV. p. 609.). Fugit criticos locus Ar. Av. 1298: *Μειδίας δ' ἐκεῖ Ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ ἤκειν ὄρτυγι*. Ita enim pro *ἤκεν* vel *εἴκεν* vel *ἤκει* (Suid. Gramm. Bekk. p. 1379.) rescribendum, cf. Phot. p. 64, 16: *Ἤκειν, τὸ ἐῴκειν ἐπὶ τρίτου προσώπου· οὕτως Ἀριστοφάνης*. Iisdem de formis agit Eust. Il. p. 882, 1. ubi vitiose editur *ἠρήκειν* et *εἴειν* pro *εἰρήκειν* et *ᾔειν*. — Ceterum in Schol. E, 661: „*βεβλήκει αἰχμή*] *Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ ν βεβλήκειν*“ Buttmannus Ausf. Sprachl. I. p. 420. pro *Ἀρίσταρχος* tentabat *Ἀριστοφάνης*. Refragatur Schol. Z, 170: *ἠνώγειν ᾧ πενθερῷ*] *οὕτως σὺν τῷ ν ἠνώγειν Ἀρίσταρχος*.

οὐδὲ μάχεσθαι ἱππῆας pro ἱππεῦσι, mox ὀλέθρου πεῖραρ (pro πείρατ') ἐφῆπται *M*, 79. (ac fortasse similiter *H*, 402. χ, 33. 41. quibus locis scholia nostra silent), tum ὡς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπεν ἐνὶ στήθεσσι (vulgo ἔλαμπε περὶ στήθ.) θέοντος *N*, 245. ἔρχονται πεδίοιο μαχησόμενοι προτὶ (περὶ) ἄστυ *B*, 801. Τρῶες δὲ παρασταδὸν (περισταδὸν) ἄλλοθεν ἄλλος οὔταζον σάκος εὐρύ *N*, 551. ἐξ Ἀθόω δ' ἐς (ἐπὶ) πόντον ἐβήσετο κυμαίνοντα *Ξ*, 229. μήπως μοι μετόπισθε (μετέπειτα) χολώσεαι *Ξ*, 310. ἔβλαβεν ἐν πεδίῳ αἳ κεῖθί (κεῖσέ) γε φέρτεροι ἦσαν[26]) *Ψ*, 461. ἤδη γάρ τις τοῦδε (τοῦγε) βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων ἢ πέφατ' ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται *O*, 139. οἱ μὲν ἄρ' ἀμφ' Αἴαντε (Αἴαντα) καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα *O*, 301. (cf. *M*, 342. ubi Zenodotus legisse dicitur αἶψα δ' ἐπ' Αἴαντε προΐει κήρυκα Θοώτην pro Αἴαντα), denique *I*, 158: καμφθήτω (δμηθήτω)· Ἀίδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος. Quibus locis utram scripturam genuinam existimemus ambiguum fateor; Zenodoti et Aristophanis lectiones pro coniecturis habendas esse non ausim contendere. Nec spreverim continuo quod *Δ*, 137: μίτρης θ' ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροός Zenodotus et Aristophanes legerunt ἔλυμα[27]). Iidem rariorem formam habuerunt *N*, 71. ἴχματα[28]), non ἴχνια. Quem passim tenuerunt dualem ubi nunc pluralis numerus legitur, eum singulis locis utrum licenter obtrusum dicamus an e monumentorum fide servatum, in subsidiorum nostrorum ambiguitate aegre dirimas. Memoratur illa varietas locis hisce. *Z*, 121: οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντε (ἰόντες). *Θ*, 290: ἢ τρίποδ' ἠὲ δύω ἵππω (ἵππους) αὐτοῖσιν ὄχεσφιν. *M*, 127: ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρε εὗρον ἀρίστω (ἀνέρας εὗρον ἀρίστους), denique qui locus maxime memora-

---

26) Eadem alibi recurrit varietas, ut Zenodotus κεῖθι pro κεῖσε legit *Δ*, 528. *M*, 368. et κεῖσε pro κεῖθι *M*, 359. 27) Vide Schol. ἔρυμα] ἡ (l. αἱ) Ζηνοδότου καὶ Ἀριστοφάνους ἔλυμα εἶχον, οἷον εἴλημα (l. εἴλυμα). Schol. cod. Paris. in Cram. A. P. III. p. 282: τὸ δὲ ἔρυμα Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοτέλης (l. Ἀριστοφάνης) ἔλυμα λέγουσιν. Cf. Hesych. v. Ἔλυμα. Ceterum Lobeckius Paralip. p. 422: ἔλυμος et ἔλυμα, *quo ἔλυτρον significatur, haud dubie macroparalectum est.* Grammatici tamen ἔλυμος iubent corripi: praeter Lobeckii locos cf. Etym. Gud. p. 407, 22. 28) Fidem addit He-

bilis est, α, 38: ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς Ἑρμείαν πέμψαντε διάκτορον (vulgo πέμψαντες ἐύσκοπον) Ἀργειφόντην [29]). Quo ultimo loco quin dualis tralaticius fuerit, nequit profecto dubitari; accenseatur igitur hocce testimonium dualis pro plurali numero usurpati exemplis Buttmanni Ausf. Sprachl. I. p. 135. 348.

Atque omnino haud paucis locis Zenodoti et Aristophanis lectio unice videtur probanda. Sic *K*, 306. ubi Hector castra Archivorum exploraturo promittit δίφρον τε δύω τ' ἐριαύχενας ἵππους αὐτοὺς οἳ φορέουσιν ἀμύμονα Πηλείωνα: haec enim fuit illorum scriptura, nisi quod pro αὐτοὺς Aristophanes καλοὺς suffecit; vulgo ἐριαύχενας ἵππους, οἵ κεν ἄριστοι ἔωσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν. Item *M*, 59: ἔνθ' οὔ κεν ῥέα ἵππος ἐύτροχον ἅρμα τιταίνων καββαίη (al. ἐςβαίη), et *N*, 2: τοὺς μὲν ἔα περὶ (vulgo παρὰ) τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀιζύν, item fortasse *Ξ*, 340: ἔνθ' ἴομεν κείοντες, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν, εὐνήν (vulgo εὐνή). Tum *Σ*, 400:

---

sychius T. II. p. 87: Ἴχματα· ἴχνια. 29) Schol. Harl.: ἡ Μασσαλιωτικὴ γράφει· πέμψαντε Μαίας ἐριχυδέας (l. -ος) ἀγλαὸν υἱόν. item πέμψαντε δυϊκῶς Ἀριστοφάνης καὶ Ζηνόδοτος. Schol. Q: Ἑρμείαν πέμψαντες] ἐκπέμψατε δυϊκῶς γάρ (l. καὶ πέμψαντε δυϊκῶς γράφεται), ἢ ἐπὶ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας — ἢ ἐπὶ θεῶν καὶ θεαινῶν, ἢ ἐπὶ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. οὕτως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ζηνόδοτος. Verissime Buttmannus: *Aristophanem et Zenodotum legisse censeo,* Ἑρμείαν πέμψαντε διάκτορον Ἀργειφόντην: *sic enim, nisi quod mendose ibi scriptum* πέμψαντες, *habet cod. Vind.* 307. — Ceterum cum de duali agamus pluralis loco ab veteribus criticis sive invecto sive retento, subiungemus statim exempla ubi Scholia nostra soli Aristophani dualem vindicent. Vide *I*, 4: ὡς δ' ἀνέμω (ἄνεμοι) δύο πόντον ὀρίνετον. *Λ*, 103: υἷε δύω Πριάμοιο — ἄμφω εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντε (ἐόντας)· ὁ μὲν νόθος ἡγεμόνευεν, Ἄντιφος αὖ παρέβασκε. *Λ*, 135: εἰ νῶι ζωὼ (ζωοὺς) πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν. *N*, 613: ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφικέσθην (corrupte Schol. A. ἀφικέσθην: vulgo ἐφίκοντο). *P*, 721: μίμνομεν ὀξὺν Ἄρηα παρ' ἀλλήλοισι μένοντε (μένοντες). *Σ*, 526: δύω δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες τερπομένω (τερπόμενοι) σύριγξι. Quibus locis quod solus Aristophanes dualis auctor affertur, id nolim sic accipi quasi Zenodotus pluralem habuerit. Vice versa eadem varietas passim uni Zenodoto tribuitur, ubi admodum probabile est magistri lectionem ab Aristophane fuisse retentam. Vide Schol. *Α*, 567. *Γ*, 459. *Ζ*, 112. *Θ*, 503. *Λ*, 348. *N*, 627. *O*, 347. *P*, 103. *Σ*, 287. *Ψ*, 753. *θ*, 251.

τῆσι παρ' εἰναετὲς χάλκευον δαίδαλα πάντα (πολλά), ubi non erat cur exaggeratio ista mitigaretur, ac ni fallor ibidem v. 466: ὡς οἱ τεύχεα καλὰ παρέξομαι (vulgo παρέσσεται). Denique Σ, 502: λαοὶ δ' ἀμφοτέρωθεν (ἀμφοτέροισιν) ἐπήπυον, ubi cum Zenodoti et Aristophanis lectione editio Massil. conspirasse traditur atque ἀμφοτέρωθεν ideo ab aliis desertum videtur, quod non duo commemorentur populi. Loco admodum vexato N, 237. Zenodotum et Aristophanem habuisse audimus συμφερτὸς δὲ βίη (vulgo συμφερτὴ δ' ἀρετὴ) πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν, ubi pro συμφερτός scripserim σύμφερτος (cf. Lobeck. Paral. p. 468.), quamquam ad sententiam loci aptius foret συμφερτῶν: insuper varietas βίη et ἀρετή suspicionem movet reconditioris vocabuli a criticis oblitterati, quod velim ut alii indagent. Quid Λ, 94. 219. duumviri nostri habuerint ignoramus; nam quod hic ἀντίος ἦλθεν, illic ἀντίον ἔστη legisse dicuntur, eorum alterum utrum depravatum videtur.

6. Iam ceteras lectiones Aristophanis, quas a Zenodoto non susceperit vel potius suscepisse non prodatur, afferemus et quantum licet diiudicabimus. Cuius rei insignem difficultatem cum ex iis aestimare poteris quae p. 20. monuimus, tum augent molestiam ambiguitates nostrorum scholiorum et corruptelae gravissimae, quibus efficitur ut alias auctores lectionum quarundam ignoremus, alias ipsas lectiones nisi coniectando non possimus assequi, alias denique de scholiastarum sententia haereamus. Ac primum Ἀριστοφάνης nomen quoties cum Ἀρίσταρχος, Ἀριστοτέλης, Ἀντιφάνης all. confundatur notissimum. Quo in genere tametsi plurimas viri docti corruptelas removerunt, alia ipsi expedire studuimus, quaedam tamen restant dubitationes. De N, 222: ὦ Θόαν, οὔτις ἀνὴρ νῦν αἴτιος ὅσσον ἔγωγε γιγνώσκω, Schol. V: Ἀριστοφάνης νῦν δ' αἴτιος. Istam lectionem patet neque Aristophani neque alii cuilibet critico posse concedi; immo refingendum νῦν γ' αἴτιος, duce Schol. A: Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ γ, νῦν γ' αἴτιος. Ea vero scriptura utrum Aristophani rectius tribuatur an Aristarcho, non liquet. Similiter Schol. ξ, 12: τὸ μέλαν δρυός] ἤτοι τὸ δάσος, ἢ τὴν ἐντεριώνην, τὸ ἐγκάρδιον τῆς δρυός — ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸν φλοιὸν τῆς δρυός.

Ita Schol. BQ: mox tamen ὁ δὲ Ἀρίσταρχος τὸν φλοιόν itemque Ἀρίσταρχος pro Ἀριστοφάνης Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 486, 13. Tum Schol. Ven. *T*, 92: τῇ μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες] οὕτως Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ τῆς μέν. Contra Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 90, 9: Ἀριστοφάνης τῇ μέν. Adde *M*, 67: εἰ μὲν γὰρ δὴ πάγχυ κακὰ φρονέων ἀλαπάζει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βούλετ' ἀρήγειν, ubi εἰ μὲν γὰρ τοὺς nescimus utrum Aristophanis sit an Aristarchi. Pariter η, 22: ὦ τέκος, οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο Ἀλκινόου; ubi Schol. Palat.: Ἀρίσταρχος ἦ ῥά μοι, Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 451: Ἀριστοφάνης ἦ ῥά μοι [30]). Neque aliter Aristophanes et Aristarchus de sede certant ap. Schol. σ, 27: γρηὶ καμινοῖ] τῇ καμινοκαυστρίᾳ, τῇ φρυττούσῃ τὰς κριθὰς πρὸς τὸ ποιῆσαι ἄλευρα, οὕτως Ἀριστοφάνης καὶ Ἡρώδης, ubi cod. Vind. 133. et Eust. p. 1835, 40: Ἀρίσταρχος καὶ Ἡρωδιανός. Vitiosa videtur scriptura Schol. Paris. *Φ*, 122: Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα περισπωμένως ἀνέγνωσαν. Ubi pro Ἀριστοτέλης requiri videtur vel Ἀριστοφάνης vel Ἀρίσταρχος [31]).

Alibi lectiones vel librariorum vel scholiastarum negligentia depravatae nos sollicitant. Nescire igitur me fateor quid Aristophanes habuerit *Γ*, 13: ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ-ποσσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλὴς ἐρχομένων, ubi scholia: Ἀριστοφάνης γράφει· κονισάλου ὤρνυτ' ἀέλλης, cf. Schol. Cram. A. P. III. p. 8, 21: ἀελλής, ὡς ἀδεής. Ἀριστοφάνης· θαλασσίας κονισάλου ὤρνυτ' ἀελλής [32]). *Φ*, 347: ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν αἶψ' ἀνξηράνῃ· χαίρει δέ μιν ὅς τις ἐθείρῃ — Schol. V. mendosam habemus annotationem: Ἀριστοφάνης δὲ γράφεται (l. γράφει)· αἶψ' ἐξευαίνειν, cuius loco Heynius suasit αἶψ' ἐξαυήνῃ, fortasse recte. *Ψ*, 421: ῥωχμὸς ἔην γαίης, ᾗ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ ἐξέρρηξεν ὁδοῖο, βάθυνε δὲ χῶ-

30) Expectabamus ἦ ῥά νύ μοι cum Nitzschio Anmerk. II. p. 136. 31) In Schol. Theocr. 1, 34: ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ (π, 176.) ἔγραψεν· „κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον" — verissimum puto quod Lehrsius de Arist. p. 50. pro Ἀριστοτέλης suffecit Ἀρίσταρχος. Curtius coniecturam γενειάδες pro ἐθειράδες dubito num recte critici probarint. 32) Praeter Spitznerum vide Lobeckii Paralip. p. 160. qui contulit Hesy-

ρον ἅπαντα — pro χῶρον ἅπαντα Aristophanes habuisse dicitur χῶα (an leg. χῶμα?) ἔνερθεν. β, 123: τόφρα γὰρ οὖν βίοτόν τε τεὸν καὶ κτήματ' ἔδονται, ὄφρα τε κείνη τοῦτον ἔχῃ νόον, Schol. Harl.: Ἀριστοφάνης, βίοτός τε τεός, ἤ, οἱ μνηστῆρες ἔδοντες [33]). γ, 82: πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος, ἣν ἀγορεύω, Schol. Harl.: Ἀριστοφάνης ἔκδημιος, ὁ ἔξω δήμου. Credant alii. Item ampliandum duco de ε, 179: οὐδ' ἂν ἐγὼν ἀέκητι σέθεν σχεδίης ἐπιβαίην, εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι, μήτι μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο, ubi pro ἄλλο Aristophanes habuisse dicitur ἄλλοις, quod nihili est [34]). Nec dubitatione vacat quod ζ, 297. Aristophanem legisse produnt αὐτὰρ ἐπὴν ἡμέας ἔλπῃ ποτὶ δώματα ἵχθαι pro δώματ' ἀφῖχθαι. Aut vitiatum est aut commenticium quod de ζ, 29: „ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπων ἀναβαίνει ἐσθλή“ scholia offerunt: Καλλίστρατος δὲ χάρις ἀντὶ τοῦ χαρά· μεταποιῆσαι δέ φησι τὸν Ἀριστοφάνη φάτις. Mancis utimur fontibus de ζ, 74: κούρη δ' ἐκ θαλάμοιο φέρεν ἐσθῆτα φαεινὴν καὶ τὴν μὲν κατέθηκεν ἐυξέστῳ ἐπ' ἀπήνῃ, ubi Aristophanes legisse refertur φέρον et κατέθηκαν [35]). Item de ρ, 52: αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορὴν ἐσελεύσομαι, ubi schol. Harl.: Ἀριστοφάνης ἐλεύσομαι, in textu ἀγορὴν ἐσελεύσομαι addito ex emend. δ' — [36]). De ι, 185: „περὶ δ' αὐλὴ ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισιν“ parum

---

chianum Ἀελλής· συστροφὴ ἀνέμου. 33) Pluribus de hoc scholio disputavit Buttmannus. Fortasse tamen licebit in scholiastae verbis acquiescere, modo scribamus: „βίοτός τε τεός“ καὶ „μνηστῆρες ἔδονται. Quodsi haec fuit Aristophanis lectio, nil obstabit quominus poetae restituendum coniiciamus: τόφρα γὰρ οὖν βιότους τε τεοὺς μνηστῆρες ἔδονται, ὄφρα τε κείνη τοῦτον ἔχει νόον. Nam ος et ους vetusta scriptura nil differunt. 34) Scholiorum haec sunt verba: ἄλλο] Ἀριστοφάνης ἄλλοις γράφει· οἷον σώζειν μὲν ἐμέ, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις κακόν μοί τι βουλεύειν. Quae inepta sunt. Neque intelligo Nitzschium Anmerk. II. p. 29. An Aristophanes legit ἄλλως? 35) Nostram lectionem si Aristophanes invenisset, profecto non sollicitasset; nec probanda videtur suspicio Nitzschii Anmerk. II. p. 98. Genuina scriptura fuit fortasse: κοῦραι δ' ἐκ θαλάμοιο φέρον, quam a successoribus Aristophanis tentatam coniicimus, ne scilicet una vestis gestari diceretur a famulabus compluribus. 36) Aristophanes habuisse videtur ἀγο-

probabiliter Schol. Harl.: δέδμητο] οὕτως Ἀρίσταρχος· ὁ δὲ Ἀριστοφάνης βέβλητο: an pro βέβλητο legendum κέκμητο? Controversum locum Schol. Σ, 576: ὁ δὲ Ἀριστοφάνης παρὰ ῥαδαλόν, in tanta fontium nostrorum discrepantia nemo facile expedierit. Nec verum videtur quod ν, 152: „νῦν αὖ Φαιήκων ἐθέλω περικαλλέα νῆα ῥαῖσαι — μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι" Schol. Harl.: Ἀριστοφάνης δέ, inquit, γράφει μὴ δέ σφιν· ἀντιλέγει δὲ ν ὑπομνημάτων Ἀρίσταρχος [37]). Aliis commendarim μ, 102: τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει, Ὀδυσσεῦ, πλησίον ἀλλήλων, ubi Schol. Harl. in Cram. A. P. III. p. 479: Ἀριστοφάνης πλησίον γράφει. Denique scholium addo obscurissimum, cuius sententiam laetabor si alii aperuerint. β, 156: ὥρμηναν δ' ἀνὰ θυμὸν ἅπερ τελέεσθαι ἔμελλον. H. l. Porsonus e cod. Harl. prodidit: ἅπερ pro ὥςπερ *Aristophanes*. Ipsum scholium protraxit Cram. A. P. III. p. 430, 19: ἅπερ] Ἀριστοφάνης οὕτως γράφει, ἀντὶ τοῦ ὥςπερ ἦλθον καὶ ἀπέστησαν· μαρτυρεῖ αὐτῷ καὶ χρῆσις (X) φύσιν εἰς ἔπαινον· τὸ προκαταρκτικὸν ἀντὶ τοῦ ὑποτακτικοῦ.

7. Missis ambiguis hisce et incertis mentionibus rem ipsam aggrediemur ac primum afferemus lectiones Aristophanis communi nostrorum criticorum consensu stabilitas, quarum plerasque scholiorum auctores probarunt et ipsi, sed adhibita Aristophanei nominis auctoritate firmius putarunt sustentandas. Quam περιεργίαν facile excusabis, cum ne nunc quidem desint qui tum demum sapere audeant, cum illustrium nominum splendore sese possint munire. Lectiones igitur cum nostris exemplaribus communes hasce Aristophanes habuisse traditur: οὐδέ τι που (al. πω) ἴσμεν Α, 124. δέπας ἀμφικύπελλον μητρὶ φίλῃ ἐν χειρὶ (χερσὶ) τίθει Α, 585. βουλὴ (βουλὴν) δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων Β, 53. ἀλλ' ἴθι νῦν κατὰ

---

ῥῆνδε ἐλεύσομαι. Eadem varietas extat Ζ, 365. 37) Fortasse Aristophanes scripserat μηδέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικάλυψον. Ceterum Porsonus coniecit: ἀντιλέγει δ' ἐν ὑπομνήμασιν Ἀρίστ. Immo scribas: ἀντιλέγει δὲ δι' ὑπομνημάτων Ἀρίσταρχος. Cf. Schol. Φ, 130. supra not. 20. et alia ap. Werferum Act. Monac. II. p. 517. Meinek. Com. Gr. ed. min. p. VII. Ignoravit hoc dicendi genus Cobetus in Schol. Eur. Andr. 224. (E. Phoen. ed. Geel. p. 285.) ubi codicis scriptura Ἀναξικράτης διὰ τῆς δευτέρας τῶν Ἀργολικῶν non debebat

λαὸν Ἀχαιῶν· σοῖς (alii addebant δ') ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρήτυε φῶτα ἕκαστον *B*, 164. οὐ γάρ πω σάφα οἶσθ' οἷος νόος Ἀτρείωνος (Ἀτρείδαο) *B*, 192. μηδ' ἔτι δηρὸν ἀμβαλλώμεθα ἔργον, ὃ δὴ θεὸς ἐγγυαλίζει (ἐγγυαλίξει) *B*, 436. ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς (παρειά) *Γ*, 35. γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες ἐξ ἀπίης γαίης — δυςμενέσιν μὲν χάρμα, κατηφείην (al. ut Zenodotus κατηφείη, quod praetulerim) δέ σοι αὐτῷ *Γ*, 51. γηθοσύνῃ (γηθοσύνη) δὲ θάλασσα διίστατο *N*, 29. τοὶ (οἱ) δ' ἔριδος — πεῖραρ — τάνυσσαν *N*, 358. δόρυ δ' ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει, ἥ ῥά οἱ ἀσπαίρουσα καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν (πελέμιξεν) ἔγχεος *N*, 443. πτῆξε (al. πλῆξε vel πῆξε) δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν *Ξ*, 40. Ὕπνε — κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' (Zenodotus ἐπ') ὀφρύσι ὄσσε φαεινώ *Ξ*, 236. εἰ μὲν δὴ σύγ' ἔπειτα, βοῶπις (βοῶπι) πότνια Ἥρη *O*, 49. ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτέον γε (alii, ut Spitznerus suspicatur, τε) καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις *O*, 53. αὐτὰρ τοῖς ἄλλοισι κακὸν μέγα πᾶσι (Zenodotus θεοῖς μέγα πῆμα fortasse recte) φυτεῦσαι *O*, 134. Τεῦκρος δ' ἄλλον ὀϊστὸν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ αἴνυτο καί κεν ἔπαυσε μάχην (Zenodotus et alii μάχης) ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν, εἴ μιν ἀριστεύοντα βαλὼν ἐξείλετο θυμόν *O*, 459. ὃν (τὸν) τέκε Πηλῆος θυγάτηρ *Π*, 175. ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν (al. νῆας ἐπ' ἂψ ἰέναι) *Σ*, 14. ἤτοι γὰρ τὰς πρῶτα ἴδον περὶ τέρμα βαλούσας, νῦν δ' οὔπῃ (οὔπω) δύναμαι ἰδέειν *Ψ*, 463. ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι εἵαθ' [38]) ὁμηγερέες ἅλιαι θεαί *Ω*, 84. ὥστε μοι ἀθάνατος (ἀθανάτοις) ἰνδάλλεται εἰςοραᾶσθαι *γ*, 246. Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα [39]), νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς *ε*, 334. ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων — οὕνεκα μιν σὺν παιδὶ (παισὶ) περισχόμεθ' ἠδὲ γυναικί *ι*, 199. οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων καταδέρκεται (ἐπιδέρκεται) ἀκτίνεσσιν *λ*, 16. τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο ἐκ δρυὸς ὑψι-

---

sollicitari. 38) Alii εἵαθ', quae varietas plus semel obvia est: cf. *B*, 137. *γ*, 8. *υ*, 106. et copiosam annotationem Schol. *O*, 10. Ceterum pro εἵατο praestiterit quod alii iam suaserunt ἥατο. Cf. Hesychius T. I. p. 1596: Ἥατο· ἐκάθηντο. 39) Schol.: ὁ μὲν Ἀριστοφάνης τὰς ἀνθρωποειδεῖς θεὰς αὐδηέσσας φησὶν οἱονεὶ φωνὴν μετειληφυίας. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης (Schol. Harl. *κ*, 136. Ἀρίσταρχος)

κόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακοῦσαι[40]) ξ, 328. ἵκμενον οὖρον — λάβρον ἐπαΐσσοντα (ἐπαιγίζοντα) ο, 293. νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγηλάζει (ἡγηλάζεις) ρ, 217. ὅτε Ἴλιον εἰςανέβαινον Ἀργεῖοι, μετὰ τοῖσι δ' ἐμὸς πόσις ἤεν (ᾔεν) Ὀδυσσεύς σ, 253. Adde *T*, 76. sq. ubi auctore Didymo vulgaris lectio, τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων αὐτόθεν ἐξ ἕδρης οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς etiam in Aristophanis editione fuit, cum Massiliensis et Chia habuerint: τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη κρείων Ἀγαμέμνων, μῆνιν ἀναστενάχων καὶ ὑφ' ἕλκεος ἄλγεα πάσχων (f. πέσσων).

8. Secundum ordinem efficient varietates lectionum quae a recepta scriptura discrepent, neque ita tamen comparatae videantur, ut confidentius aut unice probari debeant aut prorsus reiici: dixeris lectiones ambiguas. Teste Athenaeo et Eustathio ξ, 112. Aristophanes habuit: πλησάμενος δ' ἄρα οἱ δῶκε σκύφος (σκύφον) ᾧπερ ἔπινεν[41]). Idem ὑποδεξείη pro ὑποδεξίη legit *I*, 73. βέβληται μὲν Τυδείδης (al. ὁ Τυδείδης) κρατερὸς Διομήδης *Π*, 25. ἀλαλκέμεν (ἀλαλκεῖν) ἄγρια φῦλα *T*, 30. ἀγήρων (pro ἀγήραον) cum Aristarcho *B*, 447. μητέρι μοι μνηστῆρες ἐπέχρων (ἐπέχραον) οὐκ ἐθελούσῃ β, 50. ἤχθαιρε pro ἤχθηρε *T*, 306. ἐκ γὰρ δὴ τοῦ μέλλε (ἔμελλε) *O*, 601. κέραιε pro κέραιρε *I*, 203. κῆρ ἀπινύσκων[42]) pro ἀπινύσσων *O*, 10. εἰςίσθμη pro εἰςίθμη ζ, 264. στε-

---

ουδήεσσαν. 40) Falso in scholiis editur ἐπακοῦσαι, nisi forte pro ὄφρα Aristophanes ἠδὲ legit. Aristarchus teste scholiasta ἐπακούσῃ. 41) Ath. XI. p. 498. F: καὶ παρ' Ὁμήρῳ δὲ Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος γράφει· „πλησάμενος δ' ἄρα οἱ δῶκε σκύφος ᾧπερ ἔπινεν." Ἀρίσταρχος δὲ „πλησάμενος δ' ἄρα οἱ δῶκε σκύφον ᾧπερ ἔπινεν." Quae descripsit Eust. Od. p. 1775, 21: τὸ δὲ παρ' Ὁμήρῳ, φησί (sc. ὁ Δειπνοσοφιστής), κείμενον Ἀριστοφάνης μὲν γράφει „πλησάμενος δ' ἄρα οἱ δῶκε σκύφος ᾧπερ ἔπινεν," Ἀρίσταρχος δὲ „σκύφον ᾧπερ ἔπινεν." Utrum rectum sit haud definiam. Analogiam sequuntur nomina ἄφενος βρῦτος γεῖσος ἔλεγχος ἔλεος ζῦθος θάμβος (θρῆνος?) κέρνος κῦδος κύμβος λέμβος οἶδος ὄσσος ὄχος πάγος ῥῖπος σκότος στρῆνος τάριχος. Cf. Herodian. ap. Eust. Od. p. 1746, 24. Bast. in Greg. Cor. p. 22. 615. Lobeck. Technol. p. 298. 302. 42) Similiterne ε, 342: δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσκειν? Ceterum formam ἀπινύσκω alibi non repperi; compares tamen πινύσκω pro πινύσσω dictum ab Aeschylo, Simonide,

ναχῆσι[43]) pro στοναχῆσι ε, 83. οὐ γάρ σφιν (σφι) σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ N, 713. ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλῳ (ita Aristophanes et Aristarchus pro δόλον) ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς ϑ, 494. καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκα κατακρύψας ὑπὸ κόπρου[44]) ι, 329. τοῖς (τῶν) δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον κ, 393. αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλην (ἄλλῃ) λ, 385. τὴν (τῇ) δ' οὔ πώποτε ναῦται ἀκήριοι εὐχετόωνται παρφυγέειν σὺν νηΐ μ, 98. δείδια (δείδω) μὴ δὴ μοι τελέσῃ ἔπος ὄβριμος Ἕκτωρ Ξ, 44. πολλάκι δή μοι τοῦτον Ἀχαιοὶ μῦθον ἔειπον καί τέ με νεικείουσιν (νεικείεσκον) Τ, 86. ubi vix dubites quin insolentior Aristophanis lectio Chiae editionis consensu firmata praeferenda sit. πέμψω δέ τοι οὖρον ὄπισθεν, ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκοιο (ἵκηαι) ε, 168. ubi cf. Nitzschius Vol. II. p. 28. sq. Ζεὺς — μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη κατὰ (μετὰ) δαῖτα[45]) Α, 424. ὅς ῥα νέον πολέμοιο κατὰ (μετὰ) κλέος εἰληλούθει N, 364. Neque spernendum quod ε, 393. cum Rhiano legit μεγάλου ἐπὶ (ὑπὸ) κύματος ἀρθείς. Porro Λ, 546. Aristophanes habuisse refertur τρέσσε δὲ παπτήνας δι' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς, vulgo ἐφ' ὁμίλου: neutrum satisfacit ac fuit cum suspicarer Aristophanis lectionem fuisse δι' ὅμιλον. Similis est locus M, 54: κρημνοὶ γὰρ ἐπηρεφέες διὰ πᾶσαν ἕστασαν ἀμφοτέρωθεν, ubi vulgare περὶ πᾶσαν vel propter v. 63. reiiciendum arbitror. Nec sanus videtur locus quo Hector Paridem alloquitur Γ, 42: αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι — ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων, ita enim pro ὑπόψιον Aristophanes et Herodianus. Aliorum arbitrio hasce commen-

Callimacho. Lexicis adde πινυτάλεξ Theognost. p. 40, 8. 43) Qua de varietate cf. Buttmannus Lexil. I. p. 214. sqq. Muetzell. de Em. Theog. Hes. p. 64. sq. inprimis vero Franckius Richtersche Inschr. p. 88. sqq. 44) Vulgo ὑπὸ κόπρῳ. Compares similes varietates ε, 346: τῇ δέ, τόδε κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο (στέρνοισι) τανύσσαι ἄμβροτον. Δ, 106: ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς ὑπὸ στέρνοιο (στέρνοισι Schol. B, 827.) τυχήσας — βεβλήκει στῆθος. Vide Nitzschii Anmerk. III. p. 57. 45) Κατὰ δαῖτα veterum plerique, quibus aegre fidem detrahas. Male Spitznerum sequitur Stollius in Antim. p. 112.

darim Aristophanis lectiones: οἱ δὲ πανημέριοι θεῖον [46]) ζυγὸν ἀμφιέχοντες γ, 486. καί κε τὸ βουλοίμην καί κεν πολὺ κέρδιον εἴη, πλειοτέρῃσιν χερσὶ (πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ) φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι λ, 359. ὅςτε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην ῥηιδίως, τότε (vulgo ὅτὲ) δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι Ρ, 178. cum gemino loco de quo Scholii Townl. in Cram. A. P. III. p. 278, 3. testimonium habemus, Π, 690. οὐδέ τί μιν (οὐδέ τέ μιν) σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες Ρ, 751. Ζεὺς τόνπερ ἄριστον ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν φασ' ἔμμεναι· ἀλλά νυ (ἀλλ' ἄρα) καὶ τὸν Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα δολοφροσύνῃς ἀπάτησεν Τ, 96. ἐς Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπε ὄσσε φαεινώ· οὐ γὰρ ἔτ' (ὅγ') ἀθανάτων τιν' ἐέλπετο — ἢ Τρώεσσιν ἀρηξέμεν ἢ Δαναοῖσιν Ν, 8. ἔξοχος Ἀργείων κεφαλήν τε καὶ εὐρέας ὤμους (ubi alii τε omittebant, vulgo κεφαλὴν ἠδ' εὐρ. ὤμους) Γ, 227. καί νυ κεν ἐξείρυσσε [47]) καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος Γ, 373. ἐσθλὸν δ' οὔτε τί πω εἶπας ἔπος οὔτ' ἐτέλεσσας [48]) Α, 108. οὔτ' εἴρομαι οὔτε (al. οὐδὲ) μεταλλῶ Α, 553. ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάτερθε θεῶν ἐθέλοντα νοήσω ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ Δαναοῖσιν Θ, 10. ubi vulgo ἀπάνευθε [49]). Αἰνείας δὲ πρόσθεν (πρῶτος) ἀκόντισεν Ἰδομενῆος Ν, 502. τῷ δ' ὥστε (εὖτε vel αὖτε) πτερὰ γίγνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν Τ, 386. Ποσειδάων — κτεινομένους (τειρομένους) ἐπὶ νηυσὶν ἰδὼν ἐλέησεν Ἀχαιούς Ο, 44. θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι κάλλιον (al. βέλτερον vel κέρδιον) εἴη ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, οὓς τέκεν αὐτός Ο, 197. αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεύς, σμερδαλέα ἰάχων, ὦρσεν δ' ἐρίηρας (ita Aristoph. cum Rhiano,

46) Vulgo cum Callistrato σεῖον. R. Schmidtius de Callistr. Aristoph. p. 16: *Verissime Callistratus, nec unquam frigidam coniecturam Aristophani condonabo.* Calidius opinor. 47) Alii ut Aristarchus εἴρυσσέν τε. De Σ, 165. ubi versus recurrit, scholia silent. 48) Hanc enim lectionem colligimus ex Schol. Venet.: οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος οὐδ' ἐτέλεσσας] οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. καὶ ἔστιν ἐμφατικὸν τὸ οὔτε δὶς λεγόμενον. Cf. Schol. Ven. Α, 553: οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ] οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἡ Ῥιανοῦ καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. καὶ ἔστιν ἐμφατικὸν δὶς λεγόμενον τὸ οὔτε. οἱ γράφοντες οὐδὲ μεταλλῶ κακῶς γράφουσιν. Quamquam hoc altero loco vide an genuinum sit: οὐ εἴρομαι (FΕΡΟΜΑΙ) οὐδὲ μεταλλῶ. 49) Iisdem de particulis ambi-

ceteri ἥρωας) Ἀχαιούς T, 41. αὐτὰρ ὅτ' ἄψ ἄρχοιτο καὶ ὀτρύνειαν ἀείδειν Φαιήκων οἱ ἄριστοι, ἐπεὶ τέρποντ' ἐπέεσσιν, αἶψ' (ἄψ) Ὀδυσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος γοάασκεν θ, 92. ἰχθῦς δ' ὥς εἴροντες (πείροντες) ἀτερπέα δαῖτα φέροντο κ, 124. cf. Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 465. βῆν δὲ καταλοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν, ἔγχει ἐρειδόμενος, ἐπεὶ οὔπως εἶχον[50]) ἐπ' ὤμου χειρὶ φέρειν ἑτέρῃ· μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν κ, 170. καί με λισσομένη[51]) ἔπεα πτερόεντα προςηύδα κ, 324. μηκέτι νῦν στυγερὸν (θαλερὸν) γόον ὄρνυτε κ, 457. ubi Schol. Harl. Aristophanis scripturam οὐκ ἄχαριν dicit. ὄρσας λευγαλέων (ἀργαλέων) ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν λ, 400. (οἶνος) ἔπος παρέθηκεν (vulgo cum Aristarcho προέηκεν) ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον ξ, 466. Admodum memorabilis est locus δ, 785. sive θ, 55. ubi cum vulgo scribatur ὑψοῦ δ' ἐν νοτίῳ τήν γ' ὥρμισαν, Aristophanes legisse videtur ὑψοῦ δ' ἐννοδίῳ i. e. ἀγκυροβολίῳ[52]). Maiorem discrepantiam habes Ω, 30: Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης· ὃς νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο, τὴν δ' ᾔνησ' ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν: ita vulgo, sed Aristophanes τὴν δ' ᾔνησ' ἥ οἱ κεχαρισμένα δῶρ' ὀνόμηνε, quod ficticium diceremus, nisi πολιτικαί quaedam editiones idem habuisse proderentur. Denique post β, 51: τῶν ἀνδρῶν φίλοι υἷες, οἳ ἐνθάδε γ' εἰσὶν ἄριστοι, Aristophanes teste Schol. Harl. in Cram.

---

gitur E, 445. 50) Sic enim pro vulgari ἦεν Aristophanes legisse censendus est, non ut Scholia tradunt εἶχεν. Hinc composita erit dubitatio Nitzschii Anmerk. III. p. 113. Ceterum pro ἦεν ἐπ' ὤμου praestiterit quod Eust. Od. p. 1652, 37. offert, ἦν ἐπὶ ὤμου.

51) Schol. Harl.: καί μ' ὀλοφυρομένη] Ἀριστοφάνης καί με λισσομένη, καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή. cf. Eust. Od. p. 1660, 4: ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης λισσομένη γράφει, οὐ μὴν ὀλοφυρομένη· οὐδὲν γάρ, φησίν, ὀλοφυρτικὸν λέγει: ubi postrema de suo effinxit Thessalonicensis episcopus. Ceterum pro με λισσομένη Nitzschius III. p. 136. tentabat μειλισσομένη. Si quid mutandum, malim καὶ δέ με λισσομένη. 52) Schol. δ, 785: ἐν νοτίῳ] Ἀριστοφάνης ἐννοδίῳ (ita Pal., ceteri εἰνοδίῳ), ὡς ἄν τις εἴποι ἐν ὁδῷ, ἑτοίμην εἰς τὸ πλεῖν. Quod Lehrsius de Arist. p. 134. n. suasit εἰνόδιον, ut cum scholiastae interpretatione concordat, ita Aristophanis existimationi parum conducit. Insuper obstat Schol. Harl. θ, 55: νοτίῳ] Ἀριστοφάνης νοδίῳ. Optime Buttmannus: *Haec sedes gl. Hesych.* Ἐννοδίῳ, ἀγκυ-

An. Par. III. p. 427. duos versus habuit hosce: ἄλλοι θ' οἳ νησοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι, Δουλιχίῳ τε Σάμῳ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ: recte an secus alii iudicabunt.

9. Tertio loco Aristophanis lectiones annotabimus partim indubias, partim praeferendas saltem vulgari scripturae et a posterioribus criticis editoribusque nostris male desertas vel neglectas. Qua in re ne partium studio trahi videamur, et Aristophanis favore ab veritate deflecti, meminerint lectores in his quos afferam locis Aristophanis laudem nullam esse nisi pusillam eam, quod in librorum scriptura acquieverit ac fortasse interdum ne senserit quidem eam quae posteriores criticos in errorem abduxerit difficultatem. Recte igitur Aristophanes, quem Aristarchus secutus est, Ῥείας servavit Ξ, 203. ubi alii correxerunt Ῥείης[53]). Item propter ipsam insolentiam amplectenda erit forma φιλοκτεανέστατε, quam Α, 122. teste Seleuco (cf. p. 20.) Aristophanes exhibuit: postea ut analogiae scilicet consulerent, refinxerunt φιλοκτεανώτατε pessime hucusque propagatum[54]). Similiter facile sibi fidem

---

ροβολίῳ. *Nimirum pro* ἐννοτίῳ *Aristophanes legebat* ἐννοδίῳ.

53) Cf. Thiersch. Gr. Gr. p. 271. Muetzell. de Em. Theog. p. 140. Schneidew. Ex. cr. VI. p. 44. sq. 54) Adiectiva in ος terminata quae comparativum et superlativum in -έστερος et -έστατος efferant, iam veteres annotarunt: cf. Ath. X. p. 424. D. Schol. β, 190. Maxim. Planud. Bachm. Anecd. II. p. 73. Eust. Il. p. 746, 45. Od. p. 1441, 15 all. Equidem ad formam φιλοκτεανέστατος tuendam haec affero: αἰδοῖος ἄκορος ἄκρατος ἀλλοῖος ἄμορφος ἀναγκαῖος ἀνιηρός ἀρχαῖος ἄπονος ἄσμενος ἄφθονος ἀφνεῖος γενναῖος διάκονος δίκαιος ἐκηβόλος ἐνεργός ἔντεχνος ἐπίηρος ἐπίπεδος ἐπιτηδεῖος ἐρρωμένος εὔζωρος εὔωνος ζωρός ἥδυμος ἤρεμος ἥσυχος κακότεχνος κακόξεινος (κακοξεινέστερος restituas Dionys. P. 742.) πλήσιος ποδηγός ῥᾳδιός (ῥᾳδιέστερος pro ῥαδιώτερος Hyperidi Pollucis V, 107. reddendum ex Ath. X. p. 424. D.) σπουδαῖος ὑγιεινός ὑγιηρός φιλόξενος ὑπέρθυμος ὡραῖος. Eandem ad analogiam teste Philoxeno ap. Etym. M. p. 31, 5. ἀρχέστατος finxit Aeschylus fr. 173: ἐγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατον. Quem locum nollem tentassent Lobeckius Paral. p. 81. n. 21. et Bernhardy Iahrb. f. wiss. Krit. 1838. II. p. 347. Philoxeni fides constabit modo ἀρχέστατος repetas a substantivo ἀρχός (cf. βασιλεύτερος, κύντερος simm.), unde sequitur ut pro ἀρχαιότερος Etym. M. sive Phavorino Ecl. p. 86, 9. reddamus ἀρχότερος. Lexicis expellantur ficticiae formae ἀκορής, κακοτεχνής, ἠρεμής (formam ἤρεμος praeter Hesychium certo confirmat Inscr. 2059,

conciliant minus usitatae formae σχήσουσιν pro ἕξουσιν *N*, 51. et εἴνυσθαι pro ἕννυσθαι ξ, 522. quo loco Aristophani suffragatur Rhianus[55]). Nec spernendum in quo item Rhianus et Aristophanes consentiunt Βορέης αἰθρηγενέης ε, 296. ubi vulgo extat αἰθρηγενέτης[56]). Porro verissime Aristophanes εἰ δ' αὖ τῶς (vulgo πως) τόδε πᾶσι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο (Aristarchus πέλοιτο) *Δ*, 17. ubi de γένοιτο potest litigari, pleonasmus τὼς τόδε nativae Homerici sermonis infantiae optime convenit aliisque locis eandem criticorum licentiam expertis luculenter defenditur; cf. *Ξ*, 416. ubi vulgo editur: τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος ὅς κεν ἴδηται, Aristophanes genuinum tenuit τὸν δ' οὔτιν' ἔχει θράσος, et λ, 261: ἐπεὶ οὔ μιν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, quam Aristophanis scripturam fuisse testatur Schol. Cram. A. P. III. p. 471., vulgo ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτον. Adde *H*, 198: οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται οὐδέ τι ἰδρείῃ: ita vulgo; legendum vero οὐδέ με ἰδρείῃ, idque ipse Aristophanes habuit, non quod in scholiis nunc fertur οὐδὲ μὲν ἰδρείῃ. Similiter *N*, 348: „Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχὺν οὐδέ τι πάμπαν ἤθελε λαὸν ὀλέσθαι Ἀχαιικόν" longe exquisitior Aristophanis lectio οὐδ' ὅγε πάμπαν. Item servarim Aristophaneum ἐλλισάμην καί σφιν μενοεικέα ἤια δῶκα ν, 273. cf. Schol. Harl. Cram. A. P. III. p. 484: vulgo λῃίδα ni fallor metri caussa excogitatum, in quo sustentando identidem critici plus sibi indulserunt; velut *T*, 105: ἀνδρῶν οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν nolim discedi ab Aristophanis scriptura οἵ αἵματος. Eodem fortasse pertinet *N*, 732: ἄλλῳ δ' ἐν

---

24.): nec magis sana iudico adi. ἐνεργής et ἐντεχνής. Altera ex parte suspectum Ἀττικέστερος, de quo Boiss. in Philostr. Epist. p. 52. Apud Porphyrium in Ptolem. Harm. p. 211. Wallisius edidit εὐκαιρέστερον, legitimum εὐκαιρότερον optimus tuetur codex Monacensis 215. Item suspectum γνησιέστερον Doxop. in Walzii Rhett. Gr. Vol. II. p. 153, 27. Ceterum contraria licentia effictum est ὑγιώτερος Sophr. ap. Etym. M. p. 774, 41. cf. προσηνότατος Epigr. C. I. 2113, c. Vol. II. p. 1004. quibus fortasse addendum παιδοφιλώτερος Sapph. fr. 52. p. 611. Bergk. 55) Εἰνύω Eust. p. 1292, 24. 1871, 37. Etym. M. p. 494. f. καταείνυον *Ψ*, 135. ἐπιείνυσθαι Herodot. 56) Αἰθρηγενέος Βορέαο *O*, 171. *T*, 358. Hesychius: Αἰθρηγενεῖς· εὐ-

στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεύς, ubi Aristophanes *νόον τιθεῖ* εὐρύοπα Ζεύς, et γ, 486: οἱ δὲ πανημέριοι θεῖον ζυγὸν *ἀμφιέχοντες*[57]). Porro Θ, 513: μὴ μὰν ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι· ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ, necesse est cum Aristophane restituatur *πέσσοι*: coniunctivus deberi videtur insequenti ἵνα τις στυγέῃσι καὶ ἄλλος. Subiungo alios locos ubi Aristophaneae lectiones sive ab robore quodam et vigore sive ab usu Homericae poeseos ipsaque insoliti specie commendentur et expulsis posteriorum criticorum commentis pristinum in locum reducendae sint. Δ, 142: ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα παρήιον ἔμμεναι *ἵππῳ*[58]), ubi vulgo ἵππων. Z, 148: φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη *τηλεθόωντα* (τηλεθόωσα) φύει· ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρῃ (ὥρη). I, 551: οὐδ' *ἐθέλεσκον* τείχεος ἔκτοσθεν μίμνειν, πολέες περ ἐόντες, ubi qui pro ἐθέλεσκον ieiunum istud ἐδύναντο suffecerunt, aliquid loco detraxerunt. K, 169: ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, *τέκος*, κατὰ μοῖραν ἔειπες: ita Nestor Diomedem alloquitur; ergo ne cum Diomede tanquam infante agi videretur, iuniores critici φίλος pro τέκος commendarunt. K, 391: πολλῇσιν μ' ἄτῃσι παρὲκ νόον *ἤπαφεν* Ἕκτωρ, ubi vulgo παρὲκ νόον ἤγαγεν[59]). Λ, 26: *σμερδάλεοι* (κυάνεοι) δὲ δράκοντες *ἐλιχμῶντο* (ὀρωρέχατο) προτὶ δειρὴν τρεῖς ἑκάτερθ', ubi ἐλιχμῶντο reposui pro scholiorum scriptura ἐλειχμῶντο[60]). M, 40: αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὸ πρόσθεν

---

δίαν ποιοῦντες. 57) Vulgo οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες. Ubi ἀμφιέχοντες praetulerim, quod ἔχω sive ἕχω (C. I. 139, 6.) digammo primitus instructum fuit: cf. Savelsberg. Quaestt. lexical. Berol. 1841. De altera varietate diximus n. 46. 58) Hanc enim fuisse Aristophanis lectionem, non quod in scholiis exhibetur ἵππω, recte monuit Lehrsius Anal. gramm. (Regim. 1846.) p. 41. et ante eum vidit Wolfius Prolegg. p. 225. 59) Schol. A: ἤγαγεν] Ἀριστοφάνης *ἤπαφεν*. Fortasse tamen Aristophanes habuit *παρὰ* νόον ἤπαφεν, sicut παρήπαφεν extat Ξ, 360. ξ, 488. 60) Compares Ar. Vesp. 1033: ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο περὶ τὴν κεφαλήν. Quae redeunt Pac. 757. nisi quod hoc altero loco poeta lusit *ἐλιχνῶντο* teste Schol. Pac. 756: δέον δὲ εἰπεῖν ἐλιχμῶντο, ἐλιχνῶντο εἶπε διὰ τὸ λίχνον τῶν κολάκων, et Hesychio T. I. p. 1179: Ἐλιχνῶντο· τοῦτο πεποίηται (f.

ἐμαίνετο, ἶσος ἀέλλῃ, ubi alii ut furoris crimen ab Hectore averterent, reposuerunt ἐμάρνατο verbum si non ieiunum, certe fervido illi ἐμαίνετο longe posthabendum. *N*, 12: (Ἐνοσίχθων) θαυμάζων ἧστο πτόλεμόν τε μάχην τε ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου[61]) ὑληέσσης: vulgo ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς, quam coniecturam qui protulit, saepissime ἀορίστως pluralem dici non meminerat: cf. Sophocleum καὶ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι et alia innumera[62]). *N*, 733: ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι νόον τιθεῖ (p. 48. init.) εὐρύοπα Ζεὺς ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλὸν (vulgo πολλοὶ) ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι. *Ξ*, 58: οὐδ' ἂν ἔτι γνοίη (γνοίης) μάλα περ σκοπιάζων, ubi vanae sunt dubitationes Spitzneri. *Ξ*, 148: ὡς εἰπὼν μέγ' ἄυσεν ἐπεσσύμενος πεδίοιο· ὅσσον δ' (τ') ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι ἀνέρες — τόσσην ὄπα ἧκεν. *Π*, 313: Πυλείδης δ' Ἄμφικλον ὑφορμηθέντα δοκεύσας ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, ubi vulgo ἐφορμηθέντα[63]). *Π*, 634: ὥστε δρυτόμων ἀνδρῶν ὀρυμαγδὸς ὀρώρει οὔρεος ἐν βήσσῃς· ἕκαθεν δέ τε γίγνετ' ἀυτή, vulgo ἀκουή. *Σ*, 53: ὄφρ' εὖ πᾶσαι εἴδετ' ἀκούουσαι, ὅσ' ἐμῷ ἔπι (ἔνι) κήδεα θυμῷ. *Τ*, 188: ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε πέρ σε βοῶν ἔπι (ἄπο) μοῦνον ἐόντα σεῦα κατ' Ἰδαίων ὀρέων, ubi cum Aristophane facit Chia editio et Rhianus. *Φ*, 1: ἀλλ' ὅτε δὴ ῥόον (πόρον) ἷξον ἐυρρεῖος ποταμοῖο. *Φ*, 249. (itemque *Φ*, 137. ubi scholia silent): ἵνα μιν παύσειε φόνοιο, nempe Xanthus Achillem; vulgo

---

πέπαικται) ἐπὶ τοῦ λιχνεύειν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ. Falso λελειχμότες editur in Hes. Theog. 826; corr. λελιχμότες: iota enim et codices tuentur et grammatici. Cf. Cram. A. O. I. p. 268, 27. et Gramm. post Etym. Gud. p. 1005. ubi pro συγκρότησιν leg. συγκοπήν. 61) Σάου pro Σάμου Aristophanem habuisse temere coniicit Spitznerus. 62) Virorum doctorum de hoc pluralis usu commenta sunt mirifica. Quem olim fuerunt qui contemptim dictum vellent, alii αὐξητικῶς interpretantur, denique parum verisimilia praebet Bernhardy Synt. p. 61. 63) Lectionem ὑφορμηθέντα male schol. interpretatur ὑποχωρήσαντα. Improbandum quod Spitznerus coniicit Aristophanem habuisse ἀφορμηθέντα, quicum vel ἔφθη manifesto pugnat. Quod idem ὑφορμᾶσθαι addubitat, quoniam verbum et praepositio fere contrarium sonent, immemor erat, praepositionem ὑπό de iis saepe rebus usurpari quae clam et furtim fiant: ita ὑφορμᾶσθαι est clam aggredi, unvermerkt auf je-

πόνοιο. Φ, 446: ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλει πέρι (vulgo πόλιν πέρι) τεῖχος ἔδειμα. Ψ, 81: Τρώων εὐηφενέων cum Rhiano pro εὐηγενέων[64]. β, 45. (cf. Schol. huius et insequentis versus, ubi pro κακῶς πληθυντικῶς legas κακά πληθυντικῶς): ὃ μοι κακὰ (κακὸν) ἔμπεσεν οἴκῳ δοιά. θ, 67: κὰδ δ' ἐκ πασσαλόφιν δῆσεν (κρέμασεν) φόρμιγγα λίγειαν. θ, 163: ἀλλὰ τῷ, ὅςθ' ἅμα νηὶ πολυκλήϊδι θαμίζων, ἀρχὸς ναυτάων καὶ ἐπίστροφος[65]) ἦσιν ὁδαίων κερδέων θ' ἁρπαλέων. λ, 324: πάρος τέ μιν Ἄρτεμις ἔσχε pro vulgari ἔκτα (cf. Nitzsch. Annot. III. p. 252.). ν, 190: ὄφρα μιν αὐτῷ (sc. Ἰθάκην Ὀδυσσεῖ, vulgo μιν αὐτόν „Ulixem ipsum") ἄγνωστον τεύξειε. ξ, 349: κεφαλὴν (κεφαλῇ) δὲ κατὰ ῥάκος ἀμφικαλύψας. Nec ferri potest vulgaris scriptura ξ, 338: ὄφρ' ἔτι πάγχυ δύης ἐπὶ πῆμα γενοίμην, ubi praetulerim Aristophaneum δύη ἔπι πῆμα γένηται[66]). Denique claudat agmen Ο, 451. quo exemplo intueantur iudices sobrii et licentiam διορθωτῶν quibus hanc Homericorum carminum faciem debemus, et recentiorum criticorum in vetustissimis lectionibus aspernandis securitatem incredibilem. Libri et editio-

---

mand eindringen. 64) Testem scholia afferunt Clearchum ἐν ταῖς γλώτταις. Similiter igitur Α, 427. Aristophanes εὐηφενέος Σώκοιο legisse censendus est, idque verissime. Nam εὐηγενής quamvis et Theocr. 27, 41. propagarit et grammatici identidem offerant (Apoll. L. H. p. 309. Hesych. Etym. M. p. 390, 34. 422, 15. Eust. p. 854, 61. 1288, 62.), dubito tamen num recte formatum sit: siquidem insolens vocalis eta παρέμπτωσις exemplis Lobeckii in Phryn. p. 699. non munitur, unum autem quod geminum foret εὐηπελής destitutum videtur auctoritate idonea. Contra εὐηφενής ab εὖ et ἄφενος descendens stabilitur vv. εὐήνωρ et εὐήκης. Commentum Lebasii qui in titulo Lesbio Εὐαγένης nomen reponi volebat (Ahrens. de Diall. Gr. II. p. 498. sq.), verbo memorasse sufficiet. 65) Hanc lectionem et sententia loci flagitat, et confirmat Apollon. L. H. p. 291: Ἐπίστροφος· ἐπιστρεπτικὸς οἷον ἐπιμελής, ubi scripserim ἐπιμελητής, οἷον ἐπιστρεπτικός. Vulgo ἐπίσκοπος, quod h. l. ineptum. Eadem vox eximatur Κ, 38. ubi cum Nicia leg.: ὀτρυνέεις Τρώεσσιν ἔπι σκοπόν; et 342: οὐκ οἶδ' εἰ νήεσσιν ἔπι σκοπὸς ἡμετέρῃσιν, ἤ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνηώτων. Ceterum scholia loci de quo agimus (θ, 263.) haec praebent: Ἀριστοφάνης δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπίσκοπος ἐπίστροφος σημειοῦται. Ubi pro σημειοῦται requirimus ὃ σημείωσαι. 66) Hanc enim Aristopha-

nes quod sciam omnes haec praebent: *αὐχένι γάρ οἱ ὄπισθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός.* In verbis apertissimis nemo facile haereret, nisi mentionem haberemus scholiastae V. quo teste Aristophanes — hunc enim solum affert — pro *ὄπισθε* legit *πρόσθε.* Quam lectionem num coniecturae tribuemus? Concederem dummodo rationem viderem, cur ab altera scriptura Aristophanes potuerit desciscere. Sed patet genuinum *πρόσθε* sollicitatum esse a callidissimo illo critico; qui cervices observasset posticas esse, non anticas. Et nostri critici? Plaudunt equites peditesque. Adeo reconditum erat videre *πρόσθε* non de loco hic dici, sed de tempore: *αὐχένι γάρ οἱ πρόσθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός* i. e. antea telo occubuit quam consilium perficeret. Consideres ipsius loci nexum: *καί ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον — τάχα δ' αὐτῷ ἦλθε κακόν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἱεμένων περ· αὐχένι γάρ κτλ.*

10. Lectiones Aristophanis hucusque allatae tametsi habent quae ad crisin Homericam non sine utilitate conferri queant, ipsius tamen Aristophanis ingenio aestimando minus conducunt. Certe multo luculentius quid Aristophanes Homero praestiterit, cernetur tum ex iis lectionibus quae in sola scribendi varietate positae sint, tum ex emendationibus traditae scripturae sive coniecturis. Priorem ordinem efficiunt inprimis ambiguitates illae tum e scriptura continua tum ex Ionicis elementis oriundae. Nam quae praeterea de orthographia Aristophanis prodita habemus, paucissima sunt. Ita *M*, 26. cum Aristarcho *συνεχές* legit, ubi alii falso *συννεχές*: simplex *ν* tuetur praeter alios Schol. Arat. 20. Memorabilius est quod Schol. *β*, 338. refert: *ὅθι νητός*] Ἀριστοφάνης *ὁθιννητός,* ὡς τὸ ἐνὶ μεγάροισιν (l. *ἐνιμμεγάροισιν*), in quo ipso non dubito quin vetustiorum exemplarium fidem secutus sit[67]). De accentibus Aristophaneae diorthoseos unam

---

nis lectionem fuisse confirmat Schol. Harl. in Cram. A. P. III. p. 489. 67) Haud dissimile est Atticum *ξύμμοι* cum aliis, cf. Buttmannus Ausf. Sprachl. I. p. 91. II. p. 372. Cuius generis plurima tituli suppeditant: *ἰστήλη* vel *εἰστήλη* C. I. 87, 14. 213, 8. *εἰστήλας* 93, 21. 108, 34. 3723. *τασστήλας* 3044, 35. 3562, 35. *τοιστρατάγοις* 3640, 28. *ἐξύρου* Boeckh. C. I. Vol. II. p. 402, a. *Ἀρίσταν δροσταφυλοδρόμας* 1387. Propius huc

habemus notitiam, de verbis ὄφρ' εὖ εἰδῇς η, 317: Ἀριστοφάνης περισπᾷ τὸ εἰδῆς[68]). Item de interpunctione solum prostat testimonium ad α, 72. spectans, ubi Aristophanes distinxisse fertur: *Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη Φόρκυνος θυγάτηρ, ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα*, ut *μέδοντος* cum *σπέσσι* coniungeret nec Phorcynem sed Neptunum maris regem dici iuberet[69]).

Iam scriptura continua librariorum clade communi ac monstrorum qualiumcunque nutrice feracissima[70]), innumeris locis grammaticos decipi potuisse vel eruditissimos, nemo mirabitur, qui in titulorum interpretatione (cuius rei difficultas infra Homericorum carminum explicandorum laborem Herculeum longo subsistit intervallo) etiam nunc post tot complurium saeculorum exempla, in hac criticae artis perfectione et usu quotidiano similiter labi viderit philologos doctrinae

---

valent ἐκκτῶν C. I. 1306. ἐχγμαγνησίας 3137, 108. *Μνησίθεοσσέγραμμάτευε* 76, 1. *ΟΙΣΣΟΦΩΣ* (i. e. ut Meinekius verissime monuit, οἷς ὁ φῶς) ἐτέρπετο 1907, 5. ac fortasse *ΚαλλιστόδικοσσΑἰν*.. Inscr. Rossii Hellen. I, 2. p. 60, A, 12. Omnino tamen congruit cum Aristophanis lectione ὑπολλυκάβαν Epigr. C. I. 2169. 68) Quae de τάρφεσιν et ταρφέσιν Aristophanes praecepit, ad Glossas rettulimus, item de ἀπαιόλη. Restat locus Apollonii infra afferendus p. 61. 69) Rei testis est Schol. ν, 96: Φόρκυνος δέ τις ἔστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος] ἐδείχθη σαφῶς ὅτι θαλάσσιος θεὸς ὁ Φόρκυν· κακῶς ὁ Ἀριστοφάνης ἔγραφεν ἐκεῖ· Φόρκυνος θυγάτηρ, ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος. ἀντὶ γὰρ τοῦ μέδοντος, φησίν, ἵν' ᾖ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ συνάπτεται τῷ ἑξῆς. „*Distinxit Aristophanes post* θυγάτηρ *et sequentia cum versu sequenti coniunxit.*“ Porsonus. Verba scholiastae nondum emendata. Coniicerem Aristophanem legisse μέδοντι, nisi obstaret Schol. α, 72. 70) En exemplum. Proclus in Plat. Polit. p. 359: δηλοῖ δὲ καὶ τὰ λόγια πρὸς τὸν θεουργὸν λέγοντα σαφῶς, ὅτι ἀσώματα μέν ἐστι τὰ θεῖα πάντα, σώματα δὲ ἐν αὐτοῖς ὑμῶν ἕνεκεν ἐνδέδεται, μὴ δυναμένων μετασχεῖν ἀσωμάτους (l. ἀσωμάτου) τῶν σωμάτων, διὰ τὴν σωματικὴν εἰς ἣν ἕνεκεν τρίσθη τε φύσιν. Verba extrema, quibus crucem Basileensis editor appinxit, sic refingas: διὰ τὴν σωματικὴν εἰς ἣν ἐνεκεντρίσθητε φύσιν. Ut leviora quaedam addam, Aesch. Sept. 605. reddendum ἢ ξὺν πολίταις (pro ξυμπολίταις) ἀνδράσιν δίκαιος ὤν, Soph. O. C. 965: τάχ' ἀντιμηνίουσιν (vulgo ἄν τι μηνίουσιν) εἰς γένος πάλαι. Oed. R. 483: δεινά με νοῦν (vulgo μὲν οὖν),

et ingenii laude insignes[71]). Veteribus autem grammaticis nonnunquam vel simplices corruptelas negotia facessiisse, ostendit monstrosum illud *θεραπωνεύς* de quo p. 33. vidimus. Aristophanes minus recte scripsit *ὑπέρμορον* teste Schol. *Υ*, 30. nec placet *ὅ, τε* (pro *ὅτε*) *ε*, 357: *ὤ μοι ἐγώ, μήτις μοι ὑφαίνῃσιν δόλον αὖτε ἀθανάτων, ὅτε με σχεδίης ἀποβῆναι ἀνώγει.* Item dubito num vera sit Aristophanis scriptura ab Aristarcho, Heracleone all. propagata, *ἀλλ' οἷον Ε*, 638. ubi Parmeniscus et Nicias *ἀλλ' οἷον*, Tyrannio recte opinor *ἀλλοῖόν τινα φασι βίην Ἡρακληείην εἶναι, ἐμὸν πατέρα.* Verissime contra Aristophanes *ν*, 31. damnavit vocabulum ficticium *πανῆμαρ*, quod nil habet quo defendatur; utrum *ᾧ πᾶν ἦμαρ* habuerit an (quae Buttmanni est suspicio) *ᾧτε πὰν ἦμαρ*, ignoramus.

Longe maiorem difficultatem movebant vetusta illa elementa Ionica, e quorum angustiis multas debuisse dubitationes oriri, iam veteres grammatici passim monuerunt, nostrae aetatis critici memoria magis sepultum custodiunt quam in emendandis scriptoribus scire se probant[72]). Aristophanes

---

*δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας.* 71) Inscr. Rossii de demis Att. p. 101: *Ὦ τὸν ἀειμνήστους ἀρετὰς παρὰ πᾶσι πολίταις Κλεινὸν ἔπαινον ἔχοντ', ἄνδρα ποθεινότατον Παισὶ φίλῃ τε γυναικί. — Τάφου δ' ἐπὶ δεξιά, μῆτερ, Κεῖμαι σῆς φιλίας οὐκ ἀπολειπόμενος.* Ita Rossius edidit. Sed etiamsi *ἀρετὰς ἔπαινον ἔχειν* dici posset, utique vitium restat, cui audax Welckeri coniectura (*ἀειμνήστης ἀρετῆς*) non medetur. Nam quod verbum *κεῖμαι* v. 4. docet, prius distichon necesse est defuncti allocutionem contineat. Scribendum igitur: *Ὦ τὸν ἀειμνήστου σ' ἀρετᾶς* (sive malis *ἀρετῆς*) *παρὰ πᾶσι πολίταις κτλ.* Male item in epigr. C. I. 2127. editur: *Ἆ τάλαν, οἰκτείρω σε πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ· νῦν δὲ συνηρώων χῶρον ἔχοις φθίμενος.* Legendum: *νῦν δὲ σὺν ἡρώων χῶρον ἔχοις φθίμενος.* Praepositionem *σύν* c. genit. iunctam illustrat Boeckhius C. I. Vol. II. p. 1008, a. *Ν* et *Η* simillima, cf. Etym. G. p. 14, 51: *Ἀίδηλον ἄρνα*, ubi leg. *Ἄρηα.* 72) Veterum testimonia habes Schol. *Η*, 238. *Δ*, 104. Valck. in Schol. Eur. Phoen. 688. Errores autem e falsa Ionicae scripturae interpretatione prognatos plurimos etiam nunc Homericis carminibus inhaerere, quivis huic rei attentus intelliget. Veluti ut rem notam afferam, quoties *ἕως* scribitur pro *ἧος*? Vel *Δ*, 489. *Β*, 566. similibus locis pro *Πηλέος υἱός*, *Μηκιστέος υἱός* legendum esse *Πηλῆος υός*, *Μηκιστῆος υός*, quis

recte ut mihi videtur *Φ*, 127. scripsit: *μέλαιναν φρῖχ' ὑπαΐξει ἰχθύς*, *ὥς* (vulgo *ὅς*) *κε φάγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν*[73]), item fortasse *Ξ*, 45. Aristophaneum *ὄβριμος Ἕκτωρ ὅς ποτ' ἐπηπείλησε* vulgari *ὡς* praeferendum. Recte idem noster grammaticus, in quibus recentiores editores consentiunt, *δεύῃ* pro *δεύει* *α*, 254. et *χρεῖος ὀφείλετ'* (ubi Aristarchus *χρέως ὠφείλετ'*) *Λ*, 686. Utrum Aristophaneum *ἔλπετο* *P*, 234. praestet an aliorum *ἤλπετο*, nescio: aeque difficile est iudicium de *H*, 238. ubi tamen cur ab Aristophanis lectione discedamus et pro *βοῦν* alibi toties concesso *βῶν* substituamus, rationem non assequor. Improbandum vero *Πηνέλεον* (pro *Πηνέλεων*) *N*, 92. item proscribimus formam *μαχήσομαι* quam Aristophane praeeunte (Schol. *Α*, 298.) pessime Homero obtruserunt, pro *μαχέσομαι* sive *μαχέσσομαι*[74]). Similiter reiicimus Aristophaneum *ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι Διιπετέος ποταμοῖο βεβρύχῃ* (pro *βέβρυχε*) *μέγα κῦμα* *P*, 264. Denique *α*, 208. ubi Aristophanes et Aristarchus habuerunt *αἰνῶς μὲν κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας*, pro *μὲν* requirimus *μήν*, non quod vulgo nunc scribitur *γάρ*. Dubitanter huic classi accenseo *λ*, 174. ubi vulgo editur: *εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον*. Schol. Harl.: *ὃν κατέλειπον*] *Ἀριστοφάνης οὓς κατέλειπον*. Neutrum probum, ac miror in prima persona *κατέλειπον* neminem haesisse, siquidem ista *ὃν* s. *οὓς κατέλειπον* pleonasmum referunt cassum et inertem. Pristinam (ac fortasse ipsius Aristophanis) lectionem fuisse suspicor *κατέλειπες*, atque *οὓς* prognatum puto eo erroris genere de quo modo vidimus. Genuinam igitur hanc crediderim scripturam: *εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος ὡς κατέλειπες*. Fac Aristophanes sive quis-

---

unquam praeter Spitznerum negarit? Item *ὅς* et *ὥς* saepe confusa sunt, inprimis *N*, 482: *δείδια δ' αἰνῶς Αἰνείαν ἐπιόντα πόδας ταχύν, ὥς μοι ἔπεισιν*, ubi vulgaris scriptura *ὅς μοι ἔπεισιν* et tautologia laborat et insequenti *ὃς μάλα καρτερός ἐστι* refellitur. Similiter *ὥς κε φύγῃσιν* restituatur *T*, 72. Porro *μήν* pro *μέν* aliquoties reducendum (cf. *Α*, 269. 273. *Ξ*, 472. al.), *μαχήσομαι* damnandum (not. 74.), similia castiganda innumera. 73) Praeter Schol. cf. Porphyr. Q. Hom. c. VIII. 74) *Μαχήσομαι* iam Buttmannus in suspicionem adduxit Ausf. Sprachl. II. p. 239: *αἰδήσομαι* nemo amplius defendet, aeque vitiosum iudico *αἰνήσω*.

quis eius auctor fuit traditum ΗΟΣ putarit esse οὔς, et habebis caussam cur pro κατέλειπες prima persona et ὄν pro οὔς ab aliis substitutum fuerit.

11. Restant Aristophanis coniecturae: quarum indolem ut paucis describamus, haec videntur consideranda. Duplex facile observatur artis criticae factitandae ratio. Multi sagaces sunt in abditis corruptelis indagandis atque iudicio et imaginandi facultate eatenus pollent, ut offensione remota bellos nobis offerant sui ingenii foetus et scriptore quem iuvare studeant haud indignos: nihilominus a critici praestantia omnino distabunt, quamdiu speciosa tantum sectentur nec similes aliorum conatus possint evertere. Paucissimis viris facultatem contigisse videmus vere criticam, cuius inventa non solum reprehensionem effugiant, sed vitiorum simul originem certissime revelent. Inferioris ordinis critici multa ingeniose ludent, plerumque in avia ruent ac verborum ulceribus non sanandis sed oblitterandis saepe nocebunt magis quam proderunt. Aristophani Byzantio idem accidit quod veteribus grammaticis omnibus, ut inferius istud quasi criseos genus raro superarit. Nec mirum: nam quod aliis in artibus evenit, ut nec diligentia sine benigna naturae vena, neque ingenio quantumvis affluenti sine schola et palaestra quidquam proficias, id in arte critica adeo locum habet, ut non solum diu sit desudandum antequam ullum laboris fructum percipias, sed ut sine aliorum criticorum exemplis quibus erudiare et informere, vix possis progredi. Criticum quod aiunt non fieri sed nasci verum est, dummodo addas non nasci eundem sed fieri. Hinc apparet cur veteres grammatici sicubi locorum affectorum emendationem susciperent, nil fere intentatum reliquerint neque cessarint pedem quem curare non possent, aut igni adurere aut ferro resecare. Fac Alexandrinos grammaticos quasi ipsa natura critico muneri fuisse destinatos: non miraremur tamen si minus prospere rem gessissent homines disciplina criticae artis destituti neque complurium saeculorum periculis edocti[75]).

---

75) Paucis attigi rem disputationis fere infinitae, in qua doctissimorum virorum auctoritatem spernendam mihi videam. Accura-

Transeamus ad coniecturas Aristophanis paucis indicandas. *Π*, 188. scripsit ἐξάγαγεν φόωςδε, obtemperavit Aristarchus, cum Zenodotus haberet προφόωςδε[76]). Item coniecturae deberi videtur ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρας ἐλήλατο pro σαυρωτῆρος *K*, 153. Porro τύμβον δ' ἀμφ' αὐτὴν ἕνα ποίεον ἐξαγαγόντες ἄκριτον ἐν πεδίῳ *H*, 436. (itemque 337.), ubi vulgo ἐκ πεδίου, quod ut Aristophanis suspicionem movit, ita mihi quoque dubium est, et *P*, 368: ἠέρι γὰρ κατέ-

---

tam quidem diligentiam quae in subsidiis parandis cernitur, minime fuisse ab veteribus grammaticis alienam, optimus harum quaestionum arbiter Lehrsius de Arist. p. 366. sqq. praeclare ostendit. Verum ista variarum lectionum colligendarum opera iustae diorthoseos desideriis minime erat satisfactum. Restabant utique plurimae difficultates sive verae sive opinatae, quibus libri nihil salutis afferrent; ac profecto quo quis diligentius singula rimaretur, eo plures habebat scrupulos, eo saepius stimulabatur, ut multiplices sive rerum sive verborum discrepantias aequaret arte qualicunque. Hisce autem in difficultatibus expediendis minus felices fuisse veteres criticos, et ratio docet et exempla. Unde simul certissimum vetustiores criticos Zenodotum et Aristophanem ideo quod minus strenue criseos ferrum adhibuerunt, haud paucas lectiones sine offensione transmisisse a successoribus addubitatas ideoque permultis in locis ubi vulgaris scriptura prompta est et expedita, insolentiorem vel difficiliorem vetustiorum lectionem aut esse veram aut proxime ad verum accedere. At vero tam scholia nostra quam recentiores viri docti Zenodotum consentiunt unum omnium fuisse audacissimum. Respondeo eo crimine nil fingi posse iniustius. Aristonicus Zenodoteum exemplar nunquam suis oculis usurpavit ideoque decantatum illud Ζηνόδοτος μετεποίησε vel μετέγραφε aut finxit ipse aut ab aliis fictum propagavit. Ergo Zenodotus dignus erit qui ex se ipso potius aestimetur, quam e perversis veterum et recentium Aristarcheorum iudiciis. Quodsi exempla circumspicimus, pro multis esse potest locus *α*, 38. de quo dictum p. 36. Aristarchus eiusque pedissequi: ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς, Ἑρμείαν πέμψαντες ἐύσκοπον Ἀργειφόντην, Zenodotus et Aristophanes πέμψαντε διάκτορον. Quis iudex incorruptus negarit πέμψαντες ἐύσκοπον critico deberi ei qui Homerum ad sui sermonis leges exigens dualem cum plurali coniunctum abominatus fuerit? Nostri tamen editores faciliorem lectionem propagant, quasi Homerum malint perire quam Aristarchum. Unus hercle hic locus sufficere potuerit, quo critici nostri ab Aristarchomania ista revocentur; leviora nonnulla dabit Wolfius Prolegg. p. 204: alia coactus nunc mitto. 76) Hinc recte nunc editur πρὸ φόωςδε, quod non aliter dictum quam ἀπὸ

χοντο *μάχῃ ἔνι* (vulgo nunc *μάχης ἔπι*) ὅσσοι ἄριστοι ἔστασαν ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ κατατεθνηῶτι, qui locus et ipse nondum sanus videtur. Adde β, 70: σχέσθε, φίλοι, *μή* (pro *καί*) μ' οἶον ἐάσατε πένθεϊ λυγρῷ τείρεσθ'. Eodem pertinet H, 31: ἐπεὶ ὡς φίλον ἔπλετο θυμῷ ὑμῖν ἀθανάτοισι, διαπραθέειν τόδε ἄστυ. Ita verissime Zenodotus: Aristophanes ne Apollo immortalis ipse sibi deos opponeret, pro ἀθανάτοισι mutatione audacissima rescripsit ἀμφοτέρῃσι, Minervam intelligens et Iunonem; vulgo ἀθανάτῃσι mirifice. Dubitanter huc refero Ψ, 805. sq. ubi editur: ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλόν, φθήῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ φόνον ἀνδρῶν [77]). Tum audacissime Aristophanes egit K, 349: ὡς ἄρα φωνήσαντε παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην. Quo loco insolens est φωνήσαντε, cum solus Ulixes locutus fuerit: cui dubitationi ita Aristophanes occurrendum putavit, ut nimis liberalis ipse versum fingeret, reponens: ὡς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης· ἐλθόντες δ' ἑκάτερθε παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην, quo documento ea quae de violentis veterum criticorum παραδιορθώσεσι disputavimus, abunde confirmantur [78]). Simile facinus scholiasta auctore α, 424. Aristophanes admisit. Editur: τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν· δὴ τότε κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος. Schol. E. Q. Harl.: ἔνιοι· δὴ τότε κοιμήσαντο καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο· μεταποιηθῆναι δέ φασιν ὑπὸ Ἀριστοφάνους τὸν στίχον [79]). Videtur igi-

---

κρῆθεν, κατὰ κρῆθεν, ἐξ οὐρανόθεν, similia: cf. Lobeckius in Phryn. p. 46. 77) Cf. Eust. Il. p. 1331, 6: ἐνταῦθα δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς φορτικὸν ἡγησάμενος τὸ οὕτως ἐπικινδύνως ὁπλομαχεῖν, μεταγράφει τὸν τρόπον (l. τόπον) τοῦτον οὕτως· ὁππότερος κεν πρῶτος ἐπιγράψας χρόα καλὸν φθήῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ φόνον ἀνδρός (l. ἀνδρῶν). 78) Scholia nostra dubitationem Aristophanis diluere student admoto Φ, 298. ubi Ποσειδῶνος εἰπόντος μόνου — ἐπιφέρει· τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην. Exemplum geminum atque eo insolentius, cum v. 287. legatur: τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε Ποσειδάων ἐνοσίχθων: unde videndum an illic Minervae oratio exciderit. Priore loco fortasse lenior iniri potest medela haec: ὡς ἄρα φώνησ'· ἄν τε παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην. Nostri critici praeter alia incredibilia hanc quoque Homero licentiam vindicant, ut ubi singuli locuti fuerint, binos verba fecisse contendat. 79) Schol. E.

tur Aristophanes flagitasse ut proci antequam somno se darent, domum abirent, nec defuerunt critici aut veteres aut recentes desiderio aequo et modesto. Denique duos addo locos, ubi Aristophanes tralaticiam scripturam merito quidem sed infeliciter videatur tentasse. Quae Ξ, 474. feruntur: *αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐῴκει*, ea omni carent intellectu. Primum enim pro *ἐῴκει* expectarimus potius *ἔοικε*: deinde vero quomodo *γενεὴν* alter alteri potest *ἐοικέναι*? *Εἶδος* et *φυὴν* bini homines inter se similes erunt: *γενεὴν* aut eandem habebunt aut diversam, non similem aut dissimilem. Aristophanes igitur legit: *αὐτῷ γάρ ῥα φυήν ἄγχιστα ἔοικεν*, optime ad sensum, si crisin spectes temere. An si *ῥα φυὴν* tralaticium fuisset, ad *γενεὴν* quisquam erat delapsurus? Ergo laudamus Aristophanem, quod traditae lectionis ineptiam agnoverit; violentam eius medelam recusabimus. Immo scribendum iudico: *αὐτῷ γάρ γε* (vel fortasse *τε*) *νεήν ἄγχιστα ἐῴκει*, nam iuvenis saltem (Antenor) huic (Archelocho) admodum erat similis. Mutatum subiectum insolens fortasse, non inauditum. *Νεήν* cur Homero vindicemus, nil obstabit, cum *νεῆνις* Σ, 418. η, 20. legatur. Alter locus est ν, 358: *χαίρετ'· ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν*. Teste scholiasta *δυςχεραίνων ὁ Ἀριστοφάνης τὸ διδώσομεν γράφει παρέξομεν*[80]). Mutatio audacissima, quamquam quod formam *διδώσω* a recentioribus criticis propagatam Aristophanes respuit, id omnino probandum. Interea scimus alios non *διδώσομεν* habuisse, sed *δεδώσομεν*[81]), quae lectio cum vulgari scriptura longe

---

Q. addunt: *ἐν δὲ τῇ Ἀργολικῇ προστέθειται*. Quid? nescimus.

80) Corrupta sunt quae accedunt: *καὶ τὸ ἐν Ἰλιάδι διδόναι προέκοπτες*. Probabiliter Buttmannus *παρέκοπτεν*, recte idem monens significari Ω, 425: *ὦ τέκος, ἦ ῥ' ἀγαθὸν καὶ ἐναίσιμα δῶρα διδοῦναι ἀθανάτοις*. Ubi pro *διδοῦναι* alii teste Herod. *π. μον. λέξ.* p. 25, 4. legebant *διδῶναι*, nos retinendum arbitramur *διδόναι*. Quid Aristophanes effinxerit, ignoramus; Buttmanni enim coniectura *διδόμμεν* nil habet quo commendetur.

81) Cf. Macrob. II. p. 304. ed. Bip.: *Nec ab re erat paulo post futurum ex paulo ante transacto tempore procreari. Inveniuntur huiusmodi tempora figurata et ex verbis in ω exeuntibus, ut est δεδοικήσω quod proprium Syracusanorum est, et δεδώσω ut apud Draconem, ἀτὰρ καὶ δῶρα δεδώσομεν, quasi paulo post dabimus.* Quod Macrobius habet δε-

etiam insolentior sit ideoque coniectura haberi non possit, verum tamen sponte suppeditat. Scribas: χαίρετ᾽· ἀτὰρ καὶ δῶρα δὲ δώσομεν[82]).

Tandem ut laboriosae huic disputationi finem imponamus, de diorthosi Aristophanea hoc sentimus. Quantum e subsidiis nostris mutilis et passim corruptis agnoscere nunc licet, Aristophanes in recensione Homerica Zenodoti maxime vestigia secutus haud paucis in locis scripturas servavit attentione dignissimas; saepe item veras et genuinas lectiones a successoribus male desertas optime tutatus est; idem quamquam coniecturis suis a communi veterum audacia et temeritate haud abstinuit, tamen vitia quaedam recte primus agnovit; denique in athetesibus tametsi aliquanto ultra iustos fines evagatus est, iudicium tamen comprobavit omnino laudabile.

12. Quae de Homerica Aristophanis diorthosi modo vidimus, tametsi a pleno et exacto iudicio multis in rebus distant, tamen satis certam praebent Aristophaneae criseos imaginem: de ceterorum poetarum studiis ab eodem fotis praeter parcissima quaedam testimonia nihil sortiti sumus. Ista igitur frustula paucis complectemur.

Primo loco afferendus est Hesiodus. Censuram de Hesiodeis litteris genuinis an spuriis ab Aristophane institutam fuisse, demonstrat Argum. Scuti et Quintilianus, cf. Cap. VI. fr. 1. Praeterea commemoratur grammaticus noster Schol. Hes. Theog. 68: αἳ τότ᾽ ἴσαν πρὸς Ὄλυμπον] ἐπεσημήνατο ταῦτα ὁ Ἀριστοφάνης. νῦν περὶ τῆς ἀνόδου αὐτῶν φησὶ τῆς εἰς τὸν Ὄλυμπον· πρότερον γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας. Ubi si Ἀριστοφάνης nomen recte habet, necesse arbitror editionem Theogoniae intelligi criticis notis instructam: ἐπεσημήνατο videtur esse „locum ut praestantem vel attentione dignum notavit." Utique errant si qui Aristophanis observationem contineri credunt verbis: νῦν περὶ τῆς ἀνόδου αὐτῶν φησὶ κτλ., ac miraremur profecto scholiastae Hesiodei doctrinam simul et ineptam sedulitatem qui

δοικήσω, unde petitum sit nescio. Δεδοξῶ restituendum suspicor Ar. Ach. 741. 82) Eandem ad normam exigendus videtur lo-

istiusmodi annotatiunculam in solo argumento indicando occupatam (quam nimia liberalitate „prudentiae plenam" appellat Muetzell. de Em. Theog. p. 283.) Aristophanis auctoritate putasset muniendam. Haec sunt quae de studiis in Hesiodo ab Aristophane positis nunc sciamus: siquidem alter locus vulgo huc relatus prorsus ab Aristophane alienus est [83]).

Archilochum ab Aristophane grammatico illustratum fuisse, paulo confidentius olim pronuntiavit Schneidewinus Symbol. crit. in Poett. lyr. p. 96. sq. neque ipse ab hac opinione alienum me praebui in Philol. I. p. 352. Interea quamquam de Archilocheo *ἀχνυμένη σκυτάλη* peculiari cura Aristophanes commentatus est, quamquam iambos huius poetae vehementer idem probavit atque identidem eius locos excitat, recensionem tamen Archilocheam vel adeo commentarios elaborasse nusquam proditur.

---

cus *ω*, 314. ubi scholia silent. 83) De Hes. Theog. 126: „*Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ Οὐρανόν*" Scholia haec habent: *Κράτης ἀπορεῖ, λέγων εἰ γὰρ ἶσον, πῶς δύναται καλύπτειν; Λέγει οὖν ἶσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον. Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον [ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ αὐτὴ ἐγεννήθη]. καὶ Ἀριστοφάνης Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅτε ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις.* Conatus Gaisfordi et Goettlingii (Praef. in Hes. ed. alt. p. LXVII.) longum est refellere. *Ἀριστοφάνης* nomen quin corruptum sit, si quis attente locum considerarit, dubitare non poterit. Ac scribendum suspicor: *καὶ γὰρ ἴσος τὴν φύσιν Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅ τε ἐπηυξήθη οὐρ. ἀστ.* vel potius *ὡς γὰρ — γεννᾷ, οὕτως ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις.* Quam mutationem alio loco certius stabiliam. Interim ne quis temeritatem criminetur, moneo haud adeo distare inter se *ΓΑΡ ΙC Τ Φ* (i. e. *γὰρ ἴσος τὴν φύσιν*) et *ΑΡΙCΤΦ* (*Ἀριστοφάνης*). Nomen *φύσις* simplici *Φ* scribi solitum fuisse et aliunde constat et ostendit Schol. Dionys. Thr. p. 648, 9: *αἱ γὰρ μακρόβιοι νύμφαι οὐ διδάσκονται, ἀλλὰ φῶς ἔχουσι τὴν εἴδησιν.* Ubi pro *φῶς* legas *φυσικῶς*. Idem *Φ* significat *φησί* vel *φασί*. Vide Schol. Clem. Alex. p. 105. Klotz.: *ταύτην τὴν Ἀρσινόην τινὲς μητέρα τοῦ Ἀσκληπιοῦ φασί, τινὲς δὲ Κορωνίδα· ἔστι δὲ ἡ Ἀρσινόη Λευκίππου θυγάτηρ, ἣ δὲ Κορωνίς φησι λέγουσιν οὕτως.* Pro *φησι λέγουσιν οὕτως* (i. e. *Φ ΛΕΓ ΟΥ*) restituendum *Φλεγύου*. Corruptelam habes scholiastae Hesiodei loco paene geminam.

Contra Alcaei editionem ab Aristophane curatam testatur Hephaest. p. 133. sq. quem locum exhibuimus supra p. 17. Lectionem Aristophaneae editionis memorat Callias Mitylenaeus ap. Ath. III. p. 85. F. afferendus Cap. VII, 3. Eodem fortasse spectat Apollon. de Synt. p. 309: οὐδ' οἱ περὶ Ἀριστοφάνη ἠξίωσαν βαρύνειν τὰ μόρια κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον τῆς προθέσεως ἀποστήσωσι, λέγω τὴν ἀναστροφήν· εἰ γὰρ καὶ ἐβαρύνθησαν, ἀνθελκόμεναι ὑπὸ τῆς τοῦ ῥήματος συντάξεως ἢ τοῦ ὀνόματος ἐζήτησαν τὸ ἀμεῖψαι τὸν τόνον καθ' ἃς εἴπομεν αἰτίας [84]).

Anacreontis diorthosin Aristophaneam non sine veri specie Bergkius Anacr. Reliqq. p. 26. colligit ex Hephaest. p. 125: κατὰ μὲν γὰρ τὴν νῦν ἔκδοσιν ὀκτάκωλός ἐστιν ἡ στροφὴ καὶ τὸ ᾆσμά ἐστι μονοστροφικόν· δύναται δὲ καὶ ἑτέρως διαιρεῖσθαι. Quae si vera est suspicio, huc referetur locus Aeliani de N. A. VII, 39: Καὶ Ἀνακρέων (fr. 49. Bergk. Poett. lyr. p. 677.) ἐπὶ θηλείας φησίν· „οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅςτ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης ὑπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη". Πρὸς δὲ τοὺς μοιχῶντας τὸ λεχθὲν καὶ μέντοι καὶ φάσκοντας δεῖν ἐροέσσης γράφειν, ἀντιλέγει κατὰ κράτος Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος καὶ ἐμέ γ' αἱρεῖ τῇ ἀντιλογίᾳ. Ubi impugnat Aristophanes Zenodoti lectionem vel (ut Aelianus et Schol. Pind. Ol. 3, 52. tradunt) coniecturam ἐροέσσης. Ceterum aequo opinor iure Aeliani testimonium referre possis ad Λέξεων fr. IV.

Porro de Lasi Hermionensis carminibus Aristophanem disquisivisse coniicit Schneidewinus de Laso p. 6. 16. Ea vero suspicio non aliud habet fundamentum quam quod π. ὀνομ. ἡλ. fr. V. extat: ἐν γοῦν τοῖς Λάσου λεγομένοις διθυράμβοις οὕτως εὑρίσκεται σκύμνος εἰρημένον τὸ βρέφος τὸ τῆς λυγγός.

Contra certum arbitror Pindari carmina et in corpus redacta fuisse ab Aristophane et emendata. Testimonium habes Thom. M. Vit. Pind. (II. p. 5. ed. Boeckh.): ὁ δὲ ἐπινίκιος οὗ ἡ ἀρχὴ „Ἄριστον μὲν ὕδωρ", προτέτακται ὑπὸ Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικά. Adde mentionem Schol. Pind.

84) De re cf. Apoll. de Pron. p. 353. B. Choerob. Bekk. p. 1203. Alia dabit Ahrensius de Dial. Aeol. p. 10.

Ol. 2, 48: *φιλέοντι δὲ Μοῖσαι*] *τὸ κῶλον τοῦτο ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης· περιττεύειν γάρ αὐτό, φησι πρὸς ἀντιστρόφους.*

13. Accedimus ad poesin scenicam. Aeschylum et Sophoclem a grammatico nostro tractatos nemo veterum prodidit: interea Sophocli saltem ab eo curam impensam fuisse, nisi per se credibile videatur, persuaserit argumentum Antigonae. Certiora tenemus de Euripide. Praeter argumenta Medeae et Baccharum haec ad Aristophanem referuntur interpretationis et criseos specimina.

Schol. E. Or. 488. *πᾶν τοὐξ ἀνάγκης δοῦλόν ἐστ᾽ ἐν τοῖς σοφοῖς*] *ὁ δὲ Ἀριστοφάνης φησί, πᾶν τὸ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον δουλοῖ, οἷον ταπεινοῖ, κατὰ τὴν τῶν σοφῶν κρίσιν.* — ibid. 714: *οὐ γάρ ποτ᾽ Ἄργους γαῖαν εἰς τὸ μαλθακὸν προηγόμεσθα*] *τὸ δὲ Ἄργους γράφεται καὶ Ἄργου, ἵν᾽ ᾖ Ἄργους γαῖα· Ἀριστοφάνης δὲ μετὰ τοῦ ς.* — ibid. 1038: *ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον*] *γράφεται καὶ δόμον· οὕτω γὰρ καὶ Καλλίστρατός φησιν Ἀριστοφάνη γράφειν,* de coniectura opinor. — ibid. 1287: *ἐκκεκώφηται ξίφη*] *ἐκκεκώφηται, ὡς παρακέκληται. Ἀριστοφάνης δὲ γράφει ἐκκεκώφωται ξίφη*[85]. — Adde Schol. Hippol. 172: *ἀλλ᾽ ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν*[86] *τήνδε κομίζουσ᾽ ἔξω μελάθρων*] *τοῦτο σεσημείωκεν Ἀριστοφάνης, ὅτι κατὰ τὸ ἀκριβὲς τὸ ἔγκλημα τοιοῦτόν ἐστι τῇ ὑποθέσει. ἐπὶ γὰρ τῆς σκηνῆς δείκνυται τὰ ἔνδον πραττόμενα· ὁ δὲ ἔξω προϊοῦσαν αὐτὴν ὑποτίθεται*[87]. Apte Lachmannus in Mus. Rhen. I. p. 317. simillimae admonuit observationis Schol. E. Alc. 238: *ἢ δ᾽ ἐκ δόμων δή*] *οὐκ εὖ· κατὰ γὰρ τὴν ὑπόθεσιν ὡς ἔσω πραττόμενα δεῖ ταῦτα θεωρεῖσθαι.* Quod idem Lachmannus suspicatur, inprimis ad artem Euripidis Aristophanem Byzantium attendisse, id quo probetur non video. Ultimo loco quod codex Neapolitanus

85) De varietate ista vide annotationem Porsoni, cui addas Psell. de Operat. Daem. p. 5. et Anacreonteum *ἐκκεκωφέαται* Bergk. Poett. lyr. p. 683. 86) Nonne legendum *πρόθυρον*? 87) Aliquantum diversam Aristophanis observationem produnt Scholia Ven. et Vat. Geelianae Phoenissarum editioni a Cobeto nuper subiecta, ubi de Hippolyti loco p. 271. haec extant: *τοῦτο σεσημείωται Ἀριστοφάνει, ὅτι καίτοι τῷ ἐκκυκλήματι* (*ἐγκυκλήματι* Ven. *ἐγκλήματι* Vat.) *χρώμενος τὸ ἐκκομίζουσα προςέθηκε*

Musei Borbonici 165. ap. Cobet. post Eur. Phoen. ed. Geel. p. 301. initio Troadum exhibet: *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ σχόλια εἰς τὸ δρᾶμα τῶν τοῦ Εὐριπίδου Τρῳάδων*, id nemo ita accipiet, quasi ea quae sequuntur scholia ex Aristophane Byz. aut uno aut primario fonte repetita sint. Nisi omnis iste titulus Aristophanis splendorem mentitur, coniicias cum editore p. X. subesse illis in scholiis reliquias commentariorum Aristophanis, quibus deinde aliunde alia sint intermixta: nos vero nihil inde lucri reportabimus, quandoquidem quid Aristophani debeatur quid aliis ignoramus [88]).

Denique intento studio grammaticus noster occupatus fuit in **Aristophanis** comoediis et interpretandis et emendandis. Tametsi enim falluntur si qui singulas eius mentiones in Scholiis Aristophanicis obvias ad hunc ipsum quem nunc tenent locum prolatas primitus crediderint [89]), tametsi item ab ea opinione discedo, quae praestantissimi poetae comici hanc quam Byzantini homines nobis prodiderunt recensionem inprimis Aristophani Byzantio deberi affirmet [90]), tamen inter criticos Aristophanearum fabularum et interpretes haud infimum grammatico nostro locum concedendum esse, scholiorum testimoniis luculenter evincitur. Interpretem Aristophanem Byz. ostendit Schol. Ran. 1204: *Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος*] *Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες· ψευδῶς, οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος οὐδεὶς τοιοῦτος. οὐ γὰρ περιττῶς.*

88) Probabiliter ut hoc addam Cobetus l. l. p. 268. Aristophani tribuit Schol. E. Phoen. 886: *ἔθος ποιητικὸν τὸ ἀπὸ τοῦ γάρ ἄρχεσθαι. Ὅμηρος· ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, καὶ ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστόν, καὶ Μένανδρος* (fr. inc. 232.)· *ἐκ γειτόνων οἴκων γάρ, ὦ τοιχώρυχε.* Quam suspicionem munit Scholio Od. *κ*, 190: *Καλλίστρατός φησιν ὡς ὑπό τινος ὁ στίχος* (189.) *προτέτακται, ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος, ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ γάρ.* Unde coniicias *κ*, 189. ab Aristophane et Callistrato fortasse librorum auctoritatem secutis fuisse damnatum.

89) Ita Schol. Av. 1463. ad Paroemias rettulimus, quarum disertam mentionem praebet Schol. Av. 1292. Neque improbabitur, quod *Λέξεσιν* ascripsimus interpretationes vv. *μισητία, κωλακρέτης, ἀπαιόλη, ἀπραγμοσύνη*, quamquam ambigi posse de harum observationum loco non diffitemur. 90) Hoc enim de recensione tam Aristophanis quam Sophoclis augurabatur Fritzschius in Ar. Thesm.

ἔστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε [91]). Emendatorem testatur Schol. Thesm. 162. ubi de verbis „Ἴβυκος ἐκεῖνος κἈνακρέων ὁ Τήιος κἈλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν, ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς" haec annotantur: ἐν ἐνίοις δὲ Ἀχαιός γέγραπται καὶ τὰ παλαιότερα ἀντίγραφα οὕτως εἶχεν. Ἀριστοφάνης δέ ἐστιν ὁ μεταγράψας Ἀλκαῖος· περὶ γὰρ παλαιῶν ἐστιν ὁ λόγος, ὁ δὲ Ἀχαιὸς νεώτερος. Quae emendatio merito a criticis plerisque adoptata est [92]). Audacius eiusdem facinus prodit Schol. Av. 1342: οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πετέσθαι γλυκύτερον] μετὰ τοῦτον ἑνὸς στίχου φέρουσί τινες διάλειμμα, καὶ Ἀριστοφάνης πλήρωμα (f. πληροῖ) οὕτως· „ἐρῶ δ' ἐγώ τι τῶν ἐν ὀρνίσιν νόμων." Versum ab Aristophane Byzantio — ut vulgo affirmant, melioribus e libris — additum nimis confidenter editores propagarunt. Scholiastae testimonio fidem detrahere eo minus ausim, cum revera additamento isto facile careamus. Videntur certe aptissime sic verba coire: οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πετέσθαι γλυκύτερον· ὀρνιθομανῶ γὰρ καὶ πέτομαι, καὶ βούλομαι οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν κἀπιθυμῶ τῶν νόμων. Insuper nonnulla tantum exemplaria unius versus spatium indicarant; et grammatici nostri tentamen quid est nisi verborum ἐπιθυμῶ τῶν νόμων epexegesis satis molesta? Denique integrum versum ab Aristophane Byz. confictum ne mirere, geminum talis licentiae exemplum vidimus p. 57. Restant de opera in Aristophanis comoediis a grammatico nostro posita duae mentiones criticorum signorum, altera de

---

p. XIII. 91) Loci sententiam recte indicavit Th. Bergkius Comm. p. 95. not. Aristarchus diversum invenit Archelai initium, fortasse versus nobis superstites: Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ κτλ. (fr. 2.) Ceterum diversos prologos alibi quoque veteres annotarunt, ut in Rheso et Arati Phaenomenis. 92) Didymi dubitationes merito scholiasta repudiat: τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ Διδύμου πρὸς Ἀριστοφάνην, ὅτι οὐ δύναται Ἀλκαίου μνημονεύειν, οὐ γὰρ ἐπεπόλαζε, φησί, τὰ Ἀλκαίου διὰ τὴν διάλεκτον, λελήρηται ἄντικρυς. Sequuntur loci quibus probetur sat multos Alcaei versus ab Aristophane fuisse expressos. Adde fragmentum Daetalensium, quo Alcaeus et Anacreon iunguntur: Ἆισον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἈνακρέοντος. Qui locus grammatici nostri coniecturae omnino favet. Fritzschius optabat χὠ Κεῖος.

loco Nubium 958. quem locum Aristophanes ut praestantem insignivisse dicitur (vide supra p. 18.), altera de Ran. 152. sq.: νὴ τοὺς θεοὺς ἐχρῆν γε πρὸς τούτοισι καὶ τὴν πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου], ubi Scholia: τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τὸν „νὴ τοὺς θεούς" στίχον ἀλλ' ἀφαιροῦσιν αὐτόν, καὶ τὸν ἑξῆς οὕτω γράφουσιν· „ἢ πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου." διὸ καὶ Ἀριστοφάνης παρατίθησι τὸ ἀντίσιγμα καὶ τὸ σίγμα [93]).

Praeterea obiter Aristophanes Byzantius memoratur in Schol. Thesm. 917: κλαύσετ' ἄρα νὴ τὼ θεὼ ὅςτις σ' ἀπάξει τυπτόμενος τῇ λαμπάδι] τὸ χ παράκειται τῷ στίχῳ. καί φησι Καλλίστρατος οὐ τῇ λαμπάδι εἶπεν, ἀλλὰ νὴ τῇ δᾳδί, ὡς δῆλον εἶναι, ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι, ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων [94]). Quo e loco de Aristophane nil discimus praeter unum illud quod gravissimum duco, observationes eius ad cognominem poetam spectantes scholiorum nostrorum auctoribus per discipulos maxime innotuisse: unde concludimus ὑπομνήματα Aristophanea grammaticum nostrum non edidisse. — Ceterum non video quo iure Rankius et O. Schneiderus Ari-

---

93) Ranarum locum duce scholiasta hunc in modum refingimus:

ΗΡ. εἶτα βόρβορον πολὺν (sc. ὄψει)
καὶ σκῶρ ἀείνων· ἐν δὲ τούτῳ κειμένους
εἴ που ξένον τις ἠδίκησε πώποτε,
ΔΙ. ἢ παῖδα κινῶν τἀργύριον ὑφείλετο.
ΗΡ. ἢ μητέρ' ἠλόησεν, ἢ πατρὸς γνάθον
ἐπάταξεν, ἢ 'πίορκον ὅρκον ὤμοσεν.
ΔΙ. ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο,
ἢ πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου.

Sic enim personarum vices ut describantur, res ipsa flagitat.

94) Extrema verba quomodo intelligenda sint, diximus Cap. I. n. 9. De praegressis fallitur Dindorfius, qui post καί φησι Καλλίστρατος excidisse putat Aristophanis gr. observationem de nominum λαμπάς et δᾴς discrimine. Immo Callistratus annotasse proditur et λαμπάς ab Atticis usurpari et δᾴς. Verba scholiorum sic corrigenda suspicor: καί φησι Καλλίστρατος οὕτω· τῇ λαμπάδι εἶπε καὶ ἀλλαχῇ τῇ δᾳδί, ὡς (f. ὥστε) δῆλον εἶναι ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. Quod οὕτω pro οὐ reposui, horum vocabulorum paene legitima est confusio. Cf. Antiatt. p. 101, 8. ubi legendum: Κραυγάζειν οὐ δεῖ φασι λέγειν, ἀλλὰ κράζειν ἢ βοᾶν.

Aristophanis nomen inferri iusserint in Schol. Av. 1242: *Λικυμνίαις βολαῖς*] *ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως· Λικυμνίαις βολαῖς, φησί, ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται.* Cuius loci emendationem probabilem desidero. Item parum caute egit Wolffius de Soph. schol. Laur. p. 28. qui Aristarcheam scripturam *Κῷος* Ran. 970. ex Aristophanis grammatici coniectura repetebat, qua de re scholia nostra *οὐδὲ γρ̄.* Porro nolim ad grammaticum nostrum referri mentionem Schol. Vesp. 502: *δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς* (Pisistratidarum) *καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν', τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων, Ἀριστοφάνους μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος, Ἡροδότου δὲ ἓξ καὶ τριάκοντα.* Neque enim credibile aut Aristophanis Byz. auctoritatem Eratostheni opponi, aut cum Herodoto consociari Alexandrinum grammaticum. Itaque verum iudico quod pro *Ἀριστοφάνους* Bentleius suasit *Ἀριστοτέλους*: hinc vero necesse erit pro *τεσσαράκοντα καὶ ἓν* scribatur *τριάκοντα καὶ ς'* [95]). Denique ne quis decipiatur Schol. Plut. 505. (edit. Dübn. p. 567, a.): *ὦ Τζέτζη, οὐκ ἔστιν ὁ στίχος κακόμετρος. σὺ γὰρ εἶναι φημί γράφεις, διὰ τοῦτο καὶ ἄμετρον αὐτὸν ποιεῖς καὶ οὐδὲ συνταχθῆναι δυνάμενον· Ἀριστοφάνης δὲ καὶ ἐγὼ εἶναί φημ' ἢ γράφομεν* — h. l. manifestum poetam dici Aristophanem, non grammaticum.

Num alios poetas comicos Aristophanes illustrarit, in tanta fontium nostrorum exilitate neque affirmari potest, nec praefracte negari. Quamquam Menandreis fabulis sedulo eum operam navasse, iure colligas e locis infra afferendis Cap. VI. fr. V.

---

95) Aliter iudicat Schneidewinus in Heraclid. Polit. p. 37. sq. Fortasse faciet nobiscum qui considerarit librariorum in numeris lapsus admodum proclives. Cf. Erot. Gloss. Hippocr. p. 104: *ὡς καὶ Πλάτων ἐν α' Πολιτείας φησί· βλακικὸν δὲ ἡμῖν τὸ πλῆθος.* Immo *ἐν δ' Πολιτείας* p. 432. D. unde pro *πλῆθος* l. *πάθος*. In Steph. Byz. v. *Ἀθάρραβις* laudatur *Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ*: corrigas *τετάρτῳ* ex Arcad. p. 29, 16. Eodem duce Schol. Ar. Pac. 1150. pro *ἐν τῷ ιε' τῆς καθόλου* reddas *ἐν τῷ ε'*, Schol. Av. 877. *ἕκτῳ* pro *ἑκκαιδεκάτῳ*, denique ne plura cumulem Stephano Byz. p. 3, 19. ed. Dind. *Ἡρωδιανὸς ἐν ιβ'* (pro *ἐν κ'*) *βιβλίῳ*.

14. Corollarii loco pauca visum est adiicere de eo quem ferebant canone Alexandrino. De quo brevioribus esse licebit, cum scriptores veteres ipsi paucissimas tantum praebeant significationes rei proximo demum saeculo copiose exornatae, et nuper God. Bernhardy Hist. litt. Gr. I. p. 135. sq. universam hanc quaestionem accurato examini subiecerit: nobis sufficiet graviora rei capita breviter perstrinxisse. Ille igitur qui vulgo appellatur canon Alexandrinorum duobus maxime nititur locis Quintilianeis, X, 1, 54: *Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes poetarum iudices neminem sui temporis in numerum redegerunt,* et mox ibid. §. 59: *Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus.* Solis hisce locis Aristophanes et Aristarchus traduntur poetarum censuram quandam egisse, ita quidem ut nobiliorum delectum instituerint. Quibus testimoniis Ruhnkenius Hist. crit. oratt. Gr. p. 94. sqq. ita abusus est, ut non solum doceret Aristophanem Byzantium et Aristarchum cum animadvertissent, ingentem scriptorum turbam plus obesse litteris quam prodesse, suo iudicio certum omnis generis scriptorum delectum habuisse, sed idem simul quasdam Byzantinae aetatis tabulas quibus nomina scriptorum afferuntur in quolibet dicendi genere insignium, vetustis continuo tribueret grammaticis Alexandrinis. Sententiam Ruhnkenii confidenter pronuntiatam adoptavit F. A. Wolfius Prolegg. p. 190. 218. qui eo delectu studia saeculorum et librariorum manus directas esse putabat ad id quod optimum fuerit in infinita copia. Secutus est Wyttenbachius, ac mox horum virorum consensui plurimi sese addixerunt, inprimisque ii qui vetustiorum poetarum fragmenta componebant, ambitiose suum quisque scriptorem praedicarunt in classicorum auctorum seriem iam ab Aristophane et Aristarcho fuisse relatum. Iam vero, quod Bernhardy recte monuit, nunquam grammaticus noster eiusque discipulus id consilium secuti sunt ut quosdam scriptores tanquam classica exempla aut legentibus proponerent aut describendos librariis commendarent, quoniam neque erant tunc qui orationis elegantiae unice intenti essent, nec librarii classicos potissimum

scriptores propagarunt. Insuper quod ipsum Ruhnkenium haud fugit, constans et aequabilis norma, qua vetustiorum scriptorum dignitas aestimaretur, nunquam extitit. Proinde istius qui putabatur canonis Alexandrini vix umbram habemus antiquitatis fide suffultam. Immo Aristophanis et Aristarchi opera cum opibus bibliothecae Alexandrinae digerendis et ad tabulas revocandis arcte ut videtur coniuncta, in eo substitisse censenda est, ut scriptores in quovis dicendi genere conspicuos aut breviori indice comprehenderent, aut uberiore enarratione describerent, ac personas egerunt non tam criticorum qui de vita aut nece antiquiorum scriptorum decernerent, quam hominum eruditorum qui historiae litterariae stemmata quaedam conderent. Ceterum neque ambitum huius operae nunc licet rimari (quamquam haud absonum est, quod Muetzellius de Em. Theog. Hes. p. 283. suspicatur, Aristophanem succinctam exhibuisse carminum censuram), neque nomina auctorum de quoque genere allatorum explorare. Etenim quem Ruhnkenius e Procli Chrestom. et Gramm. Coisl. protulit tanquam canonem Alexandrinum, is index est nimis imperite conflatus, quam qui Aristophanis vel Aristarchi prudentiam deceat: praeter Rankium de V. Aristoph. p. 114. sqq. cf. Bernhardy p. 136. Diversos indices litteratos quasi canones congessit Parthey de Museo Alex. p. 122. sqq.

# Caput quartum.

## Aristophanis Λέξεις.

Glossarum interpretationi quanto ardore Alexandrini grammatici complura per saecula incubuerint, res perfunctorie a multis, plene et copiose nuspiam adhuc illustrata, cuivis qui vel obiter ad nomina eorum de quibus proditum habemus glossographorum animum adverterit, sponte patet. Neque egebit uberiore rei expositione, qui aut orbem Alexandrinae grammaticae considerarit, ubi γλωσσῶν ἐξήγησις peculiaris disciplinae locum tenebat, aut necessitatem reputarit occupationis illius cum poetarum interpretatione arctissime coniunctae. Ut igitur iam priora saecula aliquam Homericis saltem glossis curam impertierant, ut inprimis sophistae et rhetores (quorum studia Arist. Daetal. fr. 1. perstringit) scholarum usui hanc doctrinam accommodarant, ita philologi Alexandrini a fortuitis priorum temporum lusibus et commentis saepe puerilibus ad iustae interpretationis severitatem ascenderunt doctaeque diligentiae specimina ediderunt uberrima. Hosce inter grammaticos qui glossarum explicationem tanquam propriam sibi provinciam strenue administrarunt, sive aetatem spectes sive dignitatem, iure meritoque fere princeps habetur Aristophanes Byzantius. Cuius viri quamvis de ceteris item philologiae partibus merita extiterint haud vulgaria, propriam tamen ac praecipuam operam in verborum copiis excutiendis et interpretandis collocatam fuisse haud frustra contenderim: quo quidem in campo tanta ille et subtilitate versatus est et doctrina, ut si acumen spectes, unum fortasse Aristarchum Homerici sermonis interpretem, si ubertatem eruditionis (cum doctissimus artium sciscitator Herodianus alibi potius habitaverit), neminem facile anteponas.

Primo autem mirabuntur opinor si qui nostros commentarios cum iis compararint quae olim de Aristophanis Glossis disputata sunt inprimis a Rankio de lex. Hesych. p. 99. sqq., quantopere ultra illius spicilegium nostrae sylloges ambitus excesserit: mirabuntur inquam et fortasse limis oculis hasce opes considerabunt. Ac profecto uti in deperditi scriptoris reliquiis concinnandis plurimae solent remanere de singulorum fragmentorum loco et dispositione controversiae, ita quamvis sedulo cavisse videamur, ne temere huc referremus quod alibi aequo iure locum habere potuerit, quaedam tamen admisimus, de quibus minus exploratum sit. Talia vero eo lubentius cuiuslibet ut par est committimus arbitrio, cum et pauca sint et si fastigia rerum sequare perquam levia [1]). De summa rei adeo certum mihi videtur et indubium, ut vel invitos facile sperem argumentis cessuros gravissimis. Quod ne quis ita accipiat, quasi inventionis gloriolam quandam aucuper, mea quidem inventio tam mihi videtur exigua, ut quemlibet ubi ad universa Aristophanis Byzantis fragmenta studiosius rimanda animum appulisset, ad similia opiner fuisse perventurum. Nimirum quod in aliis scriptoribus compage sua solutis evenire videmus, ut e diligentissima demum per-

1) Ita ut candidis lectoribus rationem nostri muneris reddamus ingenue, malevolis si qui erunt tela ipsi porrigamus, praeter fragmenta dubia, quorum ipse titulus indolem significat, ambigi fortasse potest num recte ad Glossas revocarim complurium Homericorum vocabulorum interpretationes; cf. supra p. 21. n. 3. Alii fortasse nimiam nobis anxietatem exprobrabunt: ac volui cautius agere quam audacius. Hinc et in fragmentis de coniectura ad Aristophanem revocandis (inprimis vide Βλασφημιῶν fr. 16. 17. 23. 24.) eum modum tenui ut ne nimium videre mihi arrogarem, et complura de quibus alii exploratum habuissent, in incerto malui relinquere. Hanc ob caussam et ampliandum duxi de Erotiani loco Gloss. Hipp. p. 312. ubi quod extat Ἀριστοφάνης ἐν ὑπομνήμασι Rankius p. 101. sq. continuo de Glossis intellexit, et exclusi quam idem huc transferebat Athenaei mentionem II. p. 41. E. Quae num omnino de Aristophane Byzantio intelligenda sit, dubitare licet (cf. p. 8. n. 13.): Glossis non posse locum tribui, id quidem videtur certissimum. Eandem ob caussam nolui obtemperare Meiero qui complura fragmenta praeter veterum fidem Ἀττικαῖς λέξεσιν accensebat: vide quae monuimus prooem. Att. gloss. not. 4.

scrutatione omnium quotquot aetatem tulerunt reliquiarum certum de plerisque rebus colligi possit iudicium, idem in Aristophane nostro observare licet exemplo luculento et manifesto. Disertae enim Glossarum Aristophanearum mentiones paucae sunt ac tenues: has vero solas propemodum ex Erotiano, Athenaeo, Hesychio sublegit Rankius; qui si ab illo discesseris quod calidius quosdam locos ad Glossas revocasse videtur [2]), nihil magnopere deliquit. Quamquam praetermissum miramur Schol. *A*, 567. sive Eust. Il. p. 150, 17. de forma *ἄεπτος* (fr. 59.) ubi disertis verbis legitur *ἐν ταῖς Γλώσσαις*. Gravius tamen illud Rankio obfuit, quod fragmenta quaedam Aristophanearum Glossarum (contracta illa quod ipsa inscriptio prodit *Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος*) e cod. Paris. 1630. a Boissonadio post Epimerismos quasi Herodianeos a. 1819. edita p. 283—289. prorsus aut sprevit aut ignoravit. Quae fragmenta neglecta nemo sane qui novit aut mirari tantopere poterit aut succensere. Etenim si quis existimationem vel mediocrem de Aristophanis Byzantii ingenio conceptam animo habuerit (quamquam e Rankii disputatione fortasse ne mediocrem quidem existimationem lectores reportabunt), eum ubi ad istas pagellas accesserit, mirifice spe sua deiici necesse est. Adeo pleraque ieiuna videntur, adeo exilia atque infimis Byzantini aevi sordibus inquinata. Quae ipsa facies tetra et horrida Meiero suasit ut fere contempserit hoc fragmentum neque accuratiore quaestione dignum habuerit [3]). Nihilominus utilissimum est istud fragmentum, si quis recte et caute eo utatur diligentique singularum glossarum cum ceteris grammaticis instituta comparatione supplere tenues illius opes conetur et in pristinam formam restituat. Saepius quidem nil lucramur nisi nudas glossas, quibus facile caruerimus: alibi tamen locos nonnullos, quos Eustathius maxime tanquam *παλαιῶν* placita sine diserta auctoris men-

---

2) De Erotian. p. 312. et Athen. II. p. 41. E. modo vidimus; adde Hesych. v. *Ἄανθα* infra fr. XCI. 3) Verba eius haec sunt (Ind. Schol. hib. Univ. Hal. a. 1842. p. XII. n. 89.): *Quod tanquam fragmentum lexeon Aristophanis Boissonadius edidit —, contaminatum est additamentis tanto nomine indignis.*

tione servavit, illius excerpti ope Aristophaneos esse cognoscimus; in quibus locis tam uberes extant ac praestantes, ut hinc nova messis nostrae disputationi succreverit haud contemnenda. Accedit alterum emolumentum longe maius et luculentius, quod ad universam spectet Aristophanicarum *Λέξεων* descriptionem ex illo demum fragmento recte aestimandam. Cum enim in Parisino fragmento sine ullo ordine vagari primo omnia ac perturbata esse videantur, accuratius tamen singula perlustranti mox tres sese offerent glossae continuae (§. 12—14.) quae communi in materia versentur, in explicandis cognationis et affinitatis nominibus, quae scimus accuratius ab Aristophane Byzantio, ut grammatici affirmant *ἐν τοῖς Συγγενικοῖς*, fuisse illustrata. Sic igitur Parisina Glossarum epitome *Συγγενικὰ* nobis praestat contracta angustiores in fines et quasi minutulam ad formam revocata. Unde necessario sequitur ut omne *Συγγενικῶν* argumentum non peculiari libro pertractatum ab Aristophane fuerit, sed in uberioribus *Λέξεων* commentariis singulare caput inter alia haud pauca effecerit. Dico cetera capita haud pauca: nam quae alibi commemorantur *Ἀττικαὶ λέξεις* et *Λακωνικαὶ γλῶσσαι* olim et ipsae pro singularibus operibus venditatae, iis nemo nunc dubitat capita maioris operis contineri. Sed quod de *Συγγενικοῖς* demonstrari potest, idem de aliis coniecturam aperit certissimam. Itaque qui liber vulgo putatur *περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν*, caput potius *Λέξεων* efficit in percensendis aetatum appellationibus occupatum: simili ratione habes *Προςφωνήσεις* et illud quod ipsius Parisini fragmenti ductu eruimus *Βλασφημιῶν* caput copiosissimum. Haec sunt ea quae nunc certo agnoscimus Glossarum capita: alia quae in dubitationem vocari possent (cf. mox n. 7.), nolui invehere. Sed de illis ut dixi res certissima est ac facile aliis etiam comprobari potest argumentis. Nam ne rationem nobis quisquam opponat, qua veteres in excitandis Aristophanis opibus uti soleant — ubi illa *Ἀριστοφάνης ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* vel *ἐν τοῖς Συγγενικοῖς* videntur sane peculiares libros significare —, talibus in locis nemo haerebit qui morem cognorit non libros sed capita citandi, et alibi et apud grammaticos usitatissimum. Revera autem quae de *ἡλικιῶν* appellationibus et *συγγενικοῖς*

nominibus cetrisque vocabulorum ordinibus disputata ab Aristophane accepimus, cum Glossarum instituto tam arcte nexa sunt, ut ne possint quidem ab iis divelli; neque fugit ea similitudo Meierum, qui quamvis et ipse peculiares περὶ ἡλικιῶν et συγγενικῶν ὀνομάτων libros statuerit, proxime tamen eos cum Glossarum opere composuit. In quo ipso inclusas fuisse illas disputationes, hinc maxime pervideas. Nempe quod Rankius de paucis quibusdam Aristophanis glossis demonstravit, in Hesychii lexico eas fuisse receptas, idem perinde valet de ceteris omnibus quotcunque nos composuimus *Λέξεων* reliquiis. Denique si in seiunctis operibus varii glossarum ordines fuissent tractati, quis crediderit diversorum librorum possessiones tanta licentia conflari potuisse et misceri, quantam nunc aliquoties apud sequiores grammaticos invenimus? Vide imprimis Schol. Il. *I*, 601. (in Cram. Anecd. Paris. III. p. 242.) unde hausit Eustath. Il. p. 777, 54. cuius locum attulimus fr. XIII. Sed iam satis sententiam nostram munitam arbitror, ac ne lectorum iudiciis videar diffidere, non lubet diutius rei simplici immorari.

Hinc facile licet tum de consilio et instituto, tum de fatis Aristophanici operis aliquanto certius repetere iudicium. F o n t e s quibus Aristophanes in componendis glossis usus fuerit, eam ob caussam minus certo quispiam demonstrarit, quod e diligenti potius veterum scriptorum lectione suas plerumque observationes instituere quam alienas opes demetere consueverit; ac dubito num adeo multa quibus uti licuerit praeparata fuerint eruditionis subsidia et instrumenta. Ipsum institutum Glossarum qui simili atque Aristophanes ratione tractasset, antiquiorem neminem inaudivimus. Omnino autem satis mediocria videntur quae ante Aristophanem et praestantissimum discipulum Aristarchum ad verborum interpretationem collata erant, nec reperias facile inter Alexandrinos grammaticos quos insigni loco commemores praeter Philetam et Eratosthenem. Nam Lycophronis et Callimachi aut exigua fuerunt hoc in genere merita aut mira nunc teguntur nocte et ruina[4]).

4) Locis et testimoniis singula muniri non opus est post ea quae presse et enucleate persecutus est Meierus Ind. Schol. hib.

Ex his antiquioribus glossarum interpretibus hausisse Aristophanem, qui Callimachi saltem et Eratosthenis ipse usus fuerat disciplina, credibile potius quam exploratum. Aliquam tamen sine dubio utilitatem ipse praestitit eruditissimus philosophorum Aristoteles, cuius Historiam Animalium diligentiore studio pertractatam fuisse ab Aristophane et aliunde cognovimus (Cap. VII, 7.), et coniicere licet ex iis quae de v. χλούνης disputat. Praeterea videtur Aristophanes de gl. μολοβρός Neoptolemum adhibere Parianum: quamquam hac de re habeo cur dubitem. Quibus aliis usus fuerit Aristophanes, aegre definias, nisi quod semel de συγγενῶν et οἰκείων differentia (fr. VI.) Callicratidae qui dicitur verbis arcte se astrinxit. In ceteris quantum equidem intelligo, aut fortunae iniquitati quae nobis fontium aditum denegarit, aut ipsius Aristophanis ingenio debetur, ut proprio plerumque Marte pugnare et suorum studiorum nobis videatur fructus praebere. Vetustos igitur auctores primarios fontes habuisse censendus erit: quos quanta lectionis assiduitate peragrarit, e reconditioris doctrinae speciminibus facile aestimabitur. Quamvis enim posteriores grammatici fere extenuarint Aristophanis ubertatem, et allata scriptorum testimonia pluries neglexerint, satis multi tamen in hisce Glossarum fragmentis supersunt poetarum loci aliunde non cogniti. Inprimis laudantur Homerus, Hesiodus, Archilochus, Alcman, Sappho, Alcaeus, Stesichorus, Solon, Anacreon, Hipponax, Lasus, Pindarus, Simonides, Bacchylides, tum tragici poetae Aeschylus, Sophocles, Euripides, Ion, Achaeus, et comici Cratinus, Pherecrates, Hermippus, Eupolis, Plato, Aristophanes, Philemon, Menander: dubitanter addo Antiphanem et Antimachum. Inter prosarios scriptores praeter Aristotelem commemorandi sunt Herodotus et Thucydides, accedant Solonis axones. Neque intra vetustiora tempora coercuit doctam operam grammaticus, qui idem Alexandrinorum meminit poetarum, Lycophronis ut videtur et Callimachi [5]), atque quod huic contiguum est, etiam suae aetatis loquelam comparat, ut de v. μηλωτή in praestantissimo fr. 42. Alii complures poetarum loci nescimus unde deprompti sint, non Aristophanis opinor culpa, sed sequiorum

---

Hal. a. 1842. 5) Nicandri enim mentionem (fr. VII. XC.) erraret

grammaticorum inertia. Iisdem tribuo quod haud paucae nunc glossae comparent certi auctoris nomine orbatae; ubi si minoris utilitatis nunc censetur Aristophanis memoria, doctrina tamen laudabitur. Ceterum omnis huius doctae occupationis duplex facile agnoscimum consilium. Non vana ostentatione ductus aut perverso imbutus polymathiae studio opes suas Aristophanes constipavit — quali a sedulitate quantum abhorruerit, vel e parsimonia intelligitur qua paucos deligit locos eosque aptissimos —, sed elaboravit ille tum ut interiorem iuvaret ipsius linguae scientiam, unde et uberrimas copias vocabulorum inter se contiguorum excussit, et flexus significatuum rimatus est, et formas insolentiores percensuit, tum vero poetarum maxime interpretationi ex similium vocabulorum comparatione firmius anquisivit fundamentum. Etymologicam artem cui factitandae omnino veteres grammatici impares erant, raro ille attigit; contra neque historiae naturalis cognitionem respuit et antiquitatum saepius accuratam prodit notitiam. Iudicii acumen et grammaticam subtilitatem si spectes, haud infimus opinor Aristophani Byzantio inter socios suae artis concedetur: ubique caute et prudenter agit nec raro insitam observandi sagacitatem splendidis comprobat testimoniis; si quando peccavit, tamen in ipsis erroribus habet quo sese commendet [6]).

Institutum Aristophanis obiter iam supra significavimus quas ad leges censeamus fuisse compositum. Duplicem igitur capitum classem Aristophanes distinxit, quarum altera ex argumento singularum glossarum repetita esset rerumque sequeretur ordinem, altera ad topicam — ut ita dicam — pertineret descriptionem et quae singulis regionibus usurpata fuerint percensenda sibi deligeret. Utriusque tamen ordinis

---

qui Aristophani Byzantio tribueret. 6) Lapsus est in eo quod adiectiva ἴξαλος et χλούνης pro substantivis habuit, quod παράνυμφος formam improbandam iudicavit prae altera quae nunquam extitit παρανυμφίος, quod αἴλινος quasi substantivum venditavit, denique quod accusativo τὴν στίμμιν nominativum ἡ στίμμις subdidit, similiterque egit adeo in dativis γερόντοις et παθημάτοις. Quales errores in hac Alexandrinae grammaticae infantia eo facilius veniam nanciscentur, cum plerique eorum ad nostra usque tempora fuerint

contigui sunt fines nec severe utique discreti, veluti aetatum et συγγενείας nomina perstringens simul tetigit Aristophanes insolentiores quasdam certarum regionum glossas, ac rursus in Ἀττικαῖς λέξεσιν interdum genera vocabulorum perstrinxit significatu inter se affinium (v. fr. XXVII.). Prioris ordinis fragmenta si ambitum spectes et doctrinae copiam, nunc longe praestant ac subinde eatenus in orbem quendam coeunt, ut ambitum huius illiusve capitis satis luculenter nobis videamur agnoscere: alterius generis paene evanida est memoria. Num inde colligi possit, magis omnino Aristophanem argumenti ratione in Glossis ductum fuisse quam regionum distinctione, non ausim decernere. Nam topicas glossas rarius appellari nemo mirabitur qui plurimorum hoc in campo certamen expenderit, cum alteram provinciam post Aristophanem fere derelictam a doctorum hominum studiis liceat contendere ac si a paucis discesseris qui singula quaedam capita minore fama recoluerint, maximo demum illo Pollucis Onomastico uberius illustratam. Accedit quod in priore ordine etiam fragmentis loci memoria destitutis certa plerumque sedes assignari potest ex ipsius argumenti aut perpetuitate aut similitudine: in alterius generis capitibus nisi diserta accedat loci significatio, vix coniectura permittitur. Verum illud opinor coerceri debet quod vulgo dialectorum prope omnium ac reconditissimarum opibus excutiendis Aristophanem credunt incubuisse: id quod ex Atticis et Laconicis glossis, si quis cetera Λέξεων capita in censum vocarit, minime potest colligi. Iam quas partes Glossarum discernere liceat paulo ante indicatum est: in priore genere extant haec capita, primum περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν, deinde Συγγενικά, tum Προςφωνήσεις, denique Βλασφημίαι: in altero Ἀττικαὶ λέξεις et Λακωνικαὶ γλῶσσαι. Quarum disputationum indolem et professionem in uniuscuiusque capitis prooemio significabimus [7].

---

propagati. 7) Alios titulos qui videbantur ad Glossarum opus referendi, invitus propemodum omisi, cautius fortasse quam verius. Veluti titulum περὶ προςώπων eo confidentius huc quispiam arcessierit, cum argumentum eius disputationis in Hesychio emergat: vide Schneidewin. Coni. crit. p. 122. Similem indolem agnoscimus in uno quod certum est περὶ ἑταιρῶν fragmento. Και-

Superest gravissima de **fatis** Aristophanearum Glossarum quaestio, ubi si perstringere magis videamur rerum fastigia quam profligare, facile ex ipsa rei difficultate aliquam nanciscemur excusationem. Nam quod in iis scriptoribus quorum monumenta utcunque integra ad nos perlata sunt, ardui est moliminis, ut ambitus demonstretur quo et aequales et posteri iis usi fuerint omnisque eorum historia et fata qualiacunque aperiantur: id longe intricatius evadat necesse est apud eos auctores quorum opera successorum sive cura sive fastidio obruta sint ac paucułis tantum fragmentis posteritatem attigerint. Aristophanei igitur operis loco ut mixtam habeamus ac dubiam fragmentorum possessionem, id si quaeris quorum sedulitate effectum sit: primo loco afferendi sunt quotcunque ex ipsius institutione prodierunt discipuli. Hi quatenus magistri sui vestigiis institerint, certius patesceret, nisi plerorumque nimis manca prostaret notitia: sed **Aristarchi** laudem credibile est vel potius exploratum identidem Aristophani obfuisse; exemplum habes in Schol. Il. Σ, 570. ubi quae tanquam Aristarchi affertur interpretatio, petita est ex Aristoph. Gloss. fr. XXVII. cf. fr. LXXXIII. Postea vero frequentius atque dedita opera Aristophanis opes compilavit *Χαλκέντερος* ille **Didymus** homo laboriorissimus et praeclare de plurimis scriptoribus meritus, qui tamen sicut nostrae aetatis polygraphi aliena saepius quam sua rettulisse videtur iudicia. Is igitur cum sparsas priorum saeculorum lucubrationes complecti studeret et vastam voluminum congeriem nimis iam molestam lectorum usibus ita accommodaret ut gravissima quaeque decerperet, nescius tunc idem atrox fatum sibi suisque libris imminens, is inquam etiam Aristophanis Byzantii agellos invasit, nec pauca inde relaturus nec spernenda. Veluti statim quod primo loco posuimus fragmentum de hominum aetatibus praestantissimum Didymus in *Σύμμικτα* (ab Alexione contracta) transtulerat. Alia exempla ubi Didymus Aristophanem sequi videretur, annotavimus fr. LXXXII. Ac nescio an huic ipsi potissimum Di-

---

*νότεραι* vero sive *καινόφωνοι λέξεις* ab Eustathio memoratae nil sunt nisi *γλῶσσαι*, i. e. *ἀσυνήθεις λέξεις*. Cf. prooem. Att. Gloss. n. 1.

dymo debeantur copiosa Aristophanis fragmenta quae in Scholiis Homericis partim etiamnunc insunt, partim infuisse olim ex Eustathio colligimus. Deinceps imprimis Aristophane usus est Pamphilus, de quo et Athenaeus testatur (v. fr. XXXI.), et ipsa res liquido demonstrat, siquidem Pamphili opus a Diogeniano excerptum in Hesychii lexicon migravit, ubi satis notum est etiamnunc Aristophaneas glossas prope omnes recurrere. Post Pamphilum afferendus est Erotianus qui complures Glossarum nostrarum mentiones unus nunc testis suppeditat; quamquam is utrum ipse commentarios Aristophanis usurparit an ex aliis sua delibarit scriptoribus nunc perditis, potest ambigi. Saltem ultra Erotiani aetatem vix equidem adducar ut cum Rankio de Hesych. p. 102. florem Aristophanei operis et vigorem audeam prorogare. Qui enim deinceps Aristophanis testimonio utuntur Aelianus et Athenaeus, quamvis habeant quae primi vel adeo soli afferant, ad ipsum tamen Aristophanem ascendisse non videntur, siquidem Aelianus N. A. VII, 47. ab integritate genuinae disputationis longe distat, Athenaeus autem uno saltem loco (fr. XXXI.) e Pamphilo demum Aristophanis mentionem delibavit. Insequentes grammatici quotquot Aristophanis Byzantii aut disertam memoriam servarunt aut opes propagarunt, non ipsum adierunt, sed aliorum premunt vestigia. Sic igitur dilacerata, mutilata, interpolata Aristophanis membra et frustula eos fortunae casus experta sunt, ut vel apud infimos subinde magistros si non nomen, saltem possessio nostri grammatici compareat. Inprimis tamen praeter Phot. Suid. Etymologg. communes talis eruditionis fontes plurimas Aristophanis observationes et interpretationes habent Helladius, Hesychius, Eustathius, quorum nullus ipsum Aristophanem videtur adiisse[8]). Quae vero sub ipsius Aristophanis nomine posterio-

8) De singulis pauca sufficient. Atque Helladii quamvis nil fere habeamus nisi epitomen (vide Phot. Bibl. p. 865 – 875. edit. Hösch), vel in huius tamen angustiis insignem videmus cum Aristophane consensum: cf. quae ille in disceptationem vocat nomina *δαήρ*, *γάλως*, *θεῖος*, *τηθίς* p. 865. *τέττα* p. 867. *κύρβεις* p. 869. *θής*, *ἀστράβη*, *μαγίς* p. 871. Sed Aristophanem ipsum neque affert is qui nobis cognitus est Helladius, neque unquam me iudice usurpavit,

ribus saeculis ferebantur, paucissima erant et a genuina ubertate mirifice defecerant. Quorum excerptorum specimen prostat in memorato aliquoties fragmento Parisino quod statim subiungemus, secuturi fidem Boissonadi (vide Herod. Epim. p. 283. sqq.) in paucissimis tantum rebus deserendam.

## ARISTOPHANIS FRAGMENTUM PARISINUM.

*Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος.*

§. 1. Ὅτι ἐστὶν Ἀθηναία γυνή, ὥςπερ καὶ Ἀθηναῖος.

§. 2. Καὶ φέρνη, ἡ προίξ.

§. 3. Καὶ στεγανόμιον.

§. 4. Καὶ καταφαγᾶς, ὁ ἀδηφάγος.

§. 5. Καὶ κοκκύζειν ἐπὶ τοῦ ἀλεκτρυόνος.

---

quippe qui e Didymo maxime hauserit. Deinde Hesychii lexico omnes paene inesse Aristophanicas copias etiam obscuratas nunc nobisque ignotas, facile suspicabitur qui glossas Aristophanis quotquot tenemus paene constanter illic animadverterit recurrere. De quo et Rankius p. 99. sqq. dudum monuit et ipsi singulis fere locis annotavimus. Interpretationes tamen minus presse ad Aristophanis exemplum solent esse compositae: item omisit Hesychius formas insolentiores a nostro grammatico hic illic annotatas, cf. ann. in fr. LV. Glossarum quoque si nonnullae nunc desiderantur, id quidem modo fata Hesychiani lexici expenderimus, vix erit quod miremur. Hesychium vero non magis quam nos Aristophane ipso usum fuisse, nulla post Rankium indiget demonstratione, ac facile intelligitur cur diserta grammatici nostri memoria non extet apud Hesychium nisi locis perpaucis; nempe Aristophanis maxime opibus se uti, ipse Hesychius ignoravit, unde si qui in epistola ad Eulogium Ἀριστοφάνους pro Ἀριστάρχου substitui posse putabant, ea coniectura erat prorsus reiicienda. Denique qui revera abundat Aristophaneis opibus Eustathius, alia ex Athenaeo deprompsit alia eaque graviora ex Scholiis Homericis: quod cum haud paucis in locis etiamnunc demonstrari possit (cf. Eust. Il. p. 711, 29. fr. V. item fr. VIII. LIX. LXI. all.), de ceteris indubia ratiocinatione colligitur. Sic igitur in nostra saltem quaestione luculenter comprobatum vidimus illud quod Wolfius Prolegg. p. 18. de Eustathio tulit iudicium verissimum: „*non tantam*, inquit, *quanta vulgo fruitur*, *laudem meruit*, *plurimam debet iacturae doctiorum Scholiorum.*“

§. 6. *Καὶ* **ψελλός**.

§. 7. *Καὶ* **ἴσθι** *ἀντὶ τοῦ ὕπαρχε*.

§. 8. *Καὶ ἡ* **στίμις**, *οὐχὶ τὸ στίμι*.

§. 9. *Καὶ παρά τισιν ὁ* **πρόςωπος**, *ἀντὶ τοῦ τὸ πρόςωπον*.

§. 10. *Καὶ* **γόμος** *ὁ φόρτος*.

§. 11. *Καὶ* **κοράσιον**, *ἡ κόρη*.

§. 12. *Καὶ* **ἀνεψιαδοῦς**, *ὥςπερ ἀδελφιδοῦς, ὁ τοῦ ἀνεψιοῦ υἱός· καὶ* **ἀνεψιαδῆ** *ὁμοίως·* **ἐξανέψιοι** *δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες, οὓς νῦν λέγομεν διςεξαδέλφους*.

§. 13. *Καὶ* **παράνυμφος**· *κυριώτερον δὲ* **παρανύμφιος**.

§. 14. *Καὶ* **χῆρος** *παρ' ἐνίοις, ὥςπερ χήρα*.

§. 15. **Ξένοι** *λέγονται οἱ ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἐπιδημοῦντες· ἰδίως δὲ πάλιν τινὸς ξένοι, οὓς ἐν τῇ ἰδίᾳ τις ὑπεδέξατο οἰκίᾳ καὶ συγκατέπραξε τὰ χρήσιμα.* **Ἰδιόξενοι** *δέ εἰσιν οἱ ἐκ πλείονος χρόνου, τυχὸν δὲ καὶ ἀπὸ πατέρων παραδοχῆς, τηροῦντες ἀλλήλοις ὁμόνοιαν, κἂν τῇ οἰκήσει καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλλήλων ἀπέχωσιν, οἳ καὶ διὰ σφραγίδων καὶ ἄλλων συμβόλων ἀλλήλοις δύνανται ὁμιλεῖν καὶ οὓς βούλονται συνιστᾶν.* **Πρόξενοι** *δὲ καλοῦνται οἱ κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάται πόλεων ὅλων γινόμενοι καὶ φροντισταί, οὓς καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ταῖς ὄψεσι διαπυνθάνονται καὶ ἐπιζητοῦσι.* **Δορύξενοι** *δέ, ὡς εἰκός, οἱ κατὰ τὸν πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησάμενοι*.

§. 16. **Μέτοικος** *δέ ἐστιν ὁπόταν τις ἀπὸ ξένης ἐλθὼν ἐνοικῇ τῇ πόλει, τέλος τελῶν εἰς ἀποτεταγμένας τινὰς χρείας τῆς πόλεως· ἕως μὲν οὖν ποσῶν ἡμερῶν* **παρεπίδημος** *καλεῖται καὶ ἀτελής ἐστιν· ἐὰν δὲ ὑπερβῇ τὸν ὡρισμένον χρόνον,* **μέτοικος** *ἤδη γίνεται καὶ ὑποτελής· παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ* **ἰσοτελής**.

§. 17. **Ζωὴ** *λέγεται καὶ ἐπὶ τῆς περιουσίας, ὡς παρ' Ὁμήρῳ·*

> *Ἡ γάρ οἱ ζωή γ' ἦν ἄσπετος, οὔτινι τόσση·*
> *Δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι*.

§. 18. **Σκινθαρίζειν** *ἐστὶ τὸ τῷ μέσῳ δακτύλῳ παίειν τινὸς τὸν μυκτῆρα·* **ῥαθαπυγίζειν** *δὲ τὸ σιμῷ τῷ*

ποδὶ τὸν γλουτὸν παίειν, ὡς εὕρηται ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνους· τὸ λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰδιώταις κλοτζάτον.

§. 19. Κήλων ὁ εἰς τὰ ἀφροδίσια ἐπιρρεπής, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀχευτῶν ὄνων.

§. 20. Κέπφος, ὁ εὐήθης, ἀπὸ κούφου τινὸς ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου· ὡς Λυκόφρων ἐν Ἀλεξάνδρᾳ· „κέπφος ὡς ἐνήξατο.“ ὃν λέγουσιν οἱ ἰδιῶται κέφος.

§. 21. Ἄγγαρος ὁ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρος, ὡς Ἡρόδοτος ἐν ὀγδόῳ. καὶ οἱ εὐτελεῖς δὲ καὶ ἄφρονες οὕτως ὠνομάζοντο, ὡς Μένανδρος. ἐξ αὐτοῦ τοίνυν καὶ τὸ ἀγγαρεύειν καὶ ἡ ἀγγαρεία.

§. 22. Τρίπρατος δοῦλος, καὶ τριπέδων, καὶ τρίδουλος.

---

Praeter ὑποθέσεις nonnullorum dramatum unum hoc videtur fragmentum, quod ex Aristophanearum tabularum naufragio non aliorum grammaticorum testimoniis innotuerit, sed ipsius Aristophanis nomine inscriptum feratur. Adhibuit olim Ducangius[9]) qui errore satis mirabili Glossas MSS. ad Aristophanem appellat, primus edidit, ut iam p. 71. monebamus, Boissonadius. Qui quas notulas admisit subitarias et fugaci stilo exaratas, eae nisi cui placuerit ipsius Boissonadi aemulari exemplum atque cui rei ille intentus erat, ut paginis aliquot liber augeretur (v. Praef. Boiss. p. XI.) eam sectari, non dignae videbantur quae repeterentur. Aristophanis enim (quem sine dubio grammaticastris illis accensuit vitio creatis, in quos p. 284. invehitur) paene nullam ille aut habuit aut auquisivit notitiam[10]): ac profecto quae inter excerptum Pa-

---

9) Glossar. med. et infim. Graecit. Append. p. 100. 104. Ind. Auct. p. 33.

10) Semel tantum nostri grammatici meminit de v. ἀνεψιαδοῦς p. 285. n. 6: „*Haec nomina et similia fusius tractaverat Aristophanes ἐν τοῖς Συγγενικοῖς, de quo opere vide Eustathium ap. Kuster. ad Suidae Ἀριστοφάνης.*“ Ubi quos locos addit Boissonadius (Polluc. III, 28. Phryn. Appar. p. 15, 18.), eos temere ad Συγγενικὰ munienda arripuit Wellauerus in Encyclop. Hal. Sect. I. T. 5. p. 272. ignorans hisce testimoniis non Συγγενικῶν caput illustrari, sed v. ἀνεψιαδοῦς.

risinum ceterasque Aristophanis reliquias intercederet ratio, cur tandem is curaret, qui non tam doctis hominibus scriberet quam librario honestissimo? Itaque si negligentiae crimen aliquoties Boissonadius subiit (cf. §. 18. et infra fr. XXXVII. n. 2.), praeclare tamen suo satisfecit consilio: Epimerismis paulo exilioribus hocce Aristophanis fragmentum assuit sine ullo hercle incommodo: ac librum eiusque pretium, quantum poterat sine incommodo, adauxit. Derelictam a principe editore provinciam ipsi explere studuimus dissertatiuncula Halis edita a. 1845. Hinc quae ad Aristophanearum Glossarum fragmenta et locupletanda et explicanda alicuius usus viderentur, suis pleraque locis inseruimus: nunc ea perstringemus quae ad ipsum hoc fragmentum Parisinum proxime pertineant, addita simul de singulis glossis inferioris disputationis significatione.

Excerptum nobis prostare aetatis infimae, vel sola pauperies plerarumque glossarum liquido commonstraret, nisi certius argumentum repetere liceret e barbara voce *κλοτζάτον* §. 18. Nec tamen inani fraude Aristophanis nomen in titulo iactari, sed revera huius opes epitomatorum manibus inquinatas tantam recidisse ad maciem, felici fortunae casu factum est ut etiamnunc ostendi possit e §§. 3. 7—9. 14. ubi exiles Parisini fragmenti mentiones uberius aliunde cognovimus. Nec distant multum ii loci quorum argumentum ita ab Eustathio exponitur, ut ipsa disputandi ratio Aristophanem licet non diserte appellatum probabiliter tamen arguat: vide quae mox dicemus §§. 13. 22. Quorum locorum quisque videt summam esse gravitatem ad Aristophanis Byzantii fragmenta ditanda et amplificanda. Sponte sibi fidem conciliant quae §. 15—21. perhibentur: ipsa materia munitur §. 12. Ceteris in glossis certe ab exilitate non posse suspicionis ansam peti, vel ea de quibus primo loco dicebamus exempla pervincunt. Itaque mutilatas in hoc fragmento habemus Aristophanis opes ac subinde interpolatas, non suppositicias. Singulae glossae diversis e capitibus repetitae sunt: nam §§. 12. 13. 14. *Συγγενικῶν* referunt argumentum: *Βλασφημιῶν παραδείγματα* in extremis cernuntur annotationibus, §. 19—

22. Cetera cui capiti inclusa fuerint, mihi saltem ut indagarem non contigit. Iam videamus singula.

In titulo correxi quod Boiss. edidit Ἐκ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ κτλ.: mutationis necessitatem nemo erit quin intelligat, facilitatem docebit Bast. Comm. palaeogr. p. 738. cf. Gramm. post Etym. Gud. p. 666, 50. Idem vitium tollas e Cram. Anecd. Paris. I. p. 47.

1. Annotatur nomen Ἀθηναία etiam de muliere Attica (non de sola dea) passim usurpari. Cui sententiae convenienter scribendum duco: Ὅτι ἔστι καὶ Ἀθηναία γυνή, ὥςπερ ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Vide fr. LX.

2. Glossa e nexu suo divulsa nunc una cum aliis quibusdam (vide §§. 4. 6. 10. 11.) nullius paene usus. Recepimus fr. LXXXV.

3. Ipsam disputationem Aristophanis servavit Eust. Od. p. 1761. Vide fr. XLV.

4. 5. Vide fr. LXXII. LXXIII.

6. Infra fr. LXXXIX.

7. Praestat observationem Aristophanis Eust. Od. p. 1680: v. fr. LXX.

8. 9. Utrumque locum plenius tradidit Eustathius: vide fr. LI. LV.

10. 11. Recepimus fr. LXV. LXXIV.

12. Aperte distinguuntur h. l. nomina ἀνεψιαδοῦς et ἐξανέψιος. Quae differentia tametsi nunc parum dilucide expressa est, facile tamen ita potest aliunde redintegrari ut suppletis quibusdam quae praegressa fuisse videntur, non auctiorem tantum, sed etiam magis perspicuam nanciscamur orationem. Vide fr. X. Sedem huius annotationis recte iam Boiss. agnovit, cuius verba attulimus p. 81. not. 10.

13. Exili annotatione de auctore edocemur uberrimi fragmenti quod e παλαιοῖς depromptum servavit Eust. Il. p. 652, 41. ubi inter alia vetustae eruditionis specimina haec prostant quae cum nostro loco ad amussim congruunt: ὅτι ὁ παράνυμφος εἰκαιότερον οὕτω λέγεται, ὀρθότερον γάρ ἐστι παρανυμφίον καλεῖσθαι τὸν συναπάγοντα τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην. Indidem locus ubi Aristophanes παρανύμφου mentionem iniecerit, certo cognoscitur, siquidem hoc est Eusta-

thiani fragmenti exordium: ὅτι δὲ καὶ συγγενικόν ἐστιν ὄνομα ἡ νύμφη κτλ. Vide fr. XI.

14. Ad genuinum Aristophanem aliquanto proprius accedit Eust. Il. p. 589. quem locum Συγγενικοῖς rectissime dudum tribuit Meierus Ind. schol. hib. Hal. a. 1842. p. XI. n. 88. Quo rettulimus fr. XII.

15. 16. Uberrimam doctrinam plurimi deinceps propagarunt grammatici: quorum fidem si sequaris, illa quae §. 15. feruntur, οὓς καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ταῖς ὄψεσι διαπυνθάνονται καὶ ἐπιζητοῦσι, verba per se suspicioni obnoxia, removenda erunt. Cf. fr. XXXVII. XXXVIII.

17. Infra fr. LXVIII.

18. Glossas σκινθαρίζειν et ῥαθαπυγίζειν, quas Boiss. male divulsas exhibuit, ad perpetuae orationis tenorem coniunxi, ratione aperta. Extrema verba τὸ λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰδιώταις κλοτζάτον, subditicia esse nemo non videt, atque ignorat istam laciniam geminus ceteroquin Eustathii locus Il. p. 861. quem attulimus fr. LXXXII. Paulo negligentius egit Boiss., qui ad barbarum κλοτζάτον, „addatur", inquit, „haec vox Cangio, quem vide in Κλοτζᾶν." Nempe ipse Cangius dudum hunc locum Glossarii Appendici inseruit p. 104.

19. Eadem fere sine auctoris nomine Eustathius p. 1597, 28. cuius minus accurata est interpretatio, doctrina uberior: cf. fr. XV.

20. Rursus geminum habemus eumque copiosiorem et integriorem Eustathii locum, Od. p. 1522, 54. quem Aristophani nostro vindicare proinde non dubitavimus; v. fr. XX. Idem Eustathius recte opinor et Lycophronis (v. 76.) mentionem omittit per se Aristophani haud abrogandam, sed hoc loco alienissimam, et quae deinceps temere assuta sunt ὃν λέγουσιν οἱ ἰδιῶται κέφος: ubi pro κέφος requirimus κέμφον, de qua forma egit Hemsterh. in Ar. Plut. p. 311.: κέφος a Ducangio Glossar. Gr. Append. p. 100. et Lobeckio Paralip. p. 33. concessum, si non analogia destitutum est, caret tamen exemplis. Ceterum Ruhnkenius Auctar. emendat. ad Hesych. T. II. p. 229. e Lex. Reg. MS. haec profert: Κέπφος, ὁ εὐήθης, ἀπὸ κούφου τινὸς ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου, ὃ λέγουσιν

οἱ ἰδιῶται κέφος. ὡς Λυκόφρων ἐν Ἀλεξάνδρᾳ· κέπφος ὥς ἐνήξατο. καὶ οἱ εὐτελεῖς δὲ καὶ ἄφρονες οὕτως ὠνομάζοντο, ὡς Μένανδρος. Hinc ni fallor ducta erat Meinekii in Men. p. 297. sq. Com. IV. p. 321. suspicio de §. 21. unde verba καὶ οἱ εὐτελεῖς — Μένανδρος ad hanc glossam volebat retrahi[11]). Refragatur ipse tenor orationis: cum enim praegressum fuerit κέπφος ὁ εὐήθης, sine tautologiae crimine non poterat subiici inutilis ista appendix, καὶ οἱ εὐτελεῖς — οὕτως ὠνομάζοντο. Itaque Ruhnkenii scripturam errori tribuo aut ipsius aut librarii. Ἄγγαρον autem stultum hominem dictum fuisse certissimum: cf. fr. XXI.

21. V. fr. XXI. Aliena a disputationis Aristophaneae consilio sunt extrema verba: ἐξ αὐτοῦ τοίνυν καὶ τὸ ἀγγαρεύειν καὶ ἡ ἀγγαρεία.

22. Cognoscimus ex hoc loco uberrimum Aristophanis Byz. fragmentum bis sine grammatici nomine ab Eustathio traditum, Il. p. 725, 29. et Od. p. 1542, 45. vide fr. XXIII. Utroque loco ea ipsa accuratissime exponuntur, quorum Parisinum excerptum quantumvis exilem servavit memoriam; doctrinae ubertas proprium Aristophanis nostri morem liquido ostendit; denique non alius agi quam huius grammatici fragmentum certissime persuadent Eustathii (p. 725.) verba haec: τοιαῦτα δὲ καὶ ἅπερ τῶν τις παλαιῶν ἔθετο παραδείγματα βλασφημιῶν τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ κτλ. Ubi quae significantur βλασφημίαι (intellige voces ad ignominiae notam deflexas), eas agnoscimus in glossis praegressis κήλων (proprie asinus admissarius, deinde homo libidinosus), κέπφος (levis avicula, mox homo stultus), ἄγγαρος (primitus tabellarius, onerarius, translate homo stupidus): quibus commode sese adiungunt illa quorum vis numerali continetur adverbio τρίπρατος, τριπέδων, τρίδουλος. Itaque ut supra §. 12 — 14. Συγγενικὰ delibata vidimus ab huius Parisini excerpti auctore, similiter nunc Βλασφημιῶν παραδείγματα composita fuisse ab Aristophane intelligimus.

---

11) Quam coniecturam nunc ipse vir summus repudiavit Com. Gr. edit. min. p. 1029. sq.

His praemissis ad ipsa transimus *Λέξεων* fragmenta, quorum hanc exhibemus seriem: *Περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* fr. I—V. *Συγγενικὰ ὀνόματα* fr. VI—XII. *Προςφωνήσεις* fr. XIII. XIV. *Βλασφημιῶν παραδείγματα* fr. XV—XXIV. *Ἀττικαὶ λέξεις* fr. XXV—XXX. *Λακωνικαὶ γλῶσσαι* fr. XXXI—XXXV. fragmenta sedis incertae XXXVI—XC. denique fragmenta dubia XCI—CI.

## 1. Περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν.

Complectebatur hoc caput, id quod reliquiae testantur pretiosissimae, varias appellationes, quibus et in homine aetatum progressus a tenerrima infantia usque ad extremam senectutem indicatur et in animalibus tam mansuetis quam feris pulli et catuli significantur. Quale argumentum si cui minus dignum videatur in quo praestans grammaticus doctam operam consumat: huiusmodi sive dubitatio sive reprehensio facile corruet, modo ex ipsis nostris fragmentis consilium Aristophanis et rationem expenderis. Nam quod olim — ut hunc afferam — Schneiderus in Arist. H. A. I. p. XIX. sq. talem sibi et de ceteris viris doctis qui e Museo Alexandrino tanquam equo Troiano prodiissent, et de Aristophane Byzantio informavit imaginem, ut foedo suspicaretur πολυμαθίας morbo fuisse contactos, quo nihil ingenio humano pestilentius excogitari possit: istud somnium nimis videtur temerarium, quam cui refutando inhaereamus. Immo Aristophanes et in ceteris operibus eo consilio historicam eruditionem amplexus est ut interpretationis et criseos fundamentum anquireret, et hoc περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν caput cum poetarum studiis arctissime iunxit atque e collatis similium rerum appellationibus certius de genuino earum significatu petiit iudicium. Aetatum nomina tam vulgaria quam insolentiora intra certarum dialectorum fines restricta vel apud singulos poetas obvia ad perpetuae narrationis seriem contexuit. Idem ad varias eiusdem nominis formas attendit (uti γνώμων affert et γνῶμα, κολόβρια et μολόβρια), ac saepius et translata nomina attigit (veluti δωδεκῆδα commemorat λειπογνώμονα) et derivata (ἀστραβηλάτης, ψακαλοῦχος). Nec respuit ubi interior alicuius nominis ratio e compositione declaranda videretur, quaestiones arcessere paulo remotiores, qualis est egregia disputatio de ἀπό privativo fr. I. Posteriorum grammaticorum qui dedita opera eodem in argu-

mento elaborarint, neminem habeo. Lobeckii (Pathol. p. 51.) de Didymo et Alexione edictum coniectura nititur ex Ammonio s. Etym. Gud. (fr. I.) petita: unde contractas potius Aristophanis opes colligimus et ad angustiorem istam formam revocatas, quam in plerisque grammaticorum locis pervidemus.

Agmen ducit uberrima expositio qua variae humanarum aetatum appellationes percensentur. Cuius disputationis epitomen aliis e fontibus hic illic supplendam prodidit Alexion ap.

I. Ammon. p. 35. sq. sive Etym. Gud. p. 124. (cf. Eust. Od. p. 1788, 52.): *Γέρων καὶ πρεσβύτης καὶ προβεβηκώς διαφέρει. Ἀλεξίων δηλοῖ ἐν ἐπιτομῇ τῶν Διδύμου Συμμίκτων, λέγων οὕτως· Ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους περὶ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως· Βρέφος μὲν γάρ ἐστι τὸ γεννηθὲν εὐθέως· παιδίον δὲ τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθηνοῦ· παιδάριον δὲ τὸ ἤδη περιπατοῦν καὶ τῆς λέξεως ἀντεχόμενον· παιδίσκος δ' ὁ ἐν τῇ ἐχομένῃ ἡλικίᾳ· παῖς δ' ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. τὴν δὲ ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν οἱ μὲν πάλλακα, οἱ δὲ βούπαιδα, οἱ δὲ ἀντίπαιδα, οἱ δὲ μελλέφηβον καλοῦσιν· ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔφηβος· ἐν δὲ Κυρήνῃ τοὺς ἐφήβους τριακαδίους καλοῦσιν· ἐν δὲ Κρήτῃ ἀποδρόμους, διὰ τὸ μήδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. ὁ δὲ μετὰ ταῦτα μειράκιον ἢ μεῖραξ, εἶτα νεανίσκος, εἶτα νεανίας, εἶτα ἀνὴρ μέσος, εἶτα προβεβηκώς, ὃν καὶ ὠμογέροντα καλοῦσιν, εἶτα πρεσβύτης, εἶτα ἐσχατόγηρως.*

2. *δηλοῖ* om. Etym. Gud. 3. *λέγων οὕτως*] *φησὶ οὕτως* Etym. G. *Ἀριστοφάνους*] Ex Ammonii scriptura *Ἀρίστωνος* genuinam lectionem restituit Valck. Animadvv. p. 51. Cuius emendationem confirmarunt varietates *ἐριστάνου* (Etym. G.), *ἀριστάρχου* (Segaar. in Ammon. ed. Lips. II. p. 196. extr.), *ἀριστάνου* (ibid. p. 215.). Omisit nomen Eustathius: *ὧν τὴν ἀκολουθίαν Ἀλεξίων ἐκτιθέμενος γράφει οὕτως· βρέφος τὸ γεννηθὲν εὐθέως κτλ.* 5. *ὑπὸ τῆς τιθηνοῦ* Eust. *ὑπὸ τῆς τιθῆς* Etym. G. 6. *τῆς λέξεως*] *λέξεως* Etym. G. et Eust. 7. *τῇ* om. Etym. G. 8. *τῶν* om. Eust. *ἐχομένην ταύτης*] *ἑξῆς* Eust. 9. *πάλλακα*] *πάλληκα* Eust. *πάλλικα* Etym. G. et olim Ammonius. 10. *μελλοέφηβον* Ammon. 11. *τριακαδίους*] *τρικαδίους* Eust. *τριακαταίους* Etym. G. cum nonnullis libris Ammonii, ubi alii (cum Schol. Il. Θ, 518. et Eust. Il. p. 727. Od. p. 1592.) *τριακάπους*, Valckenarius Scaligero auctore edidit quod Hesychius habet *τριακατίους*. 12. *μήπω*] *μηδέπω* Et. G. et

Ammon. 13. μετέχειν om. Etym. G. ubi deinceps haec accedunt: Ἀχαιοὶ δὲ κούρους, κάδες δὲ ἀγούρους, ὡσαύτως καὶ Ἀττικοί. Eadem Eust. nisi quod pro κάδες δὲ praebet Θρᾷκες. ἢ] εἶτα Ammon. 15. ὠμογέροντα] ὁμογέροντα Etym. G. Idem vitium occuparat Lucian. I. p. 676. Similiter ὁμόγραυς pro ὠμόγραυς Arcad. p. 93, 2. Phot. p. 529, 20. ὁμοβόρος, ὁμοφάγος Hesych. Pro ὃν καὶ ὠμογέροντα καλοῦσιν Eustathius: ὁ καὶ ὠμογέρων. 16. ἔσχατος ἥρως MS. Ammon.

Fere consentit cum his locis Eranius Philo p. 164. sq. ubi alia contracta, alia inepte inculcata sunt et pro ἐσχατόγηρως mendose legitur ἐσχατογέρων [1]). Adde quae sub Ptolemaei Ascalonitae nomine extant in Fabr. B. Gr. Harl. VI. p. 157. sqq. §. 181. Ceterum et his locis auctorum nomina tacentur et in pleniore disputatione Schol. Il. Θ, 518. in Cram. A. P. III. p. 232. sq. sive Eust. Il. p. 727, 14: Ἰστέον δὲ ὅτι ὥςπερ ὁ πρωθήβης, οὕτω καὶ ὁ ἔφηβος [2]) διαφέρουσι τῶν παίδων, οἱ δὲ παῖδες τῶν παιδαρίων καὶ τῶν παιδίσκων, καθὰ δηλοῖ ὁ εἰς πλάτος γράψας περὶ τῶν εἰρησομένων. Βρέφος τὸ ἄρτι γεγονός· παιδίον τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τηθῆς (malim τιτθῆς)· παιδάριον τὸ περιπατοῦν καὶ ἤδη λέξεως [3]) ἀντιλαμβανόμενον· παιδίσκος ὁ τῆς ἐχομένης ἡλικίας· παῖς ὁ διʼ ἐγκυκλίων ἤδη μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. τὴν δὲ ἑξῆς ἡλικίαν πάλλακα καὶ βούπαιδα καὶ ἀντίπαιδα καὶ μελλέφηβον καλοῦσι· τοὺς δὲ μετʼ αὐτοὺς ἐφήβους Κυρηναῖοι μὲν τριακάπους καλοῦσι, Κρῆτες δὲ ἀποδρόμους, οὐ διὰ τὸ πεπαῦσθαι τῶν δρόμων, καθʼ ὃ δὴ

---

1) Cui scripturae ab Valck. dudum explosae male patrocinatur v. d. in Thes. Paris. III. p. 2111. Procopius et Cinnamus barbarum vocabulum non detrectarint: Eranii Philonis loco vel ceterorum grammaticorum consensu omnis dubitatio praeciditur. Glossae Vett. quod habent: „Ἐσχατογέροντες, decrepiti“, nil probat nisi auctorem interpretationis vitioso exemplari deceptum fuisse. Nec magis sanum βαθυγέρων (L. Dindorf. in Thes. Paris. II. p. 28.). Quod Papius Lex. v. Σύφαρ protulit ὑπεργέρων, id unde petierit nescio. De accentu adiectivorum in -γηρως terminatorum sub iudice lis est. Librorum fidem si sequamur, praeter ἀγήρως tenor praeferendus erit proparoxytonus, quem calidius reiecerunt Hermannus de emend. rat. Gr. Gr. p. 24. sqq. et L. Dindorfius in Thes. Par. v. Βαθύγηρως. Vide Goettl. in Theodos. p. 249. sq. Sed ὑπεργήρως certo scimus scripsisse Babrium fab. 47, 1. 2) Videntur quaedam intercidisse; tentare possis, καὶ ὁ μελλέφηβος καὶ ὁ ἔφηβος. 3) Schol. Cram. λέγειν.

σημαινόμενον τῆς ἀπὸ προθέσεως ἄπιχθυς λέγεται ὁ μὴ ἐσθίων ἰχθῦς, καὶ ἄποινος θυσία ἡ νηφάλιος, καὶ ἀποβώμια ἱερὰ τὰ μὴ ἐπὶ βωμοῦ ἀλλ' ἐπὶ ἐδάφους καθαγιζόμενα[4]), καὶ ἀπόμουσος ὁ ἄμουσος, καὶ ἀπότριχες παρὰ Καλλιμάχῳ οἱ ἄνηβοι, ἀλλὰ δηλαδὴ ἀπόδρομοι ἐν Κρήτῃ οἱ μήπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχοντες ἔφηβοι. μεθ' οὓς φασι (f. φησι) τὸ μειράκιον· εἶτα μεῖραξ καὶ νεανίσκος καὶ νεανίας ὁ αὐτός. [Λάκωνες δὲ τούτους ἱππεῖς ἐκάλουν καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν ἱππαγρέτας. ἔχεται δὲ τῶν τοιούτων ἱππέων ἡλικία ἡ τοῦ ἐν καιρῷ νυμφίου, μεθ' ὃν ὁ κατὰ εἰκὸς πατήρ.] εἶτα ἀνὴρ νέος· εἶτα ἀνὴρ μέσος· εἶτα προβεβηκώς, ὑποπόλιος, ὁ [6]) καὶ ὠμογέρων· εἶτα γέρων ὁ καὶ [7]) πρεσβύτης· εἶτα ὁ ἐσχατόγηρως.

Copiosissimum fragmentum tametsi multorum per manus propagatum ac subinde decurtatum est, luculentum tamen praebet Aristophanei ingenii specimen. Disertam et indubiam Aristophanis mentionem aliquoties praestat Eustathius. Il. p. 962, 8: βρέφος, ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης φησί, τὸ ἄρτι γεγονός· παιδίον, ὃν ἡ τηθὴ (malim cum Valck. τιτθὴ) τρέφει· παιδάριον τὸ περιπατοῦν καὶ ἤδη λέξεως ἀντιποιούμενον· παιδίσκος ὁ τῆς ἐχομένης ἡλικίας· παῖς ὁ δι' ἐγκυκλίων ἤδη μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι· ὁ δὲ μετ' αὐτὸν πάλλαξ καὶ βούπαις καὶ ἀντίπαις καὶ μελλέφηβος. Od. p. 1720, 25: Ἰστέον δὲ ὅτι παντελῶς ὀλίγος ἰχθὺς ἄπιχθυς ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἐδήλου τὸν μὴ ἐσθιόμενον. καὶ φέρουσιν ἐκεῖνοι χρῆσιν εἰς τοῦτο ἐκ τοῦ κωμικοῦ [8]). ἐν μέντοι τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται, ὅτι ἀπίχθυες κατά τινας οἱ μὴ ἐσθίοντες ἰχθῦς· καὶ φέρει ἐκεῖνος καὶ Ἀριστοφάνους [9]) χρῆσιν ἐξ

---

4) Schol. Cram. καθαγιαζόμενα. 5) κατὰ τὸ Eust. 6) ὁ om. Schol. Cram. 7) καὶ om. Schol. Cram. 8) Inauditam doctrinam Eustathius repetiit, ni fallor, e Lex. Bekk. p. 425, 3: Ἀπίχθυς· τοὺς οὐκ ἐσθιομένους ἰχθῦς. Ἀριστοφάνης Ὥραις (fr. 480.). In qua verborum ambiguitate non aliam latere iudico adiectivi ἄπιχθυς potestatem atque eam quam tradit Pollux VI, 41: ἄπιχθυς παρὰ Ἀριστοφάνει ὁ ἰχθύων ἄγευστος. 9) Immo Εὐριπίδους, ut monuit Dindorfius Aristoph. Com. Fragm. p. 8. Confusio Euripidis et Aristophanis haud infrequens. Quo revocarim

Ἐρεχθέως ταύτην· „τοὐνθένδ' [10]) ἀπίχθυς βαρβάρους οἰκεῖν δοκῶ". προάγει δὲ καὶ ἄλλας λέξεις, ἐν αἷς ὁμοία ἐμφαίνεται σημασία τῆς ἀπό προθέσεως· ἀποίνους γάρ φησι θυσίας καλεῖσθαι τὰς νηφαλίους, καὶ ἀποβώμια δέ τινα ἱερὰ ὧν οὐκ ἐπὶ βωμοῦ ὁ καθαγισμὸς ἀλλ' ἐπ' ἐδάφους. Ad extrema denique verba cf. Eust. Od. p. 1784, 23: ὠμογέρων ὁ λεγόμενος προπόλιος, οὗ πέρας ὁ σύφαρ, ὡς ἐν ἄλλοις δεδήλωται, ὥςπερ γραῦς (editur γραὸς) ἡ ἐσχατόγηρως κατὰ τὴν τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους παράδοσιν [ἴσως γὰρ οὐκ ἐχρῆν ἀνδρὶ τὴν τοιαύτην προςρηθῆναι λέξιν διὰ τὸ ἀδρανὲς καὶ δυςοιώνιστον].

Sine fontis indicio Aristophaneae doctrinae frustula quaedam apponuntur ab Eust. Od. p. 1592, 57: τάχα γοῦν ὁ Ἀλκίνοος ἀπόδρομον τὸν Ὀδυσσέα ἐνόμισεν ὡς ἤδη πεπαυμένον ἀπὸ τῶν δρόμων, ὃ δή τισι τῶν παλαιῶν ἐρρέθη πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἀπόμαχος καὶ τῶν ὁμοίων· καὶ μὴν ἕτεροι ἄλλως χρῶνται τῷ ἀπόδρομος, φάμενοι ὡς ἐν Κυρήνῃ μὲν τοὺς ἐφήβους τριακάπους καλοῦσιν, ἐν δὲ Κρήτῃ ἀποδρόμους, διὰ τὸ μηδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. οὕτω δὲ καὶ Καλλίμαχος ἀπότριχα τὸν ἄνηβον ἔφη.

Materia ipsa non sine studio quodam ac diversissimis e rationibus apud veteres pertractata [11]) cum multiplices dispu-

---

Suidae locum T. II. p. 606: Νέμεσις· ἡ δίκη. Ἀριστοφάνης· Ἰὼ Νέμεσι, βαρύβρομοί τε βρονταί (Eur. Phoen. 189.). Item Sophoclis loco Aristophanes appellatur ap. Suid. v. Ἐπιστροφῆς: — καὶ Ἀριστοφάνης (Soph. Oed. C. 536.)· Μυρίαι ἐπιστροφαὶ κακῶν. Nostro loco suspicor librarium ad praegressa τοῦ γρ. Ἀριστοφάνους oculis aberrasse. Eundem similium errorum fontem in Erotian. Gl. Hippocr. p. 88. et Suid. v. Πώγων agnoscimus. 10) Editur τοὐνθένδεν. 11) Primus dicitur Pythagoras quattuor hominis aetates anni tempestatibus comparasse (Diog. L. VIII, 10.), quam imaginem expressit praeter alios Eratosthenes p. 194. Alii per septenorum annorum spatia progressus humani corporis et vices metiri conati sunt teste Aristot. Polit. VII, 16. (p. 1335, b, 32. Bekk.): αὕτη (sc. ἡ τῆς διανοίας ἀκμή) δ' ἐστὶν ἐν τοῖς πλείστοις ἥνπερ τῶν ποιητῶν τινες εἰρήκασιν οἱ μετροῦντες ταῖς ἑβδομάσι τὴν ἡλικίαν, περὶ τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν: cuius descriptionis a multis adoptatae specimen prostat in poematio illo, quod Soloni vulgo tribuunt (cf. Bergk. Poett. lyr. p. 332. cui adde Crameri

tandi vias admitteret, verissime Aristophanes in eo egit, quod non singulis aetatibus fines suos certis quibusdam annorum mensuris constituit neque calculos arcessivit ab veritate rei alienos, sed ipsa harum notionum vi perspecta singulas ἡλικιῶν ὀνομασίας ad perpetui ordinis successionem revocare acquievit. Ceterum non integras nunc habemus Aristophanis opes, sed in brevius contractas: unde quod dialectorum quarundam glossae desiderantur, id nescimus utrum Aristophanis sit vitium, an epitomatorum.

Puerilis aetatis gradus hi percensentur: βρέφος, παιδίον, παιδάριον, παιδίσκος, παῖς. Quam succesionem nemo improbabit, tametsi παιδίον nominis usus fluctuat, cf. Plat. Lys. p. 212. f. Ar. Eq. 413. et παιδάριον migrata potestate ad decem dierum puerulum transtulit Ar. Av. 494. quicum cf. Plat. Symp. p. 207. D. Hinc Phot. p. 368. f. (coll. Hesych.): Παιδάρια· τὰ μείζονα καὶ τὰ ἄρτι γεγονότα λέγεται [12]). Rarius est παιδίσκος [13]), quod usurparunt Xenoph. Hell. V, 4, 32. Philox. ap. Ath. XV. p. 685. D.

Sequuntur varia eiusdem aetatis nomina, πάλλαξ, βούπαις, ἀντίπαις, μελλέφηβος. Primi vocabuli de forma ambigitur: plerique enim loci grammaticorum πάλληξ praebent, alii manifesto depravatum πάλλιξ. Terminationem -ηξ admiserunt Lobeck. in Phryn. p. 213. et Osannus in Cornut. de

---

Anecd. Paris. I. p. 46.). Denique posteriores grammatici improspero conatu studuerunt ad calculorum rationes hanc doctrinam exigere certisque finibus singularum aetatum appellationes astringere. Inprimis vide Boiss. Anecd. II. p. 454. sqq. Cf. Pollux II, 6. sqq. 19—21. Tzetz. in Hesiod. Scut. 408. Moschop. π. σχεδ. p. 134. Opusc. p. 49. 12) Obiter emendetur Ammonius in Aristot. π. ἑρμ. p. 135, a, 43: ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν φειδοῖ τῶν παιδαρίων τῶν ἱστορίαν ἡγουμένων τοὺς μύθους. Puerorum non erat cur Ammonius rationem haberet; itaque pro παιδαρίων legendum παιδαριωδῶν. 13) Solum Athenaeum (V. p. 195. F.) auctorem norat Eust. Il. p. 1164, 19. Ubi minus recte παιδισκάριον (puellulae nomen, cf. Meinek. in Men. p. 118. Diog. L. VII, 13. Ath. V. p. 200. F. Hesych.) παιδίσκου diminutivum appellatur. Dubiae fidei Hesychianae sunt glossae Παιδαλήθριον et Παιδαριήματα: Παιδάκια e Παλλάκια videtur depravatum. De v. παιδίσκος miramur quod idem Hesych. T. II. p. 838. praebet: Παιδίσκοι· οἱ ἐκ

N. D. p. 110. num recte dubito. Etenim si affinia vocabula expenderis, dubitare non licet quin πάλλαξ non apud Dorienses solum, sed apud ipsos Atticos in usu fuerit: alteri formae πάλληξ praeter incertam tali in re librorum auctoritatem nil suffragatur[14]): cf. Valck. Animadvv. ad Ammon. p. 52. Aristophanem decurtavit Hesychius T. II. p. 847: Πάλληξ· βούπαις. — Alterum βούπαις (Ar. Vesp. 1206. et Eupol. ap. Poll. II, 9.) a grammaticis saepius adhibetur ad intensivam primae syllabae (βου- ἐπιτατικοῦ) potestatem illustrandam: et inde plerique βούπαιδα intelligunt τὸν μέγαν παῖδα[15]): tu vide Lobeckii Pathol. Prolegg. p. 54. not. 63.

Nominis ἀντίπαις antiquissimos habemus testes Soph. fr. 48. et Eur. Androm. 326. quibus adde mentionem Pollucis II, 9. novae comoediae vocem vindicantis. Artemidoro p. 114. idem nomen bene restituit Boiss. in Psell. p. 236. De notione cf. Barker. Epist. crit. p. 215. sqq. et Ioseph. Rhacend. in Walz. Rhett. Gr. III. p. 527. Ceterum apud Suidam T. I. p. 228. haec feruntur: Ἀντίπαις. ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ ἴουλος γενέσθαι, ὁ τὸν πώγωνα ἐκφύων. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ὁ πρέσβυς καὶ ἀνδρόπαις (deteriores libri τὸν πρέσβυν καὶ ἀνδρόπαιδα) εἶπεν. Ubi cum iam Barkerus Epist. crit. p. 217. grammaticum nostrum contendisset significari, disertam mentionem Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός inculcari iussit Bernhardy: tali vero suspicione admissa quam ad normam Suidae verba exigenda viderentur neuter aperuit; atque certe quam Bernhardy subiecit quasi interpretationem: „Aristophanes vero pubertati proximum et μελλέφηβον vocavit, et ἀντίπαιδα", ea cum per se ex Suidae verbis nullo modo possit effici, tum vetatur prorsus loco Lex. Bekk. p. 407, 16: Ἀντίπαις· ὁ παίδων εἰς ἄνδρας μεταβαίνοντες.

14) Latinum *pellex* non potest derivari nisi a fem. παλλακίς.

15) Ita Schol. Eur. Phoen. 28. Schol. Ap. Rh. I, 760. Ammon. et Thom. M. v. Παῖς. Etym. Gud. p. 447. Cf. Hesych.: Βούπαις· νέος, μέγας, ἀφῆλιξ. μέγας παῖς· ἢ ἰχθύς: ubi pro ἰχθύς haud frustra dudum coniecerunt ἰσχυρός: nisi forte nomen aliena de sede huc involavit quod ad βούγλωσσον primitus pertineret. Cyrill. cod. Monac. 230. f. 34: Βούπαις νέος ἐφῆλιξ. Suidas: Βούπαις· ὁ νέος, ἐφῆλιξ, βουκόλος: ubi inane istud βουκόλος e confusis nominibus βούπαις et βουκαῖος (Kiessl. in Theocr. X, 1.) repetierim. Alia congessit Barkerus Epist. crit. p. 224. sqq.

*πρόςηβος καὶ ἀνδρόπαις καὶ ὑπὲρ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν*. De Suidae loco quid iudicandum sit, non ausim affirmare. Grammatici autem nostri doctrinam eorum potius interpretationibus referri crediderim, quibus ipsam debemus aetatum descriptionem supra exhibitam. Vide Etym. Gud. p. 447. (coll. Ammon. p. 17.): *Παῖς καὶ ἀντίπαις* (adde *καὶ βούπαις*) *διαφέρει· παῖς ὁ ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀντίπαις δὲ ὁ ἐκβεβηκὼς τοῦ παιδὸς τὴν ἡλικίαν καὶ ἤδη πρόςηβος· βούπαις δὲ ὁ μέγας παῖς* [16]). Hesychius: *Ἀντίπαις· νέος παῖς*. Ionicum *παιδνός* (Od. φ, 21.) cum Attico *ἀντίπαις* idem comparat T. II. p. 838.

*Μελλέφηβος* vocabulum quis usurparit nescimus; forma haud dissimile *μελλόπαις* (Hesych. II. p. 569: *Μελλόπαις ὁ ἀπὸ δέκα ἐτῶν, προκόπτων παῖς τῇ ἡλικίᾳ*), tam forma quam significatu contiguum Laconicum *μελλείρην*.

Sequitur *ἔφηβος*, de cuius vocabuli ambitu cf. Boeckh. Ind. lectt. aestiv. Berol. a. 1819. Meinekius in Men. p. XXX. Maxime autem haec vox ad palaestricum usum [17]) spectabat, de quo etiam Creticorum *ἀποδρόμων* nomen admonet. Acce-

---

16) Descripsit haec Thom. M. p. 294, 7: *Παῖς· ὁ ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀντίπαις δὲ ὁ ἐκβεβηκὼς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν· βούπαις δὲ ὁ μέγας παῖς*. Ubi *ἀντίπαις* cum Valck. exhibui pro vitiosa illa scriptura *ἀρτίπαις*, quae cum Thomae libros invasisset, inde hoc solo opinor e loco in ipsa lexica manavit. Item pessime lexicis illatum est nihili vocabulum *παλίμπαις*, ductum e Lucian. Saturn. 9: *οὕτω γὰρ ἂν τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι, ἥ φησι παλίμπαιδας τοὺς γέροντας γίγνεσθαι*. Pro *παλίμπαιδας* rescribendum *πάλιν παῖδας*. 17) Ubi quantum omnino aetatum divisio valuerit, et per se facile intelligitur et certissima docent titulorum testimonia: in quibus non solum *παῖδες, ἔφηβοι* (sive *ἀγένειοι*, cf. Boeckh. C. I. Vol. I. p. 772.), *ἄνδρες*, atque inter *παῖδας* (Inscr. Boeot. 1590.) et *ἄνδρας* (Inscr. Chia 2220. sq.) *νεώτεροι* rursus et *πρεσβύτεροι* discernuntur, sed triplici adeo divisione instituta *παῖδες τῆς πρώτης, δευτέρας, τρίτης ἡλικίας* (Inscr. Att. 232.) itemque *ἔφηβοι νεώτεροι, μέσοι, πρεσβύτεροι* (Inscr. Chia 2214.) segregati fuisse commemorantur. Cf. Phot. p. 553, 2. Quamquam ne in gymnasiis quidem constanti norma certisque annorum mensuris dispensatos fuisse illos ordines, facile patet e titulo Chio 2214. ubi idem Apollonius Apollonii filius stadio vicisse dicitur inter *ἐφήβους μέσους*, diaulo inter *πρεσβυτέρους*.

dit glossa non cognita si ab Aristophanis epitomatoribus discesseris, nisi ex illo qui eiusdem vestigia premit Hesychio T. II. p. 1412: Τριακάτιοι· οἱ ἔφηβοι καὶ τὸ σύστημα αὐτῶν. Quo uno loco nititur forma nominis ea quae nunc communi usu recepta est: mihi genuinum videtur τριακάδιοι (i. e. τριακάδος eiusdem socii), quo ducit Eustathii p. 1788. scriptura τριακαδίους. Item de Creticis ἀποδρόμοις solus rettulit Aristophanes. Diversa vi idem adiectivum usurpavit Sophocles fr. 78. significans ille παλίνδρομον ἢ μετ' ἐπάνοδον (intellige „reversum, ἐπανελθόντα", quod moneo contra Ellendt. Lex. Soph.): item discrepat quam Hesychius et Eustathius notionem afferunt, ut ἀπόδρομος sit ὁ πεπαυμένος τῶν δρόμων vel ὁ ἐλαττούμενος τοῖς δρόμοις. De re non habemus quod afferamus praeter exiles quasdam grammaticorum mentiones. Gymnasia igitur δρόμους a Cretensibus appellata fuisse testatur Suidas T. I. p. 629. Magistratus hisce δρόμοις praefectos significare videtur loco corrupto Hesychius: Δεκάδρομοι· οἱ δέκα ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἐσχηκότες. ὑπὸ Κρητῶν. Synonymum ἀποδρόμῳ vocabulum idem indicat T. I. p. 419: Ἀπάγελος· ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς, ὁ μέχρι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα. Κρῆτες. Cuius vocis mentionem probabile est ipsi deberi Aristophani. Adde Hesych. T. I. p. 42: Ἀγελάστους· ἐφήβους, Κρῆτες. Ubi leg. Ἀγέλας, τοὺς ἐφήβους.

Praeclare deinceps insolentiorem praepositionis ἀπό vim Aristophanes persequitur. Quo de argumento praeter alios egerunt Koen. in Greg. Cor. p. 528. sq. Valck. in Callim. Eleg. p. 7. Herm. in Eur. Iphig. T. 925. Veterum testimonia si requiras cf. Pollux VI, 41. Etym. M. vv. Ἀπόνοια, Ἀπόταφον, Ἀπότριχες. Eust. p. 760, 47. Ceterum quod Aristophanes aliam praepositionis potestatem apparere censuit in vv. ἀπόδρομος et ἀπόθριξ, aliam in ἄπιχθυς, ἄποινος, ἀποβώμιος, ἀπόμουσος: nollem factum. Ea enim diversitas in peculiari posita est singulorum nominum significatu, non in praepositione ἀπό, quae simpliciter qualemcunque distantiam indicat. Velut ἀπόδρομοι, si naturam vocabuli species, sunt οἱ τῶν δρόμων μὴ μετέχοντες sive iuniores sive πεπαυμένοι ἤδη τῶν δρόμων, sive alia de caussa δρόμοις exclusi: usu Cretensium eo vocis potestas deflexa est, ut ἀπόδρομοι (item atque ἀπά-

*γελοι*) soli intelligerentur *ἄνηβοι*, quibus nondum pateret gymnasiorum aditus.

Adiectivi *ἀποβώμιος* unum novimus auctorem Eur. Cycl. 365: *χαιρέτω μὲν αὖλις ἥδε, χαιρέτω δὲ θυμάτων ἀποβώμιος ἃν ἔχει θυσίαν Κύκλωψ Αἰτναῖος ξενικῶν κρεῶν κεχαρμένος βορᾷ.* Ac ni fallor hunc ipsum locum, ubi *ἀποβώμιος* inepte quidam ad Cyclopem referunt, Aristophanes significavit. Astipulatur nobis Hesychius T. I. p. 457: *Ἀποβώμιος· ἄθεος. καὶ θυσίαι ἀποβώμιοι, αἳ μὴ ἐν τοῖς βωμοῖς* (ubi correxi quod vulgo editur *Ἀπόβωμος* et *ἀπόβωμοι*). Apte compares illam quam vatibus tribuunt *θυσίαν ἄκαπνον*: vide Schneidew. in Eust. prooem. p. 23. n. 7. et Eust. Opusc. p. 355, 80: *ὅσοι δὴ ἄναυδα* (l. *ἄκαπνα*) *κατὰ τοὺς ἀοιδοὺς θύουσιν.*

*Ἄποινοι θυσίαι* in exemplaribus nostris non comparent: lexicographi certissimum Aristophanis testimonium male neglexerunt. Qui Aristophanis vestigia legit Hesychius, et ipse vulgarem nunc formam ostendit, T. I. p. 416: *Ἄοινα ἱερά, τὰ καὶ νηφάλια*, ubi *Ἄποινα* legas [18]. De sacris abstemiis egit Prellerus in Polem. p. 74.

Subiecerat Aristophanes *ἀποδρόμων* definitioni alias quasdam topicas epheborum appellationes a plerisque grammaticis neglectas neque ea ratione in Etym. Gud. et apud Eust. p. 1788. traditas quae labis immunis videatur: *Ἀχαιοὶ δὲ κούρους, κάδες δὲ* (Eust. *Θρᾷκες*) *ἀγούρους, ὡςαύτως καὶ Ἀττικοί.* Ubi pro *κούρους* mallem *κούρητας* (cf. Bernhardy in Suid. II, 1. p. 364, 9.), nisi omnis haec mentio in fraudis suspicionem incurreret. Nam vocabuli *ἄγουρος* (quod statuunt *ἄωρος* primitus esse sive *ἄFωρος*, vide Coraes. Atact. I. p. 88. sq. II. p. 10. coll. Thes. Paris. I. p. 449.) Byzantinos tantum auctores tenemus, quorum locos attulit Ducangius. Quocirca quod in Etym. Gud. fertur *κάδες* nescio utrum in *Ἀρκάδες* mutandum sit cum Ruhnkenio, an ex Eustathio corrigendum.

---

18) Si consideres duas quas modo attulimus glossas Hesychii quibus *ἀποβώμιοι θυσίαι* et *ἄποινα* (sive *ἄοινα*) *ἱερά* commemorantur, vix dubitabis quin a Schol. et Eust. Il. Θ, 518. itemque Eust. p. 1720. quibus locis vice versa *ἄποινος θυσία* et *ἀποβώμια ἱερὰ* prostant, confusio admissa sit non delenda nunc sed annotanda.

Vellem suam sententiam aperuisset Lobeckius de terminatione -ουρος disputans Patholog. Prolegg. p. 272. Ceterum ut haec quae de κούροις et ἀγούροις nobis offeruntur parum sufficiunt, ita quin alias Aristophanes perstrinxerit iuvenilis aetatis appellationes, non dubito [19]).

In sequentibus num recte μειράκιον et μεῖρακα ephebo postposuerit Aristophanes, dubitamus; consentire tamen videtur Philonis locus excitatus a Lobeck. in Phryn. p. 213. nisi pro πάρηβος praestet ibi πρόςηβος scribi. Ceterum ignota Aristophani fuisse videtur observatio Atticistarum (cf. Ael. Dionys. ap. Eust. p. 1390, 54.), qui vocabulum μεῖραξ de puellis, non de pueris apud Atticos tradunt usurpari: vide Bachm. Anecd. II. p. 374, 30. et Lobeck. in Phryn. p. 212. coll. Bernhardy in Suid. v. Ἁμάρτοιν. Μεῖραξ ubique scripsi pro μείραξ ex optimorum grammaticorum praeceptis, cf. Choerob. Bekk. p. 1429. et Goettl. in Theodos. p. 238.

Mox νεανίας recte ad altiorem quam μεῖραξ aetatis gradum revocatur: nomen enim de illa aetate dici quae ad virum proxime accedat, vel ex Od. κ, 278. ξ, 524. Eur. Androm. 605. elucebit. Quam Scholia Crameri et Eust. p. 727. addunt ἱππέων et ἱππαγρετῶν memoriam, ceteri recte opinor ignorant. De re cf. intpp. Hesych. T. II. p. 56. not. 20. Facilius etiam patet quae statim subiiciuntur ibidem male esse inculcata.

Senilis aetatis gradus enumerantur προβεβηκώς [20]), ὠμο-

---

19) Fidem faciunt disiecta huius doctrinae frustula a lexicographis prodita. Vide ut pauca delibemus, Phot. p. 553: τοὺς δὲ ἐφήβους Ἠλεῖοι μὲν σκύθας (f. σκύρθας) καλοῦσιν· Σπαρτιᾶται δὲ σιδεύνας. Notum est Laconicum εἴρην (Lobeck. Paralip. p. 194. Hesych. T. I. p. 1114: Εἴρην· κοῦρος τέλειος. T. II. p. 69. ubi διώκοντες videndum an e Λάκωνες corruptum sit, et p. 70.), quod cum aliis Laconicis nominibus percensetur in Glossar. Herodot. p. 608. sive Bachm. Anecd. II. p. 355. Aliam Laconicam appellationem tradit Phot. p. 525, 16: Σκυρθάνια· τοὺς ἐφήβους οἱ Λάκωνες. cf. Hesych. T. II. p. 1222. 1224. Item Phot. p. 190, 8. (quicum cf. p. 192, 4. Hesych.): Κυρσάνια· τοὺς μειρακίσκους Λάκωνες. De Cretico κωραλίσκος vide Bergk. Comm. de reliq. com. Att. antiq. p. 431.

20) Quod ap. Schol. Cram. et Eust. accedit ὑποπόλιος corruptum opinor e genuino προπόλιος, interpretatione nominis ὠμογέρων.

*γέρων*, *γέρων*, *πρεσβύτης*, *ἐσχατόγηρως*: qua in re bene Aristophanes cavit, ne appellationes proprias et legitimas cum poeseos comicae figmentis confunderet. Quod commisit Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 66: *τέσσαρα εἰσὶν ὀνόματα τοῦ γέροντος· ὠμογέρων —, εἶτα ὁ γέρων —, τρίτον δὲ σύφαρ —, τέταρτος τυμβογέρων* [21]). Certe *τυμβογέρων* unum est inter tot *σκώμματα*, quibus decrepitae senectutis foetorem comici poetae cavillati sunt; qualia praeter Pollucem (vid. Meinekii Com. IV. p. 680. coll. Bergk. Comm. p. 9.) cumulavit Eustathius. *Ὠμογέρων δὲ* (inquit Il. *Ψ*. p. 1330, 8.) *ἡλικία πρεσβυτική. μεθ' ἣν γέρων, εἶτα πέμπελος, ἔπειτα σύφαρ* [22]), *καθὰ καὶ Λυκόφρων* (v. 793.) *οἶδεν*. — — *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄψογα πρεσβυτικὰ ὀνόματα· ἐν δὲ ἰδέᾳ σκώμματος βλασφημοῦνται οἱ πάνυ γέροντες Κρόνοι, Ἰαπετοί, Τιθωνοί, σαπροί, βεκκεσέληνοι, πρωτοσέληνοι, τυμβογέροντες, παρεξηυλημένοι —, ἔτι δὲ σορόπληκτοι καὶ σοροπλῆγες καὶ σορέλληνες*. Quae si Aristophani quispiam tribuerit, in *Βλασφημίαις* locum habere poterant.

De nomine *προβεβηκώς* cf. Dorv. in Charit. p. 275. Vocabulum *ὠμογέρων* frequenter interpretantur grammatici [23]), quorum alii ad *τὸν παρ' ἡλικίαν γεγηρακότα* referunt (quem *προπόλιον* dixeris), alii de eo intelligunt qui in ipsa senectute

21) Aliis *τυμβογέροντες* quintam *γερόντων ἡλικίαν* efficiunt; cf. Phot. Suid. Etym. M. p. 771, 41. qui hos distinxerunt senectutis gradus (quos facile colligas ex Eust. Il. p. 1330.): *ὠμογέρων, γέρων, πέμπελος σύφαρ, τυμβογέρων*. — Nomen *τυμβογέρων* vindicarim Ar. Nub. 908. ubi nunc editur *τυφογέρων εἰ κἀνάρμοστος*. Praeter scholia cf. Philemonis Lex. p. 125: *τοῦ δὲ σορέλληνος σαφέστερον εἰς σκῶμμα τὸ τυμβογέρων παρὰ τῷ κωμικῷ*.

22) Rectius fortasse *σῦφαρ* scribendum erat: dubitavi tamen aliquantulum scripturam deserere paene constantem. Lobeckius Paralip. p. 206. n. *σῦφαρ* idem contendit esse quod Latinum *suber*.

23) Vide praeter Eustathii complures locos (pp. 1830, 9. 1762, 17. 1784, 21.) et Philem. Lex. p. 216. quae testimonia intpp. Suidae excitarunt. Hinc facile emendabitur Hesychius T. II. p. 1589: *Ὠμογέροντα· τὸν μὴ καθήμενον* (l. *καθηψημένον*) *ἀπὸ* (l. *ὑπὸ*) *τοῦ γήρως, μηδὲ πάνυ γέροντα*. Mendose apud Photium p. 259. editur *Μεσάγκυλος· μεσοπόλιος* (cod. *μέσος πολιός*)*· ὠμογέρων*. Ubi *Μεσάγκυλος* ab insequentibus verbis dirimendum est, tum vero refingendum quod litterarum ordo praescribit, *Μεσαιπόλιος· ὠμογέ-*

quoddam robur ac vigorem pristinum retineat: cui cum opponatur ἐφθὸς γέρων (cf. Valck. Animadvv. ad Ammon. p. 54.), Apollonii Lex. Hom. p. 728: Ὠμογέρων· ὁ μεστὸς ἣν ἡλικίαν, hanc fortasse licet medelam adhibere, ut refingamus: ὁ μὴ ἐφθὸς τῇ ἡλικίᾳ. Homerici ὠμογέροντος notionem expressit Virg. A. VI, 304. cuius vestigia legunt Sil. V, 569. et Tac. Agr. 29. Deinceps recte opinor πρεσβύτην post γέροντα collocavit Aristophanes; turbat ordinem Tzetz. in Hesiod. Scut. 408: ἀπὸ νγ' ἕως ξδ' πρεσβύτης· — γέρων ἀπ' αὐτῶν μέχρι ζωῆς ἐσχάτης.

Ultimo loco de v. ἐσχατόγηρως in constanti ceterorum grammaticorum silentio mira est Eustathii (p. 1784.) mentio, qui eam Aristophani nostro doctrinam vindicat, ut ἐσχατόγηρως de feminis tantum dictum affirmarit. Cui observationi cum scriptorum usus non faveat [24]), dubitatio de Eustathii fide suboriri potest haud mediocris. Si tamen vere illud ἐσχατόγηρως de feminis maxime dictum repperit Aristophanes (uti alii grammatici similem adiectivi μέθυσος usum observant, cf. Lobeck. in Phryn. p. 151. sq. atque aliarum vocum exempla in eiusdem Pathol. p. 20.), vel ex hoc uno testimonio pervideas, etiam uberrima nostri grammatici fragmenta manca nunc esse et decurtata. Cuius rei alterum documentum hoc puto, quod de feminarum ἡλικίαις (cf. Pollux II, 17. 18.) nil omnino in Aristophaneis reliquiis habemus proditum.

Sequuntur potiores appellationes quibus animalium quorundam aetates significatae fuerint.

II. Eust. Od. p. 1404. extr.: Τὰ τέλεια ἐπὶ πλείστων γενῶν καὶ κατηρτυκότα λειπογνώμονα καλεῖται διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν ὀδόντας τοὺς γνώμονας καλουμένους, οἷς

---

ρων. Cf. Suid. T. II. p. 635. 24) Nempe antiquiores adiectivi ἐσχατόγηρως testes ignoramus; sed Diodorum, Strabonem, Plutarchum de viris eo nomine usos esse satis constat, item M. Antonin., Stob. Floril. 10, 62. Charit. p. 70, 21. Suid. v. Ἐπιφάνιος Κωνστ. Cf. Valck. Animadvv. ad Ammon. p. 54. Dorv. in Charit. p. 384. Adde Papyr. Taurin. Mus. Aegypt. fasc. I. p. 40, 29: τοῦ Ἑρμίου προβεβηκότος ἤδη τοῖς ἔτεσιν καὶ ἐσχατογήρω ὄντος (ita enim scribendum pro eo quod Peyronus edidit ἐσχατογηρώσοντος). Utrique

καὶ γνώμονας καλοῦσιν οἱ ἔμπειροι τοὺς πρωτοβόλους· ὁ δὲ τοῦτο γράψας Ἀριστοφάνης λέγει καὶ Ἀττικήν τινα δωδεκάδα ὀνομάζειν λεγομένην λειπογνώμονα. οἷον τελείαν. καὶ ὅτι τινὲς τοὺς φυέντας ὀδόντας οὐ γνώμονας καλοῦσιν ἀλλὰ γνῶμα, οἷον· „νέα δ' ἔτ' ἐστίν· οὐχ ὁρᾷς; καὶ γνῶμ' ἔχει". καὶ πάλιν· „(τὸ) γνῶμα τοῦ βέβληκεν ὡς οὐδ' ἐπιτέτης".

Quae ad naturalem historiam spectant, supplentur altero Eustathii loco, in quo Aristophanis grammatici agnoscimus vestigia, Od. p. 1627, 14: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ πρεσβύτου λειπογνώμων, ἀλλὰ κυρίως ἵπποι ἐλέγοντο λειπογνώμονες οἱ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι· γνώμων γάρ ὀδοὺς ἀφ' οὗ ἡλικία γνωρίζεται πώλων τε καὶ μόσχων· ἐν οἷς ἄβολος ὁ μηδέπω ἐκβεβληκὼς τοὺς ὀδόντας[25]· τριάκοντα γάρ φασι μηνῶν γενόμενοι ἐκβάλλουσι τοὺς πρώτους ὀδόντας, εἶτα ἐνιαυτοῦ παρελθόντος τοὺς δευτέρους[26]) καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν οἷς καὶ ὅτι λειπογνώμων ἵππος ὁ μὴ ἔχων βόλον καὶ ὁ προήκων καὶ ὁ μὴ ἔχων ὅθεν γνωσθήσεται. Cf. Schol. Plat. p. 453: ἄβολος, νέος, οὐδέπω γνώμονα ἔχων. γνώμονα δ' ἔλεγον τὸν βαλλόμενον ὀδόντα δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον. ἐκ μεταφορᾶς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν τετραπόδων καὶ λειπογνώμονας τοὺς ἀπογεγηρακότας, ἐν οἷς ἐλελοίπει τὸ γνώρισμα[27]). Similia recurrunt in Schol. Cram. A. P. III. p. 371. ubi pro γνώμονα corrupte extat ἐγκύμονα. Eodem pertinet Etym. M. v. Γνώμων cum emendando inde Etym. Gud. p. 128, 15. et Zon. p. 443. Adde Hesych. vv. Ἄβολος, Γνῶμα, Κατηρτυκώς. Phryn. Bekk. p. 20, 20. Zon. p. 3. Alia eodem de argumento Arist. H. A. VI, 22. 23. Plin. N. H. XI, 64. Vocabulum λειπογνώμων, cuius aucto-

---

sexui vocabulum assignatur a Polluce II, 8. 25) Eadem Etym. M. v. Ἄβολος et Zonar. p. 3. Rectius Eust. Od. p. 1405, 19: ἄβολος ἵππος ὁ μηδέπω, φασίν, ἐκβεβληκὼς πῶλος τὸν εἰρημένον γνώμονα ὀδόντα. 26) Vulgo ἑτέρους: praetuli δευτέρους cum Etym. M. p. 4, 2. Ibidem suppleas Eustathianum dicendi compendium, καὶ τὰ ἑξῆς. Post δευτέρους enim ita pergitur: καὶ μετ' ἄλλον ἐνιαυτὸν τέλειοί εἰσιν, οἱ τεττάρων ἡμίσεων ἐτῶν. ἀφ' οὗ καὶ λειπογνώμονες καλοῦνται οἱ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι. 27) Hinc corrigas Suid. v. Ἀβολήτωρ, de quo loco di-

rem inter veteres scriptores ignoramus, Phrynichus Bekk. p. 49. sq. tam cum Aristophane Byzantio quam cum ceteris grammaticis pugnans sic interpretatur: *Λειπογνώμων σημαίνει τὸν μηδέπω τὸν ὀδόντα βεβληκότα, δι' οὗ ἡ ἡλικία τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων τετραπόδων γνωρίζεται.* Quae utrum librariorum an epitomatoris errori imputanda sint, haud facile dirimetur. Recte Hesychius T. II. pp. 443. 485. Phot. p. 226, 1. Etym. M. pp. 4, 4. 236, 51. alii, quibus favet Arist. H. A. VI, 22: *ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. διὸ καὶ λέγουσι γνώμην* (duo libri *γνώριμα*, unde scr. *γνῶμα*) *ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ· ὅταν δὲ βεβληκώς, οὐκ ἔχειν.*

Quam mox Aristophanes commemorat *δωδεκῇδα*[28]) *λειπογνώμονα*, intelligimus illud sacrificii genus in quo non immolatae fuerint hostiae nisi *λειπογνώμονες*. Quale sacrificium Iovi *τελείῳ* oblatum significat Cornutus de N. D. c. 9.

Subiungitur observatio de forma *γνῶμα* pro *γνώμων* a quibusdam usurpata. Quae afferuntur ignotorum nobis comicorum poetarum testimonia (Meinek. Com. IV. p. 627. sq.), illis alia facile possunt addi. Cf. Phot. p. 226, 1: *γνῶμα γὰρ καὶ γνώμων ὁ τῶν ὑποζυγίων ὀδούς.* Schol. Lucian. p. 151: *λειπογνώμονα δὲ βοῦν τὸν τὸ γνῶμα ἀποβαλόντα. ὅ ἐστιν ὀδοὺς ἀπὸ γενετῆς.* Hinc certum est Hesychii locum T. I. p. 843. sq. sic esse refingendum: *Γνώμονα· τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐγνώριζον τῶν τετραπόδων. καὶ ὁ κατηρτυκὼς ἤδη λιπογνώμων*[29]). *λέγεται δὲ καὶ γνῶμα*[30]). Eadem forma retinenda in Aristot. H. A. VI, 23. et revocanda ap. Polluc. I, 182.

III. *Τῶν συῶν οἱ μὲν τέλειοι καὶ ἐνόρχαι κάπροι· οἱ δὲ πίονες αὐτῶν σίαλοι· ἡ δὲ θήλεια σῦς μόνον. Ἱπ-*

---

cam alibi. 28) Nomen Papio ignotum firmant Pausan. ap. Eust. Od. p. 1386, 48. Porphyr. de Abst. I, 22. Schol. Z, 93. Eust. Od. p. 1676, 40. Philem. Lex. p. 169. Suid. denique Hesych. T. I. p. 1053. Item *δωδεκῇδα* pro *δωδεκάδα* reddas Scholio Vict. Φ, 27. 29) Forma fortasse rectior quam praebent etiam Hesych. T. II. p. 485. Phot. p. 226, 1. Pollux I, 182. VII, 184. cf. Etym. Or. p. 191, 23. et Meinek. Com. III. p. 71. sq. 30) Editur *γνῶσις*. Similiter in Lex. Rhet. p. 231, 7. pro *γείσωσις* scripserim

πῶναξ δὲ γρόμφιν λέγει, εἴτε καθόλου πᾶσαν ὗν δηλῶν, εἴτε τὴν παλαιὰν τῇ ἡλικίᾳ. τὰ δὲ νέα, δέλφακες μὲν τὰ πεπηγότα πως ἤδη τοῖς σώμασι, τὰ δὲ ἔτι ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα χοῖροι.

Prostant haec apud Eust. Od. p. 1752, 11: "Ὅτι διαφορά τις εἶναι δοκεῖ χοιρῶν καὶ συῶν, ὡς ἐμφαίνει ὁ Εὔμαιος (Od. ξ, 80. sq.) ἐν τῷ· „Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι χοίρε᾽, ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι." καὶ ἴσως ἢ καθ᾽ ἡλικίαν ἡ διαφορὰ τοῖς χοίροις καὶ τοῖς σιάλοις ἢ κατὰ τὸ ζατρεφέας μὲν εἶναι τοὺς σιάλους, οἳ καὶ καλοῦνται οὕτω διὰ τὸ σιτεῖσθαι ἅλις, ὀλιγοτρεφεῖς (malim ὀλιγοτραφεῖς) δὲ τοὺς χοίρους, ὁποῖα καὶ τὰ παρὰ τοῖς ῥήτορσι μετάχοιρα[31]), τὰ τῶν ὑῶν ὀψίγονα, φασί, καὶ λειπογάλακτα. δοκοῦσι δὲ ἐξ ὀρθοῦ δέλφακες οἱ Ὁμηρικοὶ ἐνταῦθα εἶναι χοῖροι· οὓς δὴ δέλφακας Ἀριστοφάνης μὲν ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν τοὺς νέους χοίρους λέγει, μᾶλλον δὲ τοὺς νεωτάτους, γράψας οὕτω· Τῶν συῶν κτλ. Accedunt ibidem haec: Καὶ οὕτω μὲν ὁ εἰρημένος Ἀριστοφάνης τοὺς δέλφακας στεῤῥοτέρους οἶδε χοίρων καὶ τελειοτέρους, Ἐπίχαρμος (fr. 71. Ahr.) δέ, φασί, τοὺς ἄρρενας καὶ τελείους. Ἀριστοφάνης δὲ (fr. 421.) ἐπὶ θηλείας τάττει τοὔνομα ἐν τῷ· „δέλφακος ὀπωρινῆς", ὅπερ ὁ Δειπνοσοφιστὴς (Ath. IX. p. 374. E.) παρασημειωσάμενος λέγει ἐπικρίνων (p. 375. A.), ὡς κυρίως αἱ θήλειαι οὕτω λέγοιντ᾽ ἂν ὡς δελφύας ἔχουσαι εἴτουν μήτρας, ὅθεν καὶ οἱ ἀδελφοί. ἀποφαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων τοῦ Ἀριστοφάνους, τοῦ γραμματικοῦ δηλαδή, σαφὲς εἶναι τὸ τὰ μὲν χοίρεα ὡς εὐτελῆ ἐσθίεσθαι τοῖς δούλοις, τοὺς δὲ σιάλους τοῖς μνηστῆρσιν ὡς καὶ τελείους καὶ εὐτραφεστέρους διὰ τὸ σεσιτεῦθαι (l. σεσιτεῦσθαι). Frustulum Aristophaneae doctrinae servavit Ath. IX. p. 375. A: Ἀριστοφάνης δ᾽ ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ἡλικιῶν φησι· τῶν δὲ συῶν τὰ μὲν ἤδη συμπεπηγότα δέλφακες, τὰ δ᾽ ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα χοῖροι.

De v. κάπρος cf. Homericum illud συῶν ἐπιβήτορα κάπρον, ne quis fidem habeat Thomae M. p. 400, 17. et He-

---

γείσωμα. Cf. Bastii Comm. pal. p. 822. 31) Cf. Aristot. H. A. VI, 18. de gen. anim. 2. p. 749, a, 1. Idem pro vitioso μετά-

sych. T. II. p. 144. qui ἄγριον σῦν lubent intelligi. Σιάλου notionem multi Aristophane duce similiter definiunt grammatici. Hesych. T. II. p. 1178: Σίαλοι· εὐτραφεῖς, λιπαροί. Schol. Od. β, 300: σιάλους, λιπαροὺς καὶ εὐτραφεῖς χοίρους· σίαλος γὰρ ὁ σεσιτισμένος χοῖρος. item υ, 163: σιάλους δὲ τοὺς εὐτραφεῖς καὶ ἡμέρους, χλούνας δὲ τοὺς ἀγρίους. Etym. M. p. 712, 7: λέγεται δὲ σίαλος καὶ ὁ εὐτραφὴς σῦς, παρὰ τὸ ἅλις σεσιτεῦσθαι (cf. Eust. l. l. item pp. 1241, 37. 1446, 37. Zon. p. 1641. Suid.)· ἢ ὁ ἄρρην σῦς παρὰ τὸ ἀφρὸν προΐεσθαι, ὃν λέγουσι σίαλον (cf. Apollon. L. H. p. 600. sq.). Adde Eust. p. 747, 53.

De Hipponacteo γρόμφις compares Bergk. Poett. lyr. p. 523. Hesych. T. I. p. 859. sq.: Γρομφάς· ὗς παλαιά, σκρόφα. ὁμοίως καὶ ἡ γρομφίς, ubi vide Albertium. Tenorem oxytonon vitiosum iudico, agnoscunt tamen Zonaras p. 454. (unde refingas p. 447.) et Suidas: item Cyrillus cod. Monac. 230. fol. 40: Γρομφίς· ὗς, ἡ παλαιὰ σκρόφα.¹

Nomen δέλφαξ copiose illustrat Ath. IX. p. 374. sq. XIV. p. 656. sq. cuius e silva exempla tam masculini quam feminini generis facile possunt repeti[32]). Aetatem recte Aristophanes constituit, quamvis alii grammatici[33]) sequioris Graecitatis-usum secuti refragentur: nam qui γαλαθηνὸν χοῖρον δέλφακα dixerit, non habeo antiquiorem Aristotele (H. A. VI, 18.) auctorem.

Χοῖρος vocabulum ad minorem aetatis gradum primitus

---

χοιροι restituendum Polluci I, 251. coll. VI, 55. VII, 187. 32) Rectissime Antiatt. p. 88, 31: Δέλφακα τὴν θήλειάν φασι δεῖν λέγειν (cf. Ath. IX. p. 375. A.), ἀδιαφόρως τῶν παλαιῶν τιθέντων. Feminino genere dixerunt Hipponax fr. 65. Eupol. Com. II. p. 540. sq. Plato Com. II. p. 634. Theopomp. Com. II. p. 810. Nicoch. II. p. 847. Aristoph. fr. 421. coll. Ach. 786. Philoxen. in Bergk. Poett. lyr. p. 853. v. 27. Aristot. H. A. VI, 18. p. 573, b, 13. Bekk. Masculinum genus auctoritate nititur Sophoclis fr. 596. Epicharm. fr. 71. Cratini Com. II. p. 100. Platonis Com. II. p. 655. Sopatri ap. Ath. XIV. p. 656. F. 33) Vide Etym. M. p. 255, 3. Gud. p. 138, 36. Herod. Epim. p. 18. coll. Schol. Ar. Ach. 739. Suid. v. Δέλφακας. Hesychius exile offert Aristophaneae interpretationis vestigium T. I. p. 912: Δελφακοῦσθαι· τελει-

referri recte grammaticus noster cum Schol. Od. ξ, 81. iudicavit, cf. Ar. Ach. 739. Plut. 308. Dissentit Pollux I, 251.

IV. Eust. Od. p. 1625, 33: Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν γράφει ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης τοιαῦτα χρήσιμα εἰς τὰ προκείμενα. „Τῶν αἰγῶν οἱ μὲν τέλειοι τράγοι καὶ ἴξαλοι, ἡ δὲ ἐχομένη ἡλικία χίμαροι, τὰ δὲ νεώτατα ἔριφοι. ὁ δὲ ποιητὴς ἐν Ὀδυσσείᾳ τὰ τέλεια μὲν προγόνους καλεῖ, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μετάσσας, τὰ δὲ ἔτι νεώτερα ἕρσας. καὶ ἐσσῆνες δὲ καλοῦνται ἡλικία τις, καὶ πρητῆνες καὶ ἐπιπρητῆνες· ὅθεν καὶ παροιμία,

Αἰγὸς ἐπιπρητῆνος ἐρυθροῦ πήρη ἀρίστη.

Ἰωνικοὶ δέ τινες καὶ ἀττήγους καλοῦσιν ἡλικίαν τινὰ τῶν ἀρρένων.“ Εἶτα εἰπὼν περὶ ἰονθάδος Ὁμηρικοῦ τοῦ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὅτι ἐφ' ἡλικίας τινὸς καὶ μεγέθους αὐτό φησιν ὁ ποιητής, ἐπάγει ὅτι „Τῶν δὲ προβάτων τὰ μὲν τέλεια ὄιες καὶ κριοί καὶ ἀρνειοί, τὰ δὲ νέα ἄρνες καὶ ἀμνοί· ἔνιοι δέ, φησί, καὶ φαγίλους καλοῦσιν.“ Ἐπὶ δὲ τούτοις σποράδην παραδίδωσιν, ὅτι τε τὸ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ ὄνου μητρὸς γεννηθὲν γίννος ἐκαλεῖτο [ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος], καὶ ὅτι πολλάκις τοὺς ὄνους κάνθωνας καὶ κανθηλίους καλοῦσιν. „Ἀστράβαι δέ, φησίν, οἱ καταμόνας σωματηγοῦντες ἡμίονοι, καὶ ἀστραβηλάται οἱ αὐτοὺς ἐλαύνοντες· ὑποζυγίαι δὲ οἱ ὑφ' ἁμάξαις ζευγνύμενοι. Βοῶν δέ, φησί, ταῦροι μὲν οἱ τέλειοι καὶ ἐνόρχαι, ὧν οἱ χαλεπώτατοι καὶ δι' ἀκμὴν μονάζοντες ἀτιμαγέλαι καλοῦνται· αἱ δὲ θήλειαι βόες μόνον, τὰ δὲ νέα δαμάλαι καὶ δαμάλιες καὶ μόσχοι καὶ πόριες καὶ πόρτιες καὶ πόρτακες.“ Λέγει δὲ καὶ ὅτι κατὰ τὴν δάμαλιν Σοφοκλῆς ἔφη γηγενῆ βούβαλιν, καὶ Αἰσχύλος· λεοντοχόρταν βούβαλιν νεαίρετον. καὶ ὅτι αἶγες καὶ ὄιες θήλειαι κέρατα πολλάκις ἔχουσαι κεράδες καλοῦνται[34]).

Caprini gregis agmen uti par est τράγος ducit. Quod sequitur ἴξαλος vocabulum, Il. *Δ*, 105. ferae caprae epitheton, posteriorum poetarum usu etiam ad ἄγραυλον αἶγα translatum, frequentes aeque atque infelices habuit etymologos et

---

οὖσθαι τὰς ὗς. 34) Quae subiiciuntur, Σὺν δὲ ἄλλοις διαφόροις παραδίδωσι καὶ ὅτι λεόντων μὲν τὰ νεογνὰ σκύμνοι καὶ λεον-

interpretes[35]). Aristophanes noster summatim tantum vocabuli ambitum videtur indicasse. Locus tamen quo ἴξαλος hocce proposuerit, veram vocabuli naturam minus perspectam ab eo arguit. Ad aetatis nimirum appellationem rettulit et substantivum putavit quod primitus adiectivum est et undecunque derives, *saliendi* utique significatum habebit. Inferiorem aetatem constituunt χίμαροι, infimam ἔριφοι. Atque ἐρίφων nomen ad tenerrimam sobolem referri, nemo dubitat vel e proverbio: *Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματι παίζει.* Compares πρωτογόνων ἐρίφων Hes. Opp. 541. et Homeri locos ubi ἄρνες et ἔριφοι iunguntur, coll. Ar. fr. 380. De χιμάροις quae grammaticus noster tradit, ex ambiguis veterum scriptorum locis vix apparet utrum recta sint necne. Favet Aristophani imprimis Schol. Theocr. 1, 6: ἔριφος μέχρι τριῶν καὶ τεττάρων μηνῶν· χίμαροι ἐπὶ θηλυκοῦ ἕως ἐνιαυτοῦ, τουτέστιν ἕως ἂν τέκωσι καὶ ἀμελχθῶσιν[36]).

Deinceps quae subiungitur Homerica distinctio, repetita est ex Od. ι, 221. sq.: χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι, χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι, ubi vide Schol. cf. Poll. I, 250. Dissidet aliquantum Hesychius: Πρόγονοι, οἱ πρωτόγονοι ἄρνες· οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς μέτασσαι· ἕρσαι δὲ ἁπαλοὶ καὶ τῷ ἔαρι γενόμενοι (cf. Apoll. L. H. p. 568. sq.), ubi recte ad tenellam aetatem partitio Homerica restringitur: nam solos ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων greges Ulixes et socii in antro Cyclopis reperiebant, ac si vere Aristophanes scripsit quod scripsisse ab Eustathio traditur, fugacitatis culpa non eximendus est. Contra quod ἕρσαι explicantur τῷ ἔαρι γενόμενοι, ista etymologia falsissima. Recte Aristonicus ap. Etym. M. p. 377,

---

τιδεῖς καλοῦνται, παρδάλεων δὲ κτλ., vide fr. V. p. 112. sq. 35) Confer ut alia mittamus Schol. Δ, 105. Apollon. L. H. p. 363. (ubi mendose ἐκτομίον pro ἐκτομίαν legitur) Etym. M. p. 471. Hesych. denique Eust. Il. p. 450. E perversis etymologiis fluxisse videtur scriptura ἴξαλος, Etym. M. pp. 148, 4. 528, 53. Eust. pp. 373, 29. 1750, 8. cf. Etym. Gud. p. 279, 35. 36) Animi caussa subiungo quae de ἐρίφοις et χιμάροις excogitavit auctor Etym. M. p. 375: Ἔριφος, ὁ μικρὸς αἲξ ἢ ἡ μικρὰ αἴξ, παρὰ τὸ ἔαρ καὶ τὸ φῶ τὸ φαίνω, ἐάριφος καὶ ἔριφος κατὰ συγκοπήν, ὁ ἐν τῷ ἔαρι φαινόμενος, ἤγουν ὁ πρώϊμος. ὁ γοῦν ἐν τῷ χειμῶνι τεχθεὶς χίμαρος. Cf. ibid. p. 811, 53. Hesych. vv. Ἔριφος, Χείμαρος, Χίμα-

37: Ἕρσαι — αἱ ἁπαλαὶ καὶ τελείως νέαι, μεταφορικῶς — ἕρση γάρ ἐστιν ἡ δρόσος· καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι (v. 138. ubi cf. Gloss. Blomf.) τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε, μεταφράζων τοῦτο. Cf. Eust. p. 1625, 30: ἕρσαι ἃς ἴσως ἐστὶ καὶ ψάκαλα εἰπεῖν (κατὰ) τὰ μετ' ὀλίγον δηλωθησόμενα, ὡς παρὰ τὴν ψακάδα, ὅπερ ἐστὶ δρόσος, καθὰ καὶ ἡ ψεκάς, ἵνα σημαίνοιντο δι' ἀμφοῖν αἱ νεώταται καὶ οἷον δροσεραὶ διὰ τὸ ἁπαλόν. Aliam nominis ἕρση formam indicare videtur Hesychius: Ὄρσοι (f. Ὄρσαι)· τῶν ἀρνῶν οἱ ἔσχατοι γενόμενοι.

Solitaria est quae subiicitur annotatio: καὶ ἐσσῆνες δὲ καλοῦνται ἡλικία τις. Ubi proclive est ἐρσῆνες substituere ductu Arcadii p. 8, 25. de quo loco cf. Lobeck. Paralip. p. 191. Item vocabulorum πρητήν et ἐπιπρητήν auctoritas uno nititur Aristophane; hunc enim sequitur Hesychius II. p. 1020: Πρητῆνας· τοὺς ἐνιαυσίους ἄρνας, et I. p. 1378: Ἐπιπρητήν· αἰγὸς ἡλικία. Ipsum πρητήν insolenter formatum unde originem ducat et quid proprie significet nescio. Nihil iuvat Photius p. 464, 12: Προτήνιον· ἡλικία τις αἰγός· ἐν Καμειρέων (f. Καβείρων?) ἱεροποιίᾳ τράγον προτήνιον (suspicabar προταίνιον) θύειν νόμος. Compositum ἐπιπρητήν alibi reperiri nondum potuit: accentum cum recentiorum nonnullis mutare non ausus sum[37]). Proverbium Αἰγὸς ἐπιπρητῆνος ἐρυθροῦ πήρη ἀρίστη, obscurum est quo tendat; sententiam expectabamus hanc: macta agnum, cuius tenerrima sit caro et suavissima, „schmiede das Eisen, wann es noch warm ist". Quae accedit glossa ἄττηγος ab Ionum quibusdam, si Aristophanem audias, usurpata[38]), ea aut ceterorum scriptorum fide caret, aut peritioribus committenda est iudicibus: equidem non habeo quod ad obscurissimae rei notitiam afferre liceat, nisi Arnobii mentionem V. p. 199. qui Phrygum lingua hircum *attagum* vel *atagum* appellatum

ρος. Eust. p. 635, 23. 37) Exceptionibus nomen ascripsit Lobeckius Paralip. p. 196. Sed regulam ab Schol. *E*, 178. traditam quo iure huc transferat non video: neque enim ἐπιπρητήν idem esse potest quod πρητήν. Rectius idem iudicavit Pathol. p. 53.

38) Ionum mentionem fictiçiam censet (si recte eum intelligo)

fuisse prodidit: cf. intpp. Hesych. v. Ἀδαγοούς. Denique memoraverat Aristophanes Homericum vocabulum ἰονθάς (Od. ξ, 50.), ὅτι ἐφ᾽ ἡλικίας τινὸς καὶ μεγέθους αὐτό φησιν ὁ ποιητής. Quam proprietatem Aristophanes voci tribuerit, ignotum est: aliorum commenta percenseri non attinet[39]).

Distinguuntur deinceps ovium aetates, ita quidem ut ὄιες, κριοί, ἀρνειοί adultae, ἄρνες et ἀμνοί[40]) novellae aetatis afferantur nomina. Uberiora habet Eust. Od. p. 1627, 13: φασὶ γοῦν οἱ παλαιοὶ ὅτι οὐ μόνον τρεῖς ἡλικίαι, ἀρήν[41]), ἀμνός, ἀρνειός, καὶ ὅτι τοῦ ἀμνοῦ καὶ θηλυκὸν ἡ ἀμνή, πρόβατον αὐτὸ μέσον τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ὅτι ἀμνὴ (l. ἀμνὸς) ἐνιαύσιον ἄρνα δηλοῖ — — ἀλλὰ καὶ ὅτι Ἴστρος ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν[42]) ἄρνα φησίν, εἶτα ἀμνόν, εἶτα ἀρνειόν, εἶτα λειπογνώμονα· ἐλέγετο δὲ καὶ μοσχίας[43]) ὁ τριέτης κριός. Cf. Suid. v. Ἀμνόν, ubi genuina expositio: Ἀμνόν· τὸν ἐνιαύσιον ἄρνα. τρεῖς γὰρ ἡλικίαι· ἀρνός, ἀμνός καὶ ἀρνειός (quam agnoscit Zon. p. 143. transpositione nominum ἀμνός et ἀρνός emendandus), alienis opibus inculcatis male turbata est. Adde Pollucis VII, 184. Formam ῥήν a posterioribus poetis ex adi. πολύρρην effictam recte Aristophanes omisit.

Sequuntur apud Eustathium haec: ἔνιοι δέ, φασί, καὶ φαυλοὺς καλοῦσιν: ubi cur φησί scripserim quivis intelliget[44]). Alterius emendationis auctorem habui Plut. Quaest.

---

Lobeckius Pathol. p. 305. quo iure non liquet. 39) Vide imprimis Schol. ξ, 50. Apoll. L. H. p. 365. Eust. p. 1750. init. coll. Hesych. Phryn. Bekk. p. 44, 25. Gramm. Cram. A. Ox. I. p. 502. 40) Quam aliam nominis ἀμνός formam neglectam ab Herodiano iactat Etym. M. p. 146, 25. ἄμνιος, pessimum est commentum ex Hermippi loco (Meinek. Com. II. p. 381.) ductum: Τὴν μὲν διάλεκτον καὶ τὸ πρόσωπον ἀμνίου Ἔχειν δοκεῖς, ubi genit. ἀμνίου a nom. τὸ ἀμνίον descendit, cuius significatum Hermippus novasse videtur. 41) Ficticius nominativus quo utuntur Phryn. Bekk. p. 7, 11. Pollux VII, 184. Etym. M. pp. 140, 54. 146, 19. Gud. p. 79. Eust. p. 49, 27. 42) Nomen Istri, cuius Ἀττικὰς λέξεις (Siebel. p. 76. sq.) praeter h. l. sive Suid. v. Ἀμνόν nemo videtur memorare, dubito num sanum sit. Ex Aristophane Byz. Eustathii locum haustum esse suspicatur Lobeckius Pathol. Prolegg. p. 31. 43) Forma dubitationi obnoxia: in Suid. v. Ἀμνόν accusativum alii libri μοσχίονα, alii μοσχίων praebent; Gaisf. et Bernhardy reposuerunt μοσχίον cum Pollucis VII, 184. 44) Formarum φασί et φησί

Graec. 14. p. 294. D: ἦν δ' ἄλφιτα, οἶνος, κηρία, ἔλαιον, ἅλες, ἱερεῖα πρεσβύτερα φαγίλων· φάγιλον δέ φησιν Ἀριστοτέλης [45]) τὸν ἀμνὸν εἶναι. Suffragatur fere Hesych. II. p. 1487: Φαγηλός· ἀμνός et p. 1493: Φάναοι· ἄρνες. Eodem sunt qui referant: Φαγλαός· χίμαρος. Ceterum intelligunt φάγιλον agnum eum qui edulis esse incipiat. Teneriorem aetatem (agnum subrumum) ἠδύπνουν vel ἠδύχρουν appellant, cf. Lobeck. Agl. p. 847. Prell. in Polem. p. 148. sq.

De asinis quorum aetates non singulatim suis distinguuntur nominibus, satis habuit Aristophanes rariores quasdam glossas afferre. Itaque Eustathio teste τὸ ἐξ ἵππου, ait, πατρὸς καὶ ὄνου μητρὸς γεννηθὲν γίννος ἐκαλεῖτο. Ubi quae accedunt ἀγεννὴς ὢν τὸ μέγεθος, Thessalonicensem sapiunt episcopum. Cuius narrationem supplet Hesychius II. p. 49. sq.: Ἰννός· ὁ πῶλος, ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ μητρὸς ἡμιόνου, ἄλλοι δὲ ὄνου. Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἰννὸν ἡμίονον ἄρσενα, τουτέστιν ὀρέα, τὸν ἐπὶ θηλείας ἀναβαίνοντα· ἰννὸν (l. γίννον) δὲ ἐξ ἵππου νοσήσαντος· ἄλλοι δὲ ἡμιόνιον ἢ ἱππάριον ἄναυξες. Ἀριστοφάνης δέ, τοὺς ἰννοὺς γένεσθαι ἐξ ἵππου πατρός, ὄνου δὲ μητρός. Aristotelis cf. H. A. VI, 24, 1: Ὁ δὲ ὀρεὺς ἀναβαίνει μὲν καὶ ὀχεύει μετὰ τὸν πρῶτον βόλον· ἑπταετὴς δ' ὢν καὶ πληροῖ· καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος (malim quod alii proposuerunt ἴννος), ὅταν ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν· ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει. — οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι γίγνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥςπερ ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις οἱ νάνοι, ἐν δὲ τοῖς ὑσὶ τὰ μετάχοιρα. cf. de generat. anim. II, 8: ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γίννοι, ὅταν νοσήσῃ τὸ κύημα ἐν τῇ ὑστέρᾳ· ἔστι γὰρ ὁ γίννος ὥςπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις. Vides glossae ἴννος an γίννος duplicem tradi significatum; alias mutilum partum (qui in hominibus pumilio est, in suibus μετάχοιρον) in equino et mulino genere designat [46]), alias ad pul-

confusionem paene legitimam (de qua Schaef. in Schol. Ap. Rh. p. 237. sq.) recte Bernhardy in Suid. I. 2. p. 1052, 5. e communi repetit scribendi compendio, cf. supra p. 60. extr. 45) Tentabam olim Ἀριστοφάνης: sed vide Schneidew. in Heraclid. Polit. p. XIV.

46) Dixeris *mannulum*. Praeter Aristotelem vide intt. Suid. v. Ἰννοί. Ceterum si Latinos sequaris auctores, fortasse non ἴννος

lum refertur ex equo et asino prognatum (quem Isidorus dicit burdonem). Utrique potestati peculiarem formam vindicare in scriptorum vel librariorum inconstantia aegre licuerit: quamvis videatur sane apud Latinos certe scriptores ea plerumque servari differentia, ut priori significatui *ginnus*, alteri *hinnus* destinatum sit. De ipsa re compares auctores Latinos quos Schneiderus in Arist. H. A. T. III. p. 503. sq. adhibuit, Varr. R. R. II, 8. (quem locum decurtavit Nonius p. 122, 4.) Colum. VI, 37, 5. Plin. H. N. VIII, 69. Pervertit discrimen Etym. M. p. 621. f.: γίννος — τὸ ἐξ ἵππου μητρός, πατρὸς δὲ ὄνου [47]). Cf. Hesych. T. I. p. 831: Γίννος (οὗ) ὁ πατὴρ ἵππος, ἡ δὲ μήτηρ ὄνος νωθής. Neque illud verum quod Photius tradit p. 108, 13: Ἶννος· ἐξ ἡμιόνου καὶ θηλείας ἵππου· πεντήκοντα ἔτη ζῇ ἡμίονος. Quem locum descripsit Eust. Il. p. 877, 14. omissis quae sequuntur: ὁ δὲ γίννος ἐξ ἀμφοτέρων ἵππων, ἐν τῇ κυήσει νοσησάσης τῆς ἵππου· οἷον νάννος.

Frequenti scriptorum usu celebrantur nomina κάνθων et κανθήλιος [48]). Alias asini appellationes cumulavit Lobeckius Aglaoph. p. 848. 849. f. Quam deinceps Aristophanes adduxit glossam ἀστράβη, eam et veteres grammatici et recentiores viri docti diversa ratione interpretati sunt. Atticis vero ἀστράβην certum puto fuisse ἡμίονον. In Demosth. Mid. p. 558. R. legendum: ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας. Quam rem alio loco pluribus demonstrabo. Derivati nominis ἀστραβηλάτης a Luciano quoque memorati Lexiph. 2. auctorem nescimus. Continuo apud Eust. pro ὑποζυγίαι scribendum videtur ὑποζύγιοι.

Porro boum aetates distinguuntur: ubi quod tauros χαλεπωτάτους καὶ δι' ἀκμὴν μονάζοντας ἀτιμαγέλας appellari dicit Aristophanes, respicit inprimis Soph. fr. 850. Rem illustrat Arist. H. A. VI, 17, 8. Nihili est quod apud Zon.

---

(vel quod grammaticorum nonnulli perperam exhibent ἰννός), sed ἴννος scribendum est: atque ὕννος Hesych. II. p. 1450. et olim Schol. Ar. Pac. 790. De nomine νάνος sive νάννος cf. Phot. p. 286, 12: Νάννος· κονδός (l. κολοβός), μὴ αὔξων. 47) Ubi μητρός et πατρός transponenda videntur. 48) Huic respondet Lat. *cantherius*, cuius nominis secundam syllabam falluntur qui corripi

p. 331. editur *ἀτιμάγελος*: genuinam scripturam monstrat cod. D. et Phav.: *Ἀτιμαγέλατος· ὁ μὴ συναγελαζόμενος*, i. e. *Ἀτιμαγέλας· ταῦρος κτλ.* Item e nostro loco corrigendus Hesychius: *Ἀτιμαγέλας· ὁ ἀτιμάζων καὶ τῇ ἀγέλῃ μὴ συνυποταττόμενος*, ubi pro *ἀτιμάζων* l. *μονάζων*. Vitulorum nomina primo loco afferuntur *δαμάλαι* et *δαμάλιες*. Prior forma ambigua tam a masculino *δαμάλης*[49]) quam ab feminino *δαμάλη* potest repeti: alterum *δάμαλις* inter veteres scriptores usurparunt Aeschylus et Aristoteles. Accedunt *μόσχοι* et *πόριες*, *πόρτιες*, *πόρτακες*. In his *μόσχος* dictum primitus de novello plantarum germine (cf. Homericum *μόσχοισι λύγοισι*, cuius novator extitit Nic. Th. 72.), mox translatum ad teneram hominum et animalium aetatem, tandem proprium extitit pedestris sermonis de vitulo vocabulum (cf. Plat. Cratyl. p. 393. C.). Reliqua poetica sunt nomina, de quibus bona mala miscet Schol. Theocr. 1, 75.

Continuo rarum est quod Sophoclis (fr. 859.) et Aeschyli (fr. 304.) auctoritate munitur nomen *βούβαλις*, cuius de forma aeque ambigitur ac significatu. Namque et *βούβαλις* habes (sive *βουβαλίς*, Aristot. H. A. III, 6. Aelian. N. A. III, 1. V, 48. Hesych. I. p. 746. cui tenori refragatur Arcad. p. 31, 9.) et *βούβαλος*: intelligitur vero aut cervae quoddam genus aut tauri; nec licet opinor alteri utri formae alteram utram vindicare potestatem. Quod enim *βούβαλος* de tauro, *βούβαλις* de cerva vulgo intelligitur, libri non addicunt. Veluti Aristoteli idem cervae genus et *βουβαλίς* audit (H. A. III, 6.) et *βούβαλος* (de partt. anim. 3, 2.). Cf. Oppian. Cyneg. 2, 300. Hesych.: *Βουβαλίς· οἱ βούβαλοι*, et mox *Βούβαλος· δορκάδιον*. Itaque diversae formae

---

opinantur lexicographi. 49) Quod nomen cum affinibus formis perpetuo confusum aliquoties vindicavit Meinekius Anal. Alex. p. 395. et Babr. fab. 37, 1. Recte Ammonius p. 39. (e quo refingendus Thomas M. p. 97, 10.): *Δαμάλης καὶ δάμαλις διαφέρει· δαμάλης μὲν γὰρ ὁ ἄρρην μόσχος, δάμαλις δὲ ἡ θήλεια.* Quem locum male sollicitavit Valckenarius, qui nomen *δάμαλις* masculinum esse iussit. Perperam: nam qui unus locus opitulari ei posse videatur, aperte vitium traxit. Dico locum Aristot. H. A. IX, 37, 3. ne iis quidem persanatum quae curis secundis Schneiderus monuit T. IV. p. 520. sq. Scribendum potius: *εἰ δὲ μή, αἰσχίους καὶ ἐλάττους*

videntur ad sexus redire discrepantiam: significatus varietatem ex ipsius ferae natura merito repetieris. Cf. Plin. H. N. VIII, 15: (uris quibusdam) imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa vituli potius cervique quadam similitudine. Diod. Sic. II, 31: γίνονται δὲ καὶ τραγέλαφοι καὶ βούβαλοι καὶ ἄλλα πλείω γένη δίμορφα ζώων.

Denique cum Eustathius disputationem significet de illo institutam ὅτι αἶγες καὶ ὄιες θήλειαι κέρατα πολλάκις ἔχουσαι κεράδες καλοῦνται: haud scio an huc referendum sit specimen Anacreonteae criseos illud de quo diximus p. 61. Tametsi enim ab Eust. αἶγες potius et ὄιες memorantur quam ἔλαφοι, interno tamen nexu haec cohaerent arctissimo. De poetis qui cervas cornibus instruxerint praeter Aelianum cf. Pollux V, 76. intpp. Call. h. Dian. 102. Munck. in Anton. Lib. p. 210. sq. Koch. Nomen κεράδες tametsi aliunde incompertum est, videtur tamen significari mendosa glossa Hesychii II. p. 229: Κεραίδες τῶν προβάτων τὰ θήλεα, τὰ ἔνδον ὀδόντας ἔχοντα.

Ultimum locum obtineat expositio de ferarum appellationibus ab Aeliano servata, quam ex Eustathio subinde ditare licet.

V. Aelian. N. A. VII, 47: Τῶν ἀγρίων ζώων τὰ ἔκγονα τὰ νέα [50]) διαφόρως ὀνομάζεται· καί τά γε πλείω διπλῆν τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει. Λεόντων γοῦν σκύμνοι καὶ λεοντιδεῖς ὀνομάζονται, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος μαρτυρεῖ. Παρδάλεων δὲ σκύμνοι τε καὶ * * ἀρκηλοι· εἰσὶ δὲ οἵ φασι γένος ἕτερον τῶν παρδάλεων τοὺς ἀρκήλους εἶναι. Θώων δὲ μόνοι σκύμνοι φιλοῦσι καλεῖσθαι, καὶ τίγρεων ὁμοίως, καὶ μυρμήκων δὲ καὶ πανθήρων. Ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῶν λυγγῶν ἔκγονα ὁμοίως ὀνομάζεσθαι· ἐν γοῦν τοῖς Λάσου λεγομένοις διθυράμβοις οὕτως εὑρίσκεται σκύμνος εἰρημένον τὸ βρέφος τὸ τῆς λυγγός. Πιθήκων δὲ ἀκούομεν σκύμνους τε καὶ πιθηκιδεῖς τοὺς αὐτούς· βουβαλίδων δὲ πώλους· εἰ δὲ καὶ ὀρύγων, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, ὁ αὐτὸς Ἀριστοφάνης φησίν. Κυνῶν δὲ καὶ λύκων σκύλακες καλοῖντ' ἄν, ἦ δ' ὅς· ἤδη [51])

γίνονται ἢ αἱ δαμάλεις· ἐκτέμνονται δὲ κτλ. 50) Ita Iacobsius: τὰ νέα om. Gron. Malim τὰ νεογνὰ cum Eust. 51) Fortasse

δὲ καὶ λυκιδεῖς καλοῦνται οἱ τῶν λύκων· ὁ δὲ τέλειος καὶ μέγιστος καλοῖτο ἂν μονόλυκος. Τῶν μὲν δὴ λαγῶν λαγιδεῖς· ὁ δὲ τέλειος, καὶ πτῶκα αὐτὸν φιλοῦσιν ὀνομάζειν οἱ ποιηταί, Λακεδαιμόνιοι δὲ ταχίναν. Ἀλωπέκων δὲ τὰ ἔκγονα ἀλωπεκιδεῖς κέκληνται· αὐτὴ δὲ ἡ μήτηρ καὶ κερδώ καὶ σκαφώρη καὶ σκινδαφός. Τῶν δὲ ἀγρίων ὑῶν τὰ τέκνα μολόβρια ὀνομάζουσιν· ἀκούσαις δ' ἂν τοῦ Ἱππώνακτος καὶ αὐτὸν τὸν ὗν μολοβρίτην που λέγοντος· καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν μονιοί τινες. Τάς γε μὴν δορκάδας καὶ ζόρκας καὶ πρόκας εἰώθασιν ὀνομάζειν. Τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται [52]) Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς. Τὰ δὲ ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἔμβρυα καλοῦσι· τὰ δὲ τῶν ὀρνίθων καὶ τὰ τῶν ὄφεων καὶ τῶν κροκοδείλων ἔνιοι ἔμβρυα καὶ ψακάλους καλοῦσιν, ὧν εἰσὶ καὶ Θετταλοί. Τὰ δὲ πρόσφατα ὀρνύφια [53]) νεοττοὺς καὶ ὀρταλίχους, ἀλεκτρυόνων τε ἀλεκτοριδεῖς λέγουσι· καὶ τόν γε πέρυσιν περυσινὸν [54]) ὀνομάζουσιν, ὡς καὶ τὸν οἶνον. Καὶ αὖ πάλιν χηνιδεῖς καὶ χηναλωπεκιδεῖς καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κατὰ τὰ αὐτὰ σχηματίζουσιν. Ἀχαῖος δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς τὸν νεοττὸν τῆς χελιδόνος μόσχον ὠνόμασεν.

Universa hac expositione Aristophaneam tradi doctrinam, vidit iam Blomf. Gloss. Aesch. Ag. 140. Nonnullis in rebus insuper vindicare licet Aristophanis possessionem Eustathii testimonio, Od. 1625, 45: Σὺν δὲ ἄλλοις διαφόροις παραδίδωσι (sc. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός) καὶ ὅτι λεόντων μὲν τὰ νεογνὰ σκύμνοι καὶ λεοντιδεῖς καλοῦνται· παρδάλεων δὲ σκύμνοι καὶ πορδαλιδεῖς· ἄρκτων δὲ σκύμνοι καὶ ἄρκιλοι· βουβάλων δὲ πῶλοι· κυνῶν δὲ καὶ λύκων σκύλακες· ὑστρίχων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα, ὧν χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. ἔμβρυα

---

leg. ἔτι, cf. Porphyr. ap. Stob. Flor. 21, 26: εἴτε καὶ πρὸ Χίλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον, ubi pro ἔτι scribendum ἤδη. 52) Post μέμνηται particulam δὲ e codd. Medic. Monac. inseruit Iacobsius: ferrem si καὶ abesset. 53) ὀρνίθια Monac. Ceterum ὀρνύφιον esse scribendum, non ὀρνίφιον, docuit Bastius Epist. crit. p. 195. 54) Adiectivum περυσινὸν codicibus ignotum addidit Iacobsius.

δέ τινα καὶ ἀρτιγενῆ δὲ ψάκαλα λέγει καλεῖσθαι καὶ ὀρταλίχους· ὅθεν καί, φησί, παρὰ Σοφοκλεῖ· „ψακαλοῦχοι αἶγες μητέρες τ' ἐπιμαστίδιον γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν." Alios eiusdem Eustathii locos infra afferemus.

Nomen σκύμνος recte dicit Aristophanes de plerarumque ferarum pullis usurpari: ita dici annotat catulos λεόντων, παρδάλεων, ἄρκτων, θώων, τίγρεων, μυρμήκων, πανθήρων, λυγγῶν (de quibus testimonium affert Lasi, Bergk. Poett. lyr. p. 846. fr. 4.), πιθήκων. E diligentia qua haec ferarum genera percensentur, concludimus certorum scriptorum auctoritate ubique ductum fuisse Aristophanem: quamquam hunc vocabuli σκύμνος ambitum suis singulatim exemplis firmare nunc non licet. Inprimis σκύμνοι leonum sunt [55]): de cuiuslibet ferae catulis usurpasse videtur Eur. Hecub. 204. Or. 1493., qui idem ad homines transtulit Androm. 1171. Or. 1213. 1388. Ab v. σκύλαξ eo σκύμνος differt, quod illud de minorum ferarum pullis solet usurpari; neque improbandus Aristophanes qui κυνῶν, ait, καὶ λύκων σκύλακες καλοῖντ' ἄν [56]): quamquam arbitrio scriptorum aliquid in his rebus conceditur. Ita σκύλακα ἄρκτου dixit Lucianus, σκύμνον λύκου Eur. Bacch. 699. et Babr. 134, 1. ubi legendum: Ποιμὴν νεογνὸν εὗρέ τις λύκου σκύμνον.

Deinde notatu digna sunt diminutiva illa in -ιδεύς terminata. Cuius generis exempla Aelianus haec habet: λεοντιδεύς, πιθηκιδεύς, λυκιδεύς, ἀλωπεκιδεύς, ἀλεκτοριδεύς, χηνι-

55) De quibus adeo frequentatur scriptorum usu, ut hanc proprietatem veteres grammatici opinarentur adeoque nonnulli diversam potestatem mutato accentu iusserint indicari. Etym. M. p. 720, 23: σκύμνος λέγεται ἐπὶ λέοντος· σκυμνός δὲ ἐπὶ ἄλλων ζώων. Cf. Etym. Gud. p. 505, 35. Quod Meinekius Com. II. p. 170. non monito lectore σκυμνός pro σκύμνος edidit, id nolens opinor commisit. Item σκυμνός reperio apud Lobeckium Pathol. p. 65. qui appellativum hac ratione a nomine proprio Σκύμνος distincturus erat. Qualis conatus invitis libris et grammaticorum praeceptis (ut Arcad. p. 62, 21.) obtrusus non magis probatur quam quod vice versa Ptolemaeus Ascalonita flagitabat σκύμνος et Σκυμνός: cuius errorem notavit Lehrsius de Arist. p. 276. 56) Cf. Ammon. p. 145: σκύμνοι δὲ λεόντων, σκύλακες δὲ κυνῶν. Eadem Etym. Gud. p. 560, 34. Σκύλακας γαλέης appellavit Nicand. Ther. 689.

δεύς, χηναλωπεκιδεύς, quibus accedit ex Eustathio πορδαλιδεύς. Plura quorum notitiam ipsi deberi suspiceris nostro grammatico, affert Eust. Il. p. 753. f.: ὥςπερ χηνιδεῖς λέγονται καὶ περδικιδεῖς καὶ κορωνιδεῖς καὶ ἱερακιδεῖς καὶ περιστεριδεῖς οἱ χηνῶν καὶ περδίκων καὶ τῶν ἑξῆς γόνοι, οὕτω καὶ χελιδονιδεῖς οἱ τῶν χελιδόνων, ubi solum χελιδονιδεύς dubito an suopte ingenio finxerit ille quem Eustathius describit grammaticus. Idem Aristophanis opes quamvis mendis inquinatas praebet Od. p. 1821, 34: ὅτι δὲ ὁ λαγὼς οὐ μόνον καὶ πτὼξ καὶ δασύπους λέγεται κοινῶς, ἀλλὰ καὶ ταχίνας εὕρηται παρὰ Λακεδαιμονίοις ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ, οἱ παλαιοὶ γράφουσι· παρ' οἷς καὶ ὡς οἷον πατρωνυμικὸν ὁ λαγιδής, ὡς καὶ πελαργιδὴς ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος καὶ λυκιδὴς ὁ τοῦ λύκου· οὕτω δὲ καὶ ἀλεκτοριδής, φασί, καὶ χηνιδὴς καὶ περδικιδὴς καὶ ἄλλα. Qui locus monstrat originem creberrimae illius corruptionis, qua terminatio -ιδεύς primum in -ιδής, mox in -ίδης detorta est. Quod vitium tot exemplis 57) quasi corroboratum est, ut patronymicam terminationem -ίδης peculiari regula commendarit Philem. Lex. p. 70. Quae doctrina nonnullos fefellit, ut -ίδης et -ιδεύς perinde haberent (cf. Goettl. de Acc. L. Gr. p. 169.) vel ancipiti haererent iudicio (cf. Iacobs. in Aelian. II. p. 278. sq.). Verissime solum -ιδεύς in animantium diminutivis concedunt praeter alios Struv. et Tafel. in Thes. Paris. I. p. 1423. sq. Accedant qui pluribus hac de terminatione egerunt Valck. in Theocr. Adon. p. 401. sq. et Hnschk. Anal. crit. p. 101. sq. Nec dubium quin -ιδεύς et proprie et si accurate aestimaris unice in pullorum nominibus locum habeat: manifesto eodem et υἱδεύς accedit (de quo Buttm. Sprachl. II. p. 443. not. 2.) et facetum illud Χαιριδῆς βομβαύλιοι Ar. Ach. 866. cui simile Hipponacteum Μαιαδεῦ 58):

57) Huc pertinet Suid. T. I. p. 101: Ἀλεκτορίδης ὁ τοῦ ἀλέκτορος. T. II. p. 408: Λαγίδης ὁ τοῦ λαγωοῦ. Adde Ath. IX. p. 373, B: ἀλεκτρυόνας καὶ ἀλεκτορίδας (l. ἀλεκτοριδεῖς cum Lobeckio in Phryn. p. 229.) τοὺς ἄρρενας. Denique Ioann. Sicel. Walz. VI. p. 229, 27: πίθηκοι πιθηκίδας (l. πιθηκιδεῖς) κατὰ τὴν παροιμίαν. 58) Cuius loco quod Papius substituit Μαιάδης, eo omnis lepor orationis evertitur. Nec melius Nicomach. ap. Phot. Bibl. p. 144, a, 11. qui nullam inter Μαιαδεύς et Μαιάδης norat differentiam. Quae cum

adde Ἐρωτιδεῖς Ps.-Anacr. 33, 13. Contra -ίδης praeter frequentissimum illum usum quo de patronymicis dicitur, eam vim habet, ut certae cuiusdam sectae participes vel eiusdem moris et indolis homines (Leute einer gewissen Sippschaft) plerumque non sine reprehensione quadam denotet [59]). Ceterum de nominibus in -ιδεύς mutilam nunc esse Aeliani disputationem ostendit Suid.: Ἀετιδεῖς, οἱ ἀετῶν παῖδες, Αἰλιανός, et Πελαργιδεῖς, πελαργῶν παῖδες, Αἰλιανός. Utramque glossam certum puto referendam esse cum Gaisf. ad locum supra exhibitum: atque uti πελαργιδεῖς memoratos fuisse ab Aristophane iam ex Eust. p. 1821. tenemus, similiter ἀετιδέων mentionem eidem vindicamus.

Videamus singula. Quod Aelianus habet, παρδάλεων δὲ σκύμνοι τε καὶ ἄρκηλοι, supplendum (quod iam Blomf. monuit) ex Eust. p. 1625, 45: παρδάλεων δὲ σκύμνοι καὶ πορδαλιδεῖς· ἄρκτων δὲ σκύμνοι καὶ ἄρκιλοι. Dubitationes de ἀρκήλων natura motas [60]) rerum physicarum gnari expedient; de forma nominis ambigitur. Cum autem Aelianus et Eustathius [61]) hic ἄρκιλος, ille ἄρκηλος suppeditent (quamquam Aeliani codex Gesn. ἀρκύλος praebet cum Polluce V, 15.), nos ut ἄρκηλος praeferamus et Athenaei V. p. 201. C. monet consensus et forma Laconica ἄρκαλος C. I. n. 15. Blomfieldi coniectura ἄρκτιλος facile caremus, nam ἄρκτος et ἄρκος promiscue fere dicuntur, cf. Knoch in Babr. p. 137. sq.

Deinceps πώλους Aelianus βουβαλίδων, Eustathius βουβάλων esse dicit, de qua varietate cf. p. 110. sq.

Μονόλυκος (haud dissimilis tauris ἀτιμαγέλαις p. 109. sq. et suibus μονιοῖς p. 119.), non cognitus est nisi e sequioris aevi au-

---

maxima sit, haud immune credo erroris quod Philo vel Philoxenus ap. Etym. M. p. 63, 55. tradit, pro Αἰακίδης item usurpari Αἰακιδεύς. Ex abusu linguae fluxit *πενθεριδεύς (πενθεροῦ filius) C. I. 4079. 59) Cf. Lobeck. in Soph. Ai. 883. p. 389. sqq. Meinek. Com. IV. p. 625. Nostra in caussa ut differentiam utriusque terminationis perspicias, uti licet Menandreo βοίδης (fr. inc. 437.), quo homo ridetur hebetis et stupidi ingenii: βοιδεύς si extaret, idem esset quod βοίδιον. 60) Cf. Hesych.: Ἄρκηλα (l. Ἄρκηλος)· ᾠόν. Κρῆτες τὴν ὕστριχα. Ubi pro ᾠόν refinxerim ζῷον. 61) Cuius adde p. 1535, 15: ἄρκιλοι τὰ τῶν ἄρκτων εἴκουν ἄρκων νεογνά.

ctoribus, cf. Plut. Alex. 23. atque ubi prosodiae leges duplex λ videntur requirere Arat. 1124. Similiter μονοπείρας λύκους appellat Arist. H. A. VIII, 5. p. 594, a, 30. Fabrica vocabuli μονόλυκος proba est et indubia; praeter allatum μονοπείρας (cf. Menandri fr. inc. 370.) apte adhibeas μουνολέων Leonid. Anth. Pal. VI, 221. μονογέρων Phryn. Bekk. p. 51. μονόπαις de uno filio dictum ap. Eur. Alc. 906. Adde lusum Aristophanicum μονοφαγίστατος Vesp. 923.

De leporum nominibus iungendus cum Aeliano Eust. p. 1821, 34: ὁ λαγὼς οὐ μόνον καὶ πτὼξ καὶ δασύπους λέγεται κοινῶς, ἀλλὰ καὶ τάχίνας εὕρηται παρὰ Λακεδαιμονίοις. Glossam πτώξ ad poetas esse restringendam (id quod similiter tradit Aelian. H. A. VII, 19.) rectissime observavit Aristophanes: locos poetarum qui post Homerum usurparint, dedit Blomf. Gloss. Aesch. Ag. 134: adde complures Anthologiae poetas (Agathiam, Philipp. Thess., Bianorem Anth. Pal. VI, 72. 92. IX, 227.) et Babr. fab. 102, 10. De notione vocabuli dubitatum fuisse et alii testantur et Hesychius II. p. 1074: Πτῶκες· δειλοί. λαγωοί. δορκάδες. ἔλαφοι. νεβροί (ubi aut ἐλάφων νεβροί legendum aut ἔλαφοι νεογνοί). Subiicitur statim similis appellatio significativa (cf. Lobeckius Agl. p. 847. sqq.) Laconica glossa ταχίνας. Hesychius T. II. p. 1355: Ταχίνης (l. Ταχίνας)· λαγωὸς καὶ ἔλαφος. Quod inter πτῶκα et ταχίναν Eustathius interponit δασύπους nomen a comicis poetis frequentatum[62]), cum Aelianus ignoret, dubitari potest an de suo ille addiderit: certe fuerunt qui δασύπουν a lepore proprie dicto discernerent (cf. Meinek. Com. II. p. 211.). Agnoscit tamen glossam Hesychius: Δασύπους· λαγωός.

Docte deinceps vulpis rariora quaedam nomina grammaticus noster composuit: in quibus κερδώ cum antea comici Aristophanis Eq. 1063. auctoritate niteretur, nunc maxime in fabulis frequentatum fuisse ostendit Babr. fab. 19, 2. 50, 13. 81, 1. 82, 4. 95, 10. 36. 43. 47. 99. 101, 5. 106, 9. 16. 20. Nomen de vulpe proprium (cf. Hesych.: Κερδώ· κερδίστη, ἀλώπηξ.) ad γαλῆν translatum fuisse ostendit Artemid.

---

62) Exemplis Bergkii Comment. de reliqq. com. Att. ant. p. 254. adde Antiphan. Cycl. fr. 2. Eubul. fab. inc. fr. 14. Immerito

p. 176. e quo hausit Suid. v. Γαλῆ. Alterum σκαφώρη confirmat Hesychius T. II. p. 1204: Σκαφώρη· ἡ ἀλώπηξ: eodem pertinet Suidae gl. Καφώρης, de qua varietate cf. intt. Greg. C. p. 553. et Maur. Schmidt. Diatr. in Dithyr. p. 90. Similis de tertia appellatione extat ambiguitas: Aelianus σκινδαφός exhibet[63]), Photius contra et Hesychius[64]) in variis corruptelis certe initiale κ liquido ostendunt. Ceterum plurima vulpis nomina per Hesychii lexicon dispersa[65]) ostendunt alias etiam huiusmodi appellationes ab Aristophane fuisse consignatas.

Quae sequitur de porcis narratio, eam integriorem duobus locis praestat Eustathius. Prior locus de v. μολόβρια et Hipponacteo μολοβρίτης extat Od. p. 1817, 19: Ἰστέον δὲ ὅτι μολοβρός καὶ παράγωγον αὐτοῦ μολοβρίτης δοκεῖ καὶ ἐπὶ συὸς λέγεσθαι. Ἀριστοφάνης γοῦν ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν εἰπὼν ὅτι τῶν ἀγρίων ὑῶν τὰ νέα οἱ μὲν κολόβρια, οἱ δὲ μολόβρια καλοῦσιν, ἐπάγει ὡς καὶ Ἱππῶναξ τὸν ἴδιον υἱὸν μολοβρίτην που λέγει ἐν τῷ „κρέας ἐκ μολοβρίτου συός". τάχα δ' ἄν, φησίν, ἐγγίζοι τούτῳ καὶ ὁ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ (ρ, 219. σ, 26.) εἴτε μολοβρός εἴτε μολαβρός· ὅν, φησί, Νεοπτόλεμος ἀναπτύσσων μολοβρὸν εἶπε τὸν ἐπὶ τὴν βορὰν ἐρχόμενον[66]). Altero loco postquam fusius

---

idem nomen expulsum in Babr. 69, 1. 63) Ita enim pro vulg. lectione σκινδακός recte Iacobsius edidit duce Oudend. in Thom. M. p. 534. Arcadius p. 115, 17: σκιδάφη, ἡ ἀλώπηξ. 64) Phot. p. 164, 10: Κιδάφη· ἀλώπηξ. Κιδαφίων· πανοῦργος, δόλιος· κιδάφη γὰρ ἡ ἀλώπηξ. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν κιῶν. Hesychius II. p. 106: Καθουφήν· ἀλώπεκα. p. 255: Κιδαφεύειν· πανουργεῖν. κιδάφη γὰρ ἡ ἀλώπηξ. ἢ ἐσθίειν, ἀπὸ τῶν κιῶν. Κιδαφίων· πανούργων. κιδάφην γὰρ τὴν ἀλώπεκα λέγουσιν. Κίδαφος· δόλιος. καὶ ἡ ἀλώπηξ. p. 262: Κινάιδρα (Phav. κινάνδρα)· ἀλώπηξ. p. 263: Κιναφεύειν· πανουργεύεσθαι. Κινδάφη· ἀλώπηξ. Κινδαφίων· πανούργων, ἀλωπέκων. p. 266: Κίρα· ἀλώπηξ. Λάκωνες. Κίραφος· ἀλώπηξ.

65) Hesychii locos enotavit Albertius v. Σκαφώρη. Adde Siculum κινάδιον restituendum Schol. Theocr. 5, 25. 66) De suo haec subiungit Eustathius: Ὅς ἂν εἴη πάντως καὶ ἀσυνθέτως βορός, ὁποίους πολλοὺς παραδιδοῦσα ἡ παλαιὰ ἱστορία συντάττει ἐκείνοις καὶ τοὺς κυνικούς, λέγουσα ὡς κακολόγοι εἰσὶ καὶ βοροὶ καὶ ἄνοικοι καὶ ἀνέστιοι (cf. Athen. XIII. p. 611. C.). Ἔνθα ὅρα τὸ ἄνοικοι ῥηθὲν σὺν τῷ ν καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἀνέστιοι. εἶεν δ' ἂν βοροί τινες

de nomine χλούνης disputavit, haec subiungit Il. p. 772, 58: Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν δοκεῖ μὴ ἀρέσκεσθαι χλούνην τὸν ἐκτομίαν εἶναι· φησὶ γάρ· „Καλοῦνται τῶν ὑῶν τινες μονιοί· τάχα δ' ἂν παραπλήσιος εἴη τούτοις καὶ ὁ χλούνης κατά τε χαλεπότητα καὶ ἀλκήν· οἱ δὲ ἐκτομίαν λέγοντες τελείως ἀπήρτηνται, φησί, τοῦ ὑποκειμένου." καὶ οὕτω μὲν αὐτός, οὐ σταθερὰ λέγων οὐδὲ ἀνενδοίαστα. Extrema Aristophanis verba omisso auctoris nomine et excitavit idem et interpretatus est Od. p. 1872, 13: ἔτι ἰστέον — — ὅτι σῦς ἀσχέδωρος[67]) εἰρῆσθαι δοκεῖ οὐχ ὁ ἁπλῶς, οἷον ὁ σίαλος, ἢ ἡ (l. καὶ) ἀγελαῖος, ἀλλ' ὁ μονιός, ἤδη δὲ καὶ ὁ χλούνης, ὁ καὶ χαλεπὸς καὶ ἄλκιμος· ὃν δὴ χλούνην οἱ ἐκτομίαν, φασί, λέγοντες τελείως ἀπήρτηνται τοῦ ὑποκειμένου [ἤγουν αἰωροῦνται, ἠερέθονται κτλ.].

Qui loci ut rationem qua Aelianus fontibus suis usus sit liquido commonstrant, ita Aristophaneae expositionis et ambitum et colorem paullo integriorem produnt. Primum novelli porci κολόβρια sive μολόβρια audimus appellari, quorum nominum alterum ab Aeliano quoque relatum confirmat Hesychius T. II. p. 615: Μολόβρια· τὰ τῶν (f. τινῶν) ἀγρίων θηρίων τινὰ (l. τέκνα) οὕτω καλεῖται. Alteram formam κολόβρια analogia muniit Lobeckius Pathol. Prolegg. p. 461. Deinde adducitur Hipponacteum μολοβρίτης, Bergk. Poett. lyr. p. 526. Memorabilis hac in re Eustathii lectio, ἐπάγει ὡς καὶ Ἱππῶναξ τὸν ἴδιον υἱὸν μολοβρίτην που λέγει. Quicum si conferas quod in Aeliano olim edebatur, ἀκούσαις

---

καὶ οἱ ὀψοφάγοι· ὧν προλάμπει Φιλόξενος ὁ κατ' εὐχὴν δουλιχόδειρος, οὐ γεράνου τράχηλον ἁπλῶς εὐξάμενος εὐτυχῆσαι, ἀλλὰ τριῶν λάρυγγα πήχεων, ὅπως, φησί, καταπίνω πλεῖστον ὅτι χρόνον (vide Machonis versus ap. Athen. VIII. p. 341. D.). Ἰστέον δὲ ὅτι μολοβρός παρά τισιν ὁ μονοβρός, ὅπερ ἐστὶ μονοφάγος, τροπῇ συνήθει τοῦ ν εἰς λ. ἡ βορὰ δὲ τοῦτον παράγει, οὐ μὴν τὸ βρῶ βρώσω, κατὰ τὸ „θηγάνη σιδηροβρώς" (Soph. Ai. 820.). Idem Eustathius de v. μολοβρός praemiserat haec: Μολοβρὸς δὲ ὁ ἀγύρτης καὶ μολὼν αὐτὸς εἰς βοράν· ὁποῖος καὶ ὁ γαστέρι μάργῃ διαπρέπων ἐν τοῖς ἑξῆς, οὗπερ οὐκ ἀπέοικε κείμενον παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ (cf. Ionis fragm. ap. Ath. XI. p. 411. B.) τό, Ἡρακλῆς καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας κατέπινεν. 67) Quod nomen (restituendum Arcad. p. 72, 15.) modo illustrarat Eustathius ex Ath. IX. p. 302. B.

δ' ἂν τοῦ Ἱππώνακτος καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν μολοβρίτην που λέγοντος, atque frequentem addideris vv. ὗς et υἱός confusionem[68]), haud improbabile videbitur perversa scriptura deceptum fuisse Eustathium.

Admonet deinceps Aristophanes Homericae glossae μολοβρός, cuius alteram idem formam memorat μολαβρός, quam glossam cum nomine μολοβρίτης cognatam suspicatur: quamquam certam non exhibet interpretationem vocabuli obscurissimi, cuius sensum neque vetusta enucleant etymologiarum artificia, neque recentioris aetatis homines docti explanarunt[69]). Neoptolemi[70]) commentum a plerisque veterum magistris propagatum nemo nunc negabit esse falsissimum. — Porro καλοῦνται, inquit Aristophanes, τῶν ὑῶν τινὲς μονίαι an μονιοί[71]): nam de forma ambigitur. Ac μονίαι in Aeliani loco recepit Iacobsius e Med. et Monac. quibus tametsi opitulari videtur Aug. et Paris. 1. 2. scriptura μονιαί, repugnat tamen tum ceterorum grammaticorum consensus, qui unam formam μονιός de apro aliisque feris usurpari testantur[72]), tum Eustathii locus Od. τ. p. 1872, 16. qui μονιός

---

68) Cf. Theognostus Anecd. Ox. II. p. 24, 8.: ὕσπελθος, υἱὸς ἔκπατος. Festive editor pro ἔκπατος legi vult ἐπακτός. Immo rescribas: ὑσπέλεθος, ὗς ἀπόπατος. Similiter Schneidewinus Coni. crit. p. 166. 69) De veterum conatibus quorum plerique μολοβρόν appellatum volunt παρὰ τὸ μολεῖν ἐπὶ βορράν, cf. Schol. Od. ρ, 219. Herodian. Excerpt. post Etym. Gud. p. 971. Hesych. T. II. pp. 615. 754. Etym. M. p. 590, 5. Gud. p. 397, 24. Orion. p. 103, 33. Inter recentiores vide ut alios mittamus Lobeckii Paralip. p. 259. not. 70) Intellige Neoptolemum Parianum poetam et glossographum, cuius memoriam nuper instauravit Meinekius Anal. Alex. Epim. V. ubi Eustathii locus affertur p. 359. Ceterum num Neoptolemus Aristophane antiquior fuerit vehementer dubito; ac videndum an verba ὅν Νεοπτόλεμος et quae sequuntur alio e fonte subtexuerit sive Eustathius sive auctor eius scholiasta: quam suspicionem cum tradita scriptura facile conciliabis, modo pro ὅν, φησί, Νεοπτ. rescribas ὥν, φασί, Νεοπτόλεμος. 71) Pristinae scripturae μόνιος (quam sequuntur Spanh. in Callim. hymn. Dian. 84. Furia nott. in Fabul. Aesop. 185.) refragantur grammaticorum testimonia, ut Arcad. p. 40, 2. ubi quod sequitur ὡς κύριον delendum videtur, et Theognost. p. 55, 20. cf. Herod. Epim. p. 173.

72) Herod. Epim. p. 173. Phot. p. 274. Suid. Hesych. Thom. M. p. 400,

et [illegible], ita contendit differre, ut illud de feris solitariis, hoc de hominibus usurpetur: Ὄψει δ' ἐν ποίαις καὶ τὸν μονιὸν σῦν, οἱ [illegible] καὶ μονίας, λεγόμενα ἐπὶ ἀνθρώπων [illegible].

Quae sequitur glossa χλούνης, in ea explananda plurimum veteres dissenserunt et diversissimas amplexi sunt sententias[73]. Aristophanes eos maxime impugnat qui castratum porcum intellexerunt: quorum agmen quamvis ipse ducat Aristoteles[74], tamen si Il. I, 539 respexeris, minime improbandum consilium Aristophanis intelliges, qui perniciosam potius agrum et segetem [illegible] quam virilitatis expertem et [illegible] significari voluerit. Iam quod χλούνης de [illegible] apud Aesch. Edon. fr. 62. [illegible] Eum. 188 [illegible] dubia est et incerta interpretatio, [illegible] hisce quempiam uti testimoniis[75]. [illegible] certus auctor cui χλούνης

72) Cram. Anecd. Oxon. II. p. 448. 29: Χλούνης· σύαγρος ἤτοι ξη- [illegible] (l. [illegible]ζόμενος). Ἀλλὰ [illegible] nomen [illegible] Etym. M. p. 590. 29. Gud. p. 562, 52. Gloss. cod. Monac. 230 fol. 245: Χλούνης σημαίνει ἄρχος. [illegible] 73) Varia grammaticorum tentamina recensentur in Scholiis I, 539. Plerique χλιδώνην iubent esse [illegible]: ita Apoll. L. H. p. 712. Choerob. Bekk. p. 1208. Zon. p. 1854. Etym. M. p. 812. 45. Gud. p. 567, 48. Hesych. denique Gramm. post Etym. Gud. p. 617. Poetarum usui nomen vindicat et simpliciter ἄγριον σῦν explicat Thom. M. p. 400. Cf. Cyrill. in Matth. Gloss. min. p. 29: Χλούνης· ὁ ἀγριό-λ[illegible]. De Aristarchea sententia quod Papius tradit, equidem nescio unde compertum habeat. Mendosa est forma χλοῦνις (Gramm. post Etym. Gud. p. 617. Schol. Aesch. Eum. 183. v. l. in Suid. s. [illegible]), quam Hipponacteo fragmento obtrudi volebat G. Hermannus: vide Meinekium de Choliamb. p. 122. 74) Aristot. H. A. VI, 28. Quo respiciunt Plutarchus Quaest. Nat. p. 927. D. et Eust. Il. pp. 450, 13. 772, 55. Ceterum Aristoteles μονίαν σῦν non alium intellexit quam ἄγριον. Turpius lapsi sunt qui οἰκοτροφῇ σίαλον interpretarentur, quod adeo in Homerico loco a nonnullis admissum est. Similiter Schol. Aesch. Eum. 183. ubi legendum: ἐπεὶ χλούνης ὁ σῦς, κάπροι δὲ συνεχῶς εὐνουχίζονται, διὰ τοῦτο τὴν ἀποκοπὴν συικὴν εἶπεν, οὐκ ἀνθρωπίνην. 75) Ae-

i. q. ἀπόκοπος sive ἐκτομίας fuerit, praeter Aristotelem et grammaticos ei addictos non extare videtur nisi Aelianus [76]). Sed Aeliani usu sive abusu prisci vocabuli significatum ceteroquin suspectum nemo stabiliet; ac vides quod χλούνης spado esse perhibetur, id recidere ad Aristoteleam Homericae glossae interpretationem. Cui interpretationi neque Iliadis locus favet, et aperte refragatur tum quod χλούνης nonnunquam λωποδύτην significat — quam notionem afferunt Hesychius et Suidas, confirmant vetus iambographus qui Hipponax putatur ap. Schol. *I*, 539. et Alex. Aetolus ap. Ath. XV. p. 699. C. — tum Hesychii mentio de verbo hinc derivato: Χλουνάζειν· κινύρεσθαι. Quae notionum differentia consentaneum est ut ad communem significatum revocetur ex ipsa si fieri possit origine vocabuli repetendum. Ac primum indubium est nomen χλούνης antiquitus (Il. *I*, 539. Hes. Scut. 168. 177.) non peculiarem apri qualiscunque denominationem efficere, sed epitheti loco nomini σῦς apponi. Falso igitur complures poetae Alexandrini [77]) atque ipse noster grammaticus (cuius similem errorem de adi. ἴξαλος supra p. 105. notavimus) substantivum nomen habuerunt quod esset adiectivum. Minus certo etymologiam vocabuli praestiterim [78]): fortasse χλούνης

---

schylum nomine χλούνης de spadone usum esse solus tradit Eust. p. 772, 54. cum inepto quem not. 74. attulimus scholiasta. Sed in Eumenidum loco is qui vulgo praecipitur nominis χλοῦνις significatus plane repudiandus est: Edonorum fragmentum, de quo Bernhardy in Dionys. Per. p. 942. coniecturam periclitatus est, nimia versatur in obscuritate. 76) Eust. Il. p. 772, 54: ὅτι δὲ καὶ ἐντομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανός, μάλιστα ἐν τοῖς περὶ προνοίας λέγων τὸν ἀπόκοπον. Huc igitur merito fragmentum illud refertur quod Suidas compluribus locis (cf. intt. v. Τηκεδόνι) servavit; ubi cum Epicurus χλούνης τε καὶ γύννις audiat, facile videmus Aristoteleam secundum interpretationem, quamvis novato usu, de homine nomen dici effeminato et semiviro. 77) Ita χλούνην aprum dixerunt Callim. H. Dian. 150. Nicand. ap. Ath. XV. p. 683. A. Opp. Hal. 1, 12. 5, 35. Adiectivum esse χλούνης, vel accentus genit. plur. χλούνων demonstrat: vide Arcad. p. 134. f. 78) Virorum doctorum coniecturae malo quasi hereditario laborant eo quod non ad universam vocabuli potestatem respiciunt. Vide quos honoris caussa affero O. Muellerum in Aeschyl. Eumenid. p. 65. n. Schneidewinum Del. p. 218.

eiusdem ac nomen *κλόνος* radicis est et *turbas cientem, perniciosum* significat, unde quomodo *λωποδύτου* notionem potuerit induere facile assequimur [79]: *χλουνάζεσθαι* — id enim Hesychius flagitare videtur — inde fuerit *perturbato, anxio, sollicito animo esse*, quae certe ei quem Hesychius tradit significatui satis sunt contigua; atque eodem Aeschyleum locum Eum. 188. revocarim.

Subiecerat Aristophanes de cervorum nominibus disputationem ab Aeliano minus fideliter expressam. Nam certe quae nostris in exemplaribus leguntur, *Τάς γε μὴν δορκάδας καὶ ζόρκας καὶ πρόκας εἰώθασιν ὀνομάζειν*; de aetatum differentia nil omnino produnt. Me iudice genuina Aristophanis expositio prestat ap. Eust. Il. p. 711, 29: Νεβρὸς δὲ οὐ τελεία ἔλαφος, ἀλλ᾽ ὁ νεωστὶ βορὰν δεχόμενος κτλ. — ἕτερος δέ τις γράφει οὕτω· „Ἐλάφων τὰ μὲν νέα *νεβροί*, αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ᾽ ἐλάφους μεταβάλλουσαι καλοῦνται *κεμάδες*, τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ *ἔλαφοι*· εἰ μὴ ἄρα, φησίν, οἱ *ἀχαιίναι* καὶ οἱ *σπαθίναι* λεγόμενοι ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν ἢ εἴδει καὶ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει.“ Λέγει δ᾽ αὐτὸς καὶ τὰς *πρόκας* παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐπὶ ἐλάφου κεῖσθαι, παρ᾽ ᾧ καί τις διὰ δειλίαν παρωνομάσθη πρόξ [80]). Quibus fere consentit Schol. Il. Θ, 248. in Cram. A. P. III. p. 229. sq. Agnoscimus ex ungue leonem, atque exquisitae doctrinae ubertas omnisque color disputationis indubium fragmenti auctorem arguit Aristophanem. Quamquam grammatici expositionem ne hac quidem narratione integram perhiberi, vel sine Aeliani testimonio ex omissis nominibus δόρξ et δορκάς facile suspicaremur.

Singula ut paucis perstringamus, *νεβρός* de tenerrima aetate dici nemo dubitat [81]): etymologias veterum enarrari,

---

Goettlingium in Hes. Scut. 168. 79) Hunc significatum diversa via veteres assequuntur: *χλούνην* intelligunt praedonem utpote τὸν ἐν χλόῃ ἐνευναζόμενον (cf. Meinek. Anal. Alex. p. 232.). Conatus [illegible]. 80) Alienae originis haec accedunt. *Εἰς δὲ τοὺς ζητήσαντας ἀχαιίνας ἐνθυμητέον τὴν παρ᾽ ἑτέρῳ ποιητῇ* (Apollon. Rhod. IV, 175.) *ἀχαιινέην ἔλαφον, περὶ ἣν πολλὰ πονοῦνται οἱ ἐξηγηταί. εἰ δὲ καὶ αἱ δορκάδες καὶ αἱ ζόρκες ἐλάφου εἴδη κατὰ τὰς ἡλικίας, ἄλλοθι ζητητέον.* 81) Hesychius: *Νεβροί· ἐλάφων*

qui ἐκ τοῦ νέον βορᾶς ἢ πορείας[82]) ἄρχεσθαι dictum volunt, non attinet. Paulo rarius est nomen κεμάς in Homero semel obvium (*K*, 361.) ac deinde Alexandrinorum poetarum usu identidem frequentatum. Grammatici de notione vocabuli dissentiunt; ac nonnulli vanis etymologiis eo adducuntur ut κεμάδας iunioris quam νεβρούς aetatis existiment. Vitiosum est quod in Hesychio editur: Κεμάς· νεβρὸς ἔλαφος. τινὲς δὲ δορκάς: ubi pro νεβρὸς ex Schol. D. *K*, 361. sive Etym. M. p. 503, 3. νεογνὸς videtur substituendum. In Apollonii L. H. p. 392: Κεμάς, τῶν ἅπαξ εἰρημένων· οἱ μὲν ἐλάφου γένος, οἱ δὲ δορκάδος. pro δορκάδος revocandum δορκάδα: alteram corruptelam facile tolles adhibito Eust. p. 811, 57: κεμάς δὲ κατά τινα γλῶσσαν τὸ τῆς ἐλάφου, φασί, γέννημα. Diversis e fontibus male consarcinata est glossa Etym. M. p. 503. ubi post illa quae melioris sunt notae: κεμάς ἐστιν ἡ ἐκ νεβροῦ μεταβληθεῖσα[83]) ἔλαφος, statim inepta magistrorum quorundam etymologia subiicitur, κοιμάς τις οὖσα: cui superstructum est quod accedit commentum (similiter in Scholiis Apollon. Rhod. IV, 12. traditum): διαφορὰν δέ φασιν εἶναι κεμάδος καὶ νεβροῦ· κεμάδα γὰρ εἶναι τὴν ἐπικοιμωμένην (l. τὴν ἔτι κοιμωμένην ἐν) τῷ σπηλαίῳ (hoc loco inseras extrema verba, καὶ μήπω δυναμένην ἐξιέναι τοῦ σπηλαίου διὰ σμικρότητα)· νεβρὸν δὲ τὸν μείζονα καὶ ἐπὶ βορὰν νεμόμενον· καὶ ἀχηνέα (l. ἀχαιίνην), παρὰ τὸ ἄχειν[84]) καὶ λυπεῖσθαι περὶ τὰ ἴδια τέκνα.

Subiiciuntur ἀχαιῖναι et σπαθίναι. Prioris nominis formam masculinam munire licet Phalaeci (Anth. Pal. VI, 165.) epigrammate et ipsius Aristotelis auctoritate H. A. IX, 5. p. 611, b, 18. adde Antig. Caryst. p. 79, 20. Femininum genus habes ap. Aristot. H. A. II, 15. p. 506, a, 24. Antig. Caryst. p. 70, 12. Babr. 95, 87. Cf. Apoll. Rhod. IV, 175. Oppian.

---

γεννήματα. Nonnunquam paulo latius aceeptum est: cf. καρδίην νεβρείην Babr. fab. 95, 93.

82) Ita Eust. p. 1498, 34. Qui locus una cum aliis Gaisfordi conatui obstat in Suid. v. Νεβρός pro νεοπόρος, quae librorum est scriptura, νεοβόρος reponentis. Praeter Etym. M. p. 599, 44. cuius loci Bernhardy admonuit, cf. Eust. p. 1663, 34.

83) Legendum μεταβάλλουσα cum Aristophane Byz. et Gudiano Etym. p. 314, 17.

84) Ne mutemus verbum a grammaticis efficitum, monet Etym. Gud. pp. 99, 58.

Cyneg. II, 426. Praeter Etym. M. p. 503. huc spectat Hesych. I. p. 655: Ἀχαὶ νεβρῶν· ἐλάφων ἡλικίαι. Ita editur, sed codex teste Schowio praebet Ἀχαίνε, ἐλάφων ἡλ. Unde refingas Ἀχαιῖναι· ἐλάφων ἡλικία. Ceterum quod vocabulum ab ἀκή repetunt cervique eam volunt significari aetatem, quae nostratibus „Spiesser" audit, parum iudico verisimile: neque assequor rationem Knochii in Babr. p. 144.

Reconditioris doctrinae alterum σπαθίνης, quo probabile est cornuum formam et habilitatem depingi. Fabrica vocabuli fere congruere videtur cum nominibus ταχίνας, χοιρίνης simm. ap. Meinek. Com. III. p. 641. cf. Hesych. T. I. p. 1164: Ἐλαφίνης· νεβρός. Lobeck. Pathol. p. 213. sqq. Unde non dubito quin ex Eustathio et Hesychii glossa refingenda sit II. p. 1240: Σπαθήνης· τῶν ἐλάφων τις οὕτω καλεῖται, ἢ ἡλικίαν ἐλάφου. et Schol. Apoll. Rh. IV, 175: Ἀχαία ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαιινέαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ σπαθιναῖαι (l. σπαθῖναι) καλοῦνται. Auctorem nominis ignoramus.

Insequentem Aristophanis disputationem breviatam Scholia Crameri et Eustathius exhibent. De v. πρόξ vide Liebel. in Archil. p. 252. Aristophanem δορκάδα intellexisse (auctore opinor Aristotele H. A. II, 15. de partt. anim. IV, 2.) ex Aeliani loco, cui Schol. et Eust. non refragantur, videtur probabile: certiora testes nostri denegant. Ceterum de vocabulo πρόξ disputans obiter tetigit grammaticus noster translatum ab Archilocho nomen ad ignaviam nescio cuius notandam. Quae observatio cum proprie inter Βλασφημίας esset referenda, tamen quoniam ad notionem vocabuli definiendam apta est, non dubitamus quin h. l. inspersa fuerit. Eodem de vocabulo alterum huiusce metaphorae exemplum in Hesychianae glossae labe agnoscimus, II. p. 1014: Πράκες. Ἀρίσταρχος, κλωνίαι ἔλαφοι (f. ἡλικία ἐλάφου). ἀπεδόθησαν δὲ φρατρίαι ἀνδρῶν διαβεβλημένων ἐπὶ μοχθηρίᾳ. Ubi vide an Aristophanis nomen pro Aristarcho substituendum sit. Ante ἀπεδόθησαν quaedam intercidisse iam Albertius monuit.

Ab voc. πρόξ tam forma quam significatu non multum dissidet δόρξ, cuius usitatior est forma δορκάς [85]) sive ζόρξ

100, 21. 85) Uti δορκάς a δόρξ derivatum est, item προκάς formavit auctor Hymn. in Ven. 71. Uberiorem videmus in priore

ac si admitti hoc debet cum Hesychio ἴορξ[86]). Idem Hesychius alia quaedam cervorum nomina suppeditat: Βείριξ· ἔλαφος. Βέρκιος ἔλαφος, ὑπὸ Λακώνων (cf. Koen. in Greg. Cor. p. 593.). Βρένδον· ἔλαφον (cf. Etym. M. p. 212, 27. 47. Gud. p. 115, 4. Steph. Byz. v. Βρεντήσιον.). Πέχαρις· ἔλαφος· Ἀμερίας. Quorum quid Aristophanes attulerit nescimus, sed hinnulei nomen omissum mireris illud quo Homerus utitur ἐλλός sive ἑλλός, de quo cf. Toll. in Apoll. Lex. Hom. p. 257. Lobeck. Pathol. Prolegg. p. 291. sq.

Insequens Aeliani annotatio glossam ὄβρια spectat: cum Eustathius (p. 1625.) ὀβρίκαλα subiungat, hoc alterum nomen dubitari potest utrum ipsius scriptoris incuria an librariorum errore in Aeliano nunc desideretur; si quid mutandum, post ὄβρια malim καὶ ὀβρίκαλα suppleri, quam cum Valck. Diatr. p. 200. ὄβρια reiici formam satis tutam[87]). Utrumque nomen cognatum cum adi. ὄβριμος de maiorum ferarum pullis dictum videtur. E Photio coniicias ab Aeschylo fr. 40. luporum catulos ὄβρια appellatos fuisse: unde suspicamur, Euripidem Pel. fr. 8. ad ὕστριχας[88]) alterum utrum nomen transtulisse.

---

nomine succrevisse formarum segetem: ubi δόρκος, δόρκων, δορκαλίς ascita sunt. Suspectum δόρκη Eur. Herc. F. 376. de quo cf. Dindorf. in Thes. Paris. II. p. 1640. Formam δόρκων ab Ath. IX. p. 397. A. improbatam afferunt Suid. et Eust. p. 1259. f. 86) Hesych. T. II. p. 54: Ἴορκες· τῶν δορκάδων ζώων. ἔνιοι δὲ ἡλικίαν ἐλάφου. ibidem p. 85: Ἴυρκες· αἶγες ἄγριοι, ὑστριχίδες. Fidem formae asserit Oppianeum ἴορκος. 87) Praeter Theognost. p. 122, 24. cf. Phot. p. 314, 22. Quo respicit Eust. p. 1395, 48. 88) Hinc ducta Blomfieldi suspicio, qui ap. Hesych. v. Ἰβρίκαλοι pro χοῖροι scribi iubebat ἀκανθόχοιροι. Sed frustra fuerit qui hisce in explicationibus nimiam ab Hesychio requirat accurationem, qui ut v. Ὀβρικάλοις parum fide ad Aesch. Ag. 140. interpretationem suam exigit (II. p. 712: Ὀβρικάλοις· τοῖς τῶν θηρίων ἐκγόνοις), ita altera glossa nunc depravata suae ipse scripturae testis est. Nam quod II. p. 748. legitur: Ὄμβρος· χοιρίδιον. ἢ ὑετός, facile ad sanitatem revocabitur, si abieceris extrema verba ἢ ὑετός, addita illa a librario qui tritum vocabulum ὄμβρος haud incognitum sibi vili annotatione significarit. Qua lacinia dempta, cum masculina glossae forma incomperta sit, genuinam hanc habebimus scripturam: Ὄμβριον· χοιρίδιον. Nam μ ante β, π, φ, saepissime euphoniae caussa insertum ex simili cognati adiectivi forma ὄμβριμος (quam Goettlingius ipsi tribuit Hesiodo) hoc quoque in nomine nancisci videtur

Quae subiiciuntur apud Aelianum, cum Iacobsio Vol. II. p. 663. ad codicis Vaticani fidem duxi revocanda, nam cassa sunt quae olim legebantur, τὰ δὲ ἔτι (vel ἤδη) ἐν τῇ γαστρὶ ἔμβρυα· καλοῦσι δὲ τὰ τῶν — κροκοδείλων· ἔνιοι δὲ ἔμβρυα κτλ. Nunc sententia saltem loci stabit, quamquam integram aut Aeliani aut Aristophanis manum restitutam non puto. Aliam plane Aristophanis disputationem prodit Eust. p. 1625. (supra p. 113.): ἔμβρυα δέ τινα καὶ ἀρτιγενῆ δὲ ψάκαλα λέγει καλεῖσθαι καὶ ὀρταλίχους, ac similiter altero loco ubi Aristophanis glossas omisso auctoris nomine percenset, p. 777, 62: ψάκαλα τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἄρτι δὲ γεγονότα, ὅθεν καὶ ψακαλοῦχοι μητέρες παρὰ Σοφοκλεῖ (cf. Schol. Il. *I*, 601. in Cram. Anecd. Paris. III. p. 242.).

De prioris glossae forma non consentiunt inter se veteres: Aelianeum ψακάλους suspectum; originem fraudis facile ex insequenti vocabulo repetas; nam ψάκαλα καλοῦσιν admodum proclivi librariorum lapsu in hodiernam scripturam abire poterat. Altera varietas quae ad vocalem spectat primae syllabae, apud grammaticos modo per α modo per αι elatae, non potest diiudicari nisi ex ipsa glossae origine. Iam cum ψάκαλα a rore appellata sint (qua de metaphora cf. supra p. 106.), ut ψακάς et ψεκάς eiusdem nominis aeque probae habentur formae, ita pullos tam ψάκαλα quam ψέκαλα dici potuisse consentaneum est. Itaque cum alterius ψαίκαλον nulla appareat ratio, ψέκαλον incompertum sed legitimum non dubitamus sufficere: atque corripi primam nominis syllabam ostendit fragmentum Sophoclis ab Aristoph. servatum, ψακαλοῦχοι μητέρες αἶγές τ' ἐπιμαστίδιον γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν [89]). Neque iis forma ψαίκαλον utitur auctoritatibus quae satis tutae videantur. Nam in Hesychio ipsa litterarum series ψάκαλον flagitat [90]): remanent (praeter Aeliani locum, ubi cod. August. ψαικάλους praebet) Theognost. p. 13, quo muniatur.

89) Soph. fr. 962. ubi dudum emendarunt Eustathii scripturam αἶγες μητέρες τ' ἐπιμαστίδιον κτλ. Ceterum Sophoclis locum ad Ποιμένας rettulerim. 90) Post gl. Ψακαστά II. p. 1572. haec sequuntur: Ψαικάζει· ῥάνει (corr. ex Etym. M. p. 817, 13.). Ψαίκαλον· ἔμβρυον, βρέφος. Ψαικάς, ψακάς· ῥανίς (leg. cum Cyrillo: Ψακάς, ψεκάς· ῥανίς.). [Ψαικάλουχον· ἔμβρυον.]

8. Herod. Epim. p. 154. Suidas. Thessalicum esse vocabulum, solus quod sciam Aelianus tradit.

Frequentius alterum nomen ὀρτάλιχοι, quod proprie de avium pullis [91]) dictum solus videtur Sophocles allato fragmento ad capellas transtulisse. Boeotis imprimis familiare fuisse vocabulum, et Schol. Ar. Ach. 871. testatur et ipsa persuadet terminatio: adde Strattidem Com. II. p. 783. Aelianus et hoc de nomine et in ceteris paulo liberius grammatici nostri disputationem videtur mutasse. Genuina Aristophanis verba omissa eius nomine tradita facile agnoscas ex Schol. Il. *I*, 323. in Cram. A. P. III. p. 236. sive Eust. Il. p. 753, 54: οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ οὕτως· Ὀρνίθων τὰ ἐν ὄψει ἤδη ὄντα νεοττοί, κατὰ δέ τινας ὀρτάλιχοι. Ἀχαῖος δὲ σκληρότερον ἔφη τὸ „χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος“ [δέον ὂν εἰπεῖν νεοττὸν ἤγουν ἀλλὰ χελιδονιδῆ]. Praeter extrema verba, ab inferioris ordinis magistro addita, Aristophanea haec esse, vel ex Achaei loco (fr. 35. Url.) de quo ipse Aelianus admonuit, facile colligas. Mox Aelianus habet, καὶ τόν γε πέρυσιν ὀνομάζομεν, ubi obtemperavi Iacobsio qui adiectivum περυσινὸν de coniectura inseruit, nisi fortasse περσύαν scribendum duce Galen. Gloss. Hippocr. p. 544. De hominis aetate adi. περυσινός [92]) dictum testantur Pollux II, 9. et Hesychius. In sequentibus Aeliani verbis suspectum est nomen χηναλωπεκιδεύς: ceterum h. l. excidisse crediderim nomina ap. Suidam allata de quibus diximus p. 115. Denique quod Achaeus hirundinis pullum μόσχον appellasse refertur, id excusationem habet ab ipsa qua veteres huiusmodi notiones miscebant licentia. Nam βοῦς, μόσχος, δάμαλις, πῶλος all. de hominibus dici nemo nescit (cf. Spanh. in Callim. h. Dian. 254.), item βρέφος ad animalia videmus translatum (Antiatt. p. 84. Callim. h. Ap. 51. fr. 28. Aelian. locis innumeris); proxime denique ad Achaei vocem accedit glossa Hesychii: Νέβρακες· οἱ ἄρρενες νεοττοὶ τῶν ἀλεκτρυόνων.

---

Ψακαλοῦχοι· ψακάδας (l. ψάκαλα) ἔχουσαι, εἰσὶ δὲ ἔμβρυα. 91) Locos veterum annotavit Blomf. Gloss. Aesch. Ag. 53. Accedat Archiae epigr. Anth. Pal. IX, 346. Agathiae versum ibidem habes V, 292. 92) Obiter moneo τοῦ περυσ[ινοῦ, non τοῦ περυσ[ίου supplendum videri in titulo C. I. 75, 17.

## 2. *Περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων.*

Cognationis et affinitatis nomina nemo veterum grammaticorum aut ante Aristophanem Byz. aut eadem qua ille laude videtur explicasse. Huius igitur vestigia secuti videntur qui postea eandem sibi delegerunt provinciam [1]). Fragmenta nostra duplicis sunt originis; nam praeter grammaticorum testimonia qui *Συγγενικῶν* Aristophaneorum diserte meminerunt, tres extant annotatiunculae in fragmento Parisino (p. 80.) continuo se ordine excipientes (§. 12—14.), quas huc referre mecum nemo dubitabit. Quae annotationes eo quoque nomine utiles sunt, quod *Συγγενικὰ* luculentissime demonstrant non peculiari libello fuisse ab Aristophane con-

---

1) Qui post Aristophanem haec capessierit, certum non novi auctorem praeter Philistidem, cuius *Συγγενικὰ* commemorat Eust. Il. p. 84, 41: *ἡ δὲ ἱστορία εἰς ταὐτὸν ἄγει τῇ νεανίδι τὴν Παλλάδα, οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὰς μείρακας ὀνομάζεσθαι λέγουσα· ὅθεν καὶ ἡ παλλακὶς παρωνόμασται, καὶ πάλλαντες δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὥς φησι Φιλιστίδης ἐν Συγγενικοῖς.* Athenaei locus quo Zenophanes *ἐν Συγγενικῷ* laudatur, vix sanus est. Dico X. p. 424. C: *ἔλεγον δὲ καὶ ἔφηβον τοιοῦτον σκεῦος* (sc. *ποτήριον*), *ὡς Ζηνοφάνης ἐν τῷ Συγγενικῷ.* Ubi fuerunt qui pro *Ζηνοφάνης* requirerent *Ἀριστοφάνης*, quae coniectura inanis est. Etenim quo tandem pacto vasis potatorii memoria [illegible] *Συγγενικῶν* argumento conciliabitur? Itaque non auctoris [illegible] spectarim sed allati libri titulum; ac fortasse pro *Συ*[illegible]ndum *Συμπ*[illegible] Certe inter *Συγγενικῶν* scriptores [illegible] referre non [illegible] Item Andronis et Suetonii opuscula [illegible]i merito [illegible] Lobeckius Pathol. p. 40. n. 44. Se[illegible]xtitisse q[illegible] agellum colerent, tam Eustathius pe[illegible]aliquot h[illegible] gumenti locos e lexicis rhetoricis a[illegible] delibavit [illegible] 565. p. 971.), quam uberiores magis[illegible]am expos[illegible] ex vetustis opibus collectae, veluti Po[illegible] sqq. et [illegible] mae M. v. *Τίθην.*

signata, quae vulgaris erat opinio, sed maiori Λέξεων corpori inclusa nil nisi unam amplissimi operis constituisse particulam. Quae praeterea novimus Συγγενικῶν fragmenta, Eustathio maxime debentur vel potius Scholiis quibus ille usus est Homericis et Photii Lexico; quibus accedit ex undecimo post Christum saeculo testimonium anonymi auctoris epistolae ad Alexium Comnenum perscriptae. De titulo huius capitis quae feruntur discrepantiae, facile possunt componi. Genuinam inscriptionem περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων monstrat fr. IX. Verum ὀνόματα sponte quivis intelligit; hinc περὶ συγγενικῶν fr. VI. ubi vulgo inepte editur περὶ συγγενῶν. Denique pro ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν sueta breviloquentia dicitur ἐν τοῖς συγγενικοῖς fr. VIII. Idem restituerim fr. VII. pro ἐν τῷ συγγενικῷ, nisi ageremus cum Byzantino homine notae vilioris: certe usus huius loci sive corruptela sive imperitia non debebat efficere ut aut Συγγενικός aut Συγγενικόν Aristophani tribueretur. Ceterum nihil Aristophani profuit, qui nuper huius et praegressi capitis fragmenta congessit Mauritius Dittrich in Philol. I. p. 225—259.

VI. Photius p. 318, 18: Οἰκείαν· τὰ τοιαῦτα παρωσημειοῦτο Ἀριστοφάνης πρὸς τὴν οἰκείαν· ὅτι οὐ κυρίως κεχρῆται τῷ ὀνόματι· οἰκείους γὰρ ἐκτίθεται ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν τοὺς κατ' ἐπιγαμίαν παρεζηγμένους ἔξωθεν· ὁ δὲ [illegible] οὐχ ὡς [illegible] δρος ἐνίοτε ἐπὶ τῶν συγγενῶν λέγει, [illegible] καὶ κατ' ἐπιγαμίαν φίλων. [ὁ γὰρ τὴν ἐπιγαμίαν [illegible] συγγενής· οἰκεῖος δὲ ὁ συγγενής.]

Codicis scripturam κέχρηται et [illegible] [illegible]ckius Com. IV. p. 311., συγγενικῶν pro [illegible] Meierus. Emendatore etiamnunc indigent [illegible] [illegible] verba, ubi quae nunc perhibentur dubito [illegible] [illegible] an inepte assuta; sententiam fere hanc [illegible] [illegible]ιγαμίαν λαμβάνων ἐστὶν [illegible]

[illegible] doctrinam Aristophaneam, qua [illegible] quoque [illegible] [illegible]am fuisse videtur, supplere licet e frequentissimis grammaticorum testimoniis. Photius p. [illegible]: [illegible] [illegible] καὶ ἀνεψιῶν καὶ [illegible] κατὰ πατέρα καὶ μητέρα [illegible] [illegible] τελευτήσαντος [illegible] ἔξω τούτων [illegible]

## 2. *Περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων.*

Cognationis et affinitatis nomina nemo veterum grammaticorum aut ante Aristophanem Byz. aut eadem qua ille laude videtur explicasse. Huius igitur vestigia secuti videntur qui postea eandem sibi delegerunt provinciam [1]). Fragmenta nostra duplicis sunt originis; nam praeter grammaticorum testimonia qui *Συγγενικῶν* Aristophaneorum diserte meminerunt, tres extant annotatiunculae in fragmento Parisino (p. 80.) continuo se ordine excipientes (§. 12—14.), quas huc referre mecum nemo dubitabit. Quae annotationes eo quoque nomine utiles sunt, quod *Συγγενικὰ* luculentissime demonstrant non peculiari libello fuisse ab Aristophane con-

---

1) Qui post Aristophanem haec capessierit, certum non novi auctorem praeter Philistidem, cuius *Συγγενικὰ* commemorat Eust. Il. p. 84, 41: *ἡ δὲ ἱστορία εἰς ταὐτὸν ἄγει τῇ νεανίδι τὴν Παλλάδα, οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὰς μείρακας ὀνομάζεσθαι λέγουσα· ὅθεν καὶ ἡ παλλακὶς παρωνόμασται, καὶ πάλλαντες δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὥς φησι Φιλιστίδης ἐν Συγγενικοῖς.* Athenaei locus quo Zenophanes *ἐν Συγγενικῷ* laudatur, vix sanus est. Dico X. p. 424. C: *ἔλεγον δὲ καὶ ἐφηβὸν τοιοῦτον σκεῦος* (sc. *ποτήριον*), *ὡς Ζηνοφάνης ἐν τῷ Συγγενικῷ.* Ubi fuerunt qui pro *Ζηνοφάνης* requirerent *Ἀριστοφάνης*, quae coniectura inanis est. Etenim quo tandem pacto vasis potatorii memoria cum *Συγγενικῶν* argumento conciliabitur? Itaque non auctoris nomen suspectarim sed allati libri titulum; ac fortasse pro *Συγγενικῷ* legendum *Συμποτικῷ.* Certe inter *Συγγενικῶν* scriptores Zenophanem referre non ausim. Item Andronis et Suetonii opuscula diverso ordini merito accenset Lobeckius Pathol. p. 40. n. 44. Sed complures extitisse qui hunc agellum colerent, tam Eustathius persuadet, qui aliquot huius argumenti locos e lexicis rhetoricis aliisve fontibus delibavit (Il. p. 565. p. 971.), quam uberiores magistrorum quorundam expositiones ex vetustis opibus collectae, veluti Pollucis III, 5. sqq. et Thomae M. v. *Τίθην.*

signata, quae vulgaris erat opinio, sed maiori Λέξεων corpori inclusa nil nisi unam amplissimi operis constituisse particulam. Quae praeterea novimus Συγγενικῶν fragmenta, Eustathio maxime debentur vel potius Scholiis quibus ille usus est Homericis et Photii Lexico; quibus accedit ex undecimo post Christum saeculo testimonium anonymi auctoris epistolae ad Alexium Comnenum perscriptae. De titulo huius capitis quae feruntur discrepantiae, facile possunt componi. Genuinam inscriptionem περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων monstrat fr. IX. Verum ὀνόματα sponte quivis intelligit; hinc περὶ συγγενικῶν fr. VI. ubi vulgo inepte editur περὶ συγγενῶν. Denique pro ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν sueta breviloquentia dicitur ἐν τοῖς συγγενικοῖς fr. VIII. Idem restituerim fr. VII. pro ἐν τῷ συγγενικῷ, nisi ageremus cum Byzantino homine notae vilioris: certe unius huius loci sive corruptela sive imperitia non debebat efficere ut aut Συγγενικός aut Συγγενικόν Aristophani tribueretur. Ceterum nihil Aristophani profuit, qui nuper huius et praegressi capitis fragmenta congessit Mauritius Dittrich in Philol. I. p. 225—259.

VI. Photius p. 318, 18: Οἰκείαν· τὰ τοιαῦτα παρεσημειοῦτο Ἀριστοφάνης πρὸς τὴν οἰκείαν· ὅτι οὐ κυρίως κέχρηνται τῷ ὀνόματι· οἰκείους γὰρ ἐκτίθεται ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν τοὺς κατ' ἐπιγαμίαν παρεςηγμένους ἔξωθεν· ὁ δὲ Μένανδρος ἐνίοτε ἐπὶ τῶν συγγενῶν λέγει, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐπὶ τῶν κατ' ἐπιγαμίαν φίλων. [ὁ γὰρ τὴν ἐπιγαμίαν λαμβάνων ἐστὶ συγγενής· οἰκεῖος δὲ ὁ συγγενής.]

Codicis scripturam κέχρηται et ἐκτίθενται correxit Meinekius Com. IV. p. 311., συγγενικῶν pro συγγενῶν restituit Meierus. Emendatore etiamnunc indigent extrema glossae verba, ubi quae nunc perhibentur dubites utrum depravata sint an inepte assuta; sententiam fere hanc requiras: ὁ γὰρ τὴν ἐπιγαμίαν λαμβάνων ἐστὶν οἰκεῖος, οὐ συγγενής.

Doctrinam Aristophaneam, qua ἀγχιστέων quoque nomen illustratum fuisse videtur, supplere licet e frequentissimis grammaticorum testimoniis. Photius p. 6: Ἀγχιστεῖς, οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων πατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος·; οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς

μόνον· οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες [2]) τοῖς οἴκοις οἰκεῖοι λέγονται. Eadem recurrunt in Append. Phot. p. 664, 6. (ubi mendose ὑπὸ ἀδελφῶν extat et paulo post κατὰ πατέρα καὶ πατέρα), Bekk. Anecd. pp. 213, 15. 333, 3. Schol. Luc. p. 50. sq. Zon. p. 21. ubi post v. Ἀγχιστεῖς inepte καὶ ἀγχισταί [3]) inculcatur, denique Suid. T. I. p. 43. f. Paulo uberius rem explicat Ammonius p. 3. Adde Hesych. II. p. 723: Οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προςήκοντες. Ultimo loco ad Aristophaneam disputationem conferenda sunt Callicratidae q. d. verba ap. Stob. Flor. 85, 16: Τῶν συμπληρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων τοὶ μὲν συγγενέες, τοὶ δ' οἰκῆοι· καὶ συγγενέες μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος γενόμενοι· — οἰκῆοι δὲ ἐπίκτατοι συγγενέες, ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν καταρχάν. Aliter συγγενῶν proprietas traditur ap. Harpocr. v. Γέννῆται. Ceterum qui οἰκεῖος nomen ad consanguineos transtulerint, plures facile praeter Menandrum auctores afferri possunt, velut Eurip. fab. inc. fr. 178: Τὸν δὲ τῇ φύσει Οἰκεῖον οὐδεὶς καιρὸς ἀλλοῖον ποιεῖ. Ita enim locus scribendus videtur, quem Meinekius comico poetae tribuit IV. p. 690.

VII. Auctor epistolae inscriptae Πρὸς Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν περὶ τῆς ὁμαίμων φωνῆς ἐρωτήσαντα in Cram. An. Ox. III. p. 192. sqq.) postquam fontes quibus usurus esset ambitiose aperuit (p. 193, 18.): τοῦ δὲ ὁμαίμου ἢ καὶ ὁμαίμονος ἀπό τε τῶν βίβλων Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ Σόλωνος τοῦ νομοθέτου καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν ποιήσομαί σοι τὰς μαρτυρίας, ἵν' ἔχοις διὰ τούτων ἀποταφρεύειν τὰς τοῦ πρωτονοταρίου ἐπεμβολάς — ac deinceps de αἷμα inepta quaedam interposuit, haec profert (p. 194, 16.): Ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ τὰς κωμῳδίας συγγράψας, ἀλλ' ὁ γραμματικώτατος, ἐν τῷ Συγγενικῷ περὶ διαφορᾶς τῶν ἀδελφῶν διαλαμβάνων, ἐν οὐδὲ μιᾷ [4]) τούτων τέταχε τοὺς ὁμαί-

---

2) Ita plerique: praestat quod Append. Phot. et Zon. servarunt ζευχθέντες. In Ammonio male editur οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἐπιμιχθέντες, praepositione hic ut toties e praegresso vocabulo repetita.

3) Vitiosam formam ἀγχιστής (quam Eust. quoque habet Il. p. 589, 20. Od. p. 1611, 24.) non dubito illi errorum generi accensendam, de quo supra egimus fr. V. p. 114. 4) Fortasse μνείᾳ.

μους, ἀλλὰ κοινὸν οἶδε τοῦτο κατηγορούμενον συγγενείας ὄνομα· τοὺς μὲν γνησίους καλεῖ ὅσοι ἐκ τῶν αὐτῶν ἔφυσαν γονέων, τοὺς δὲ ὁμοπατρίους ὅσοι πατέρα μὲν τὸν αὐτὸν ἔσχον, ἐκ διαφόρων δὲ μητέρων ἐγένοντο· οὓς καὶ ἀμφιμητρίους τινὲς ὀνομάζουσι·

λιποῦσα τὸν σὸν ἀμφιμήτριον κάσιν,

φησί που Λυκόφρων ὁ ποιητής (v. 19.). εἴπερ οὖν τοὺς ἐκ μιᾶς αὔλακος φύντας, ἑτέρων δὲ γεωργῶν, ὁμογαστρίους οἶδε [5]) κατονομάζειν καὶ συγγόνους μὲν κοινῷ ὀνόματι καὶ αὐταδέλφους καλεῖ τοὺς ἀδελφούς, τὴν δὲ ὅμαιμος λέξιν ἐπὶ πᾶν διατείνει τὸ γένος [6])· καὶ καλεῖται μὲν ἂν τούτῳ τῷ λόγῳ οὐ μόνον ὁ ἀδελφὸς ὅμαιμος ἢ ὁμαίμων, — ἀλλὰ καὶ ὁ ἀνεψιὸς καὶ ὁ υἱδοῦς καὶ ὁ ἀδελφιδοῦς καὶ ἵνα νομικώτερόν σοι περὶ τούτων ἐπεξέλθοιμι, οἱ ἀνιόντες καὶ οἱ κατιόντες καὶ οἱ ἐκ πλαγίου λεγόμενοι συγγενεῖς πάντες ὅμαιμοι προςαγορευθήσονται [7]).

Quae sequitur anonymi disputatio, non digna est quam integram exhibeamus; sufficiant haec: Πλάτων δέ, οὐχ ὁ φιλόσοφος ἀλλ' ὁ κωμικώτατος, ᾧ καὶ Κρατῖνον οἶδα συνᾴδοντα, ἀορίστως ἐπὶ συγγενείας ἔλαβε [8]) τὴν ὅμαιμος λέξιν· — — λέγει γάρ που κἀκεῖνος· „οὐδεὶς ὁμαίμου συμπαθέστερος φίλος, κἂν ᾖ, φησί, τοῦ γένους μακράν·“ οὐ γὰρ πᾶσαν τὴν κωμικὴν ἐξεμελέτησα συλλαβήν. — καὶ Σόλων ὁ νομοθέτης ἐν τοῖς ἄξοσιν, ἔστι δ' ὁ ἄξων λίθος τετράγωνος, ὥςπερ αἱ κύρβεις τριγωνικῶς σχηματίζονται, ἐν ᾧ ἐγγεγράφαται οἱ νόμοι τοῦ Σόλωνος· ἀπὸ τοίνυν τούτων οἱ μεταγεγραμμένοι λόγοι ἄξονες λέγονται· ἐγὼ γοῦν τοῖς τοῦ Σόλωνος ὡμιληκὼς λόγοις [9]), συγγενεῖς κατανενόηκα τοὺς ὁμαίμους τὸν ἄνδρα προςαγορεύοντα.

Ad illustrandam Aristophanis disputationem ab anonymo

---

5) Codex οἶδα. 6) Ita correxi: cod. τοῦ γένους. 7) Cramerus edidit προςαγορεύονται, parum accurate ad codicis scripturam προςαγορεύονται (θή superscr.). 8) Codex λάβει. 9) Sic correxi editum ὀλίγοις. Gemino vitio laborat Porph. de V. Pyth. §. 9: συνόντα λόγοις τῶν ἑταίρων, ubi pro λόγοις non sine librorum auctoritate revocandum ὀλίγοις. Insequentia verba Cramerus minus recte distinxerat interpunctione minutatim concisa. Ceterum offensioni est articulus τοὺς ὁμαίμους: vide an scribendum sit κατανε-

epistolographo pessime obscuratam, pauca habeo quae conferam. Distinxit Aristophanes varia ἀδελφῶν genera (quamquam Byzantinus scriptor ita loquitur, ut ὁμαίμων potius partitionem expectaris): primo loco afferuntur γνήσιοι, quod adiectivum primitus παίδων est epitheton et de liberis non spuriis (νόθοις vel ποιητοῖς), sed iusto matrimonio susceptis (γόνῳ γεγονόσι) dicitur [10]): tum vero de fratribus idem usurpatur ac patre eodem et matre procreatos significat (cf. Ar. Av. 1654. 1659. all.). Sequitur ὁμοπατρίων et ὁμογαστρίων distinctio simplex et indubia. Quae de adi. ἀμφιμήτριος apponuntur num Aristophanis sint, dubitare licet: miramur certe praetermissam formam ἀμφιμήτωρ [11]). Vocabulum ὅμαιμος paulo latius patere alii quoque tradunt, cf. Eust. Il. pp. 410, 37. 573, 3. Hesych. Sed quod Byzantinus scriptor attulit Platonis comici testimonium (Meinek. II. p. 686. sq.), id additamento auxit ineptissimo ideo efficto, ut quam latissimum nancisceretur adi. ὅμαιμος significatum. Platoni sola debentur verba *Οὐδεὶς ὁμαίμου συμπαθέστερος φίλος* [12]), quibuscum iunxerim Phaonis fr. III: *Τὰ δ' ἀλλότρι' ἔσθ' ὅμοια ταῖς παροψίσιν· Βραχὺ γάρ τι τέρψαντ' ἐξανάλωται ταχύ.* Denique in Solonis mentione quod de axonum et cyrbeon differentia quaedam Byzantinus scriptor inspergit, id cave credas exemplo Aristophanis esse institutum: quam suspicionem non solum locus vetat ab ea re alienissimus, sed ipsum quod aliunde novimus illa de differentia Aristophanis iudicium, v. fr. LXXVI. Ipsam memoriam Solonis axonum credibile est ex Ar. nostro repetitam. Quod vero Schneidewinus Coni. crit. p. 106. testimonia ab epistolographo advocata cuncta ex Aristophane hausta arbitrabatur, eum errorem dudum opinor ipse retractavit [13]).

---

νόηκά που ὁμαίμους. 10) Ita iam ap. Hom. Eur. Androm. 638. Oratt. Att. Cf. Solonis lex ap. Ar. Av. 1661. sqq. Pollucis III, 21. Apud Hesych. I. p. 842. pro Γνήσιος· ὁ ἐξισονομῶν legendum Γνήσιος· ὁ ἐξ ἴσων νόμων. 11) Vide Aesch. fr. 68. Eur. Androm. 466. Poll. III, 23. De vocabulo a quibusdam veterum male intellecto cf. Bernhardy in Suid. Vol. I, 1. p. 305. Formam ἀμφιμήτριοι pro ἀμφιμητρίαι redde Etym. M. p. 91, 5. 12) Persuasi Meinekio Com. Gr. ed. min. p. XIII. 13) Praeter Platonis fragmentum quod ex Aristophane manasse confidenter nego, afferuntur

Ceterum vestigia Aristophaneae disputationis servavit Hesychius vv. Ἀμφιμήτωρ, Ὁμογάστριος, Σύγγονος.

VIII. Eust. Il. p. 648, 53: Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ Συγγενικοῖς εὕρηταί τις διαφορὰ τοῦ ἑκυρός καὶ πενθερός. φησὶ γὰρ ὡς πενθερὸς μὲν ὁ τῆς γυναικὸς πατὴρ τῷ νυμφίῳ καὶ πενθερὰ ἡ μήτηρ, ἑκυρὸς δὲ ὁ τοῦ ἀνδρὸς πατὴρ τῇ νύμφῃ καὶ ἑκυρὰ ἡ μήτηρ, οἷον τῇ Ἑλένῃ, φησίν, ὁ Πρίαμος καὶ ἡ Ἑκάβη. ἔνθα κεῖται καὶ τό, τινὲς δὲ ποιηταὶ καταφέρονται πολλάκις ἐπὶ τὸ καὶ τοὺς πενθεροὺς γαμβροὺς ὀνομάζειν. λέγει δὲ ὁ αὐτός καὶ ὅτι ἡ μὲν Κασάνδρα τῇ Ἑλένῃ γάλως ἐστίν, ὁ δὲ Ἕκτωρ δαήρ, αὐτῆς δὲ [ἤγουν τῆς Ἑλένης] ὄνομα οὐχ εὑρίσκεται· καταλείπεται δή, φησίν, ὁριστικῷ λόγῳ ἀδελφοῦ λέγεσθαι γυνή. εἰ δέ τις οἴεται νυὸν αὐτὴν καλεῖσθαι Κασάνδρας καὶ Ἕκτορος, ἀλλ' ὁ αὐτὸς γραμματικός φησιν, ὅτι νυὸς ὡς ἐπὶ πλεῖστον υἱοῦ γυνὴ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί, ὡς ἡ Ἑλένη, φησί, τῷ Πριάμῳ καὶ τῇ Ἑκάβῃ.

Eadem fere sed breviata habet Schol. Il. *Z*, 378. in Cram. A. P. III. p. 221. (quicum cf. ibid. p. 158.). Versatur praeclara expositio in affinitatis nominibus, quorum in Graeca lingua et ubertas insignis est et accuratio, definiendis

---

Hes. Opp. 343. et Nic. Th. 3. En scriptoris verba. *Λέγοι δ' ἂν ὁ ἀνὴρ* (Plato Com.) *μᾶλλον εἶναι φίλους τοὺς συγγενεῖς, κἂν μὴ ἡμῖν ἀγχοῦ καθεστήκασι γένους, τῶν ξένων καὶ ὀθνείων· ἀντιφθεγγόμενος ἐν τούτῳ τῷ Ἡσιόδῳ· „γείτονες, φησίν, ἄζωστοι κίον, ζώσαντο δὲ πηοί". Οἶδα καὶ Νίκανδρον, τὸν τὰ Θηριακὰ συγγραψάμενον καὶ τὰ Ἀλεξιφάρμακα, ὅμαιμον τὸν συγγενῆ που προςαγορεύσαντα· γράφων γὰρ ἐκεῖνος πρὸς τὸν Ἑρμησιάνακτα, ὅμαιμον αὐτὸν ὀνομάζει· „φίλε γάρ φησιν, Ἑρμησιάναξ, πόλεων κυδίσταθ' ὁμαῖμον"* (expectaris saltem quod Schneidewinus reposuit *ὁμαίμων*)· *καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἀδελφὸν αὐτὸν ὠνόμασεν ἐκ τοῦ καί τινα τῶν ἀντιγράφων πηῶν ἔχειν τὸ τοῦ μέτρου ἀκροτελεύτιον· ἐνίοις* (l. cum Schneidew. *ἐν ἐνίοις*) *γὰρ τῶν βιβλίων οὕτως ἐφεύρομεν· πόλεων κυδίστατε πηῶν· ὁ δὲ πηὸς συγγενής ἐστι δήπουθεν.* Neutrius scriptoris testimonium aut rei accommodatum est aut tam reconditum, quod homo mediocriter doctus suo Marte excitare non potuerit (ut idem scriptor et Hesiodi meminit p. 193, 8. et Nicandri scientiam gloriatur p. 190, 3.): Hesiodi mentio plane aliena a proposito, de Nicandri loco quod narrat nemo dubitare poterit quin effictum sit ab epistolographo et ipsam mendacis hominis prodat interpolationem.

ea doctrina et sagacitate, ut vix habeam quod addam, quod corrigam nihil. Discernuntur primum *πενθερός* et *ἑκυρός* cum femininis. *Πενθερός* et *πενθερά* viro sunt uxoris parentes: a nupta coniugis parentes *ἑκυρός* et *ἑκυρά* audiunt. Differentiam recte agnovisse grammaticum nostrum, nemo est quin videat. Nam *πενθεροί* semper virorum sunt: cf. *Z*, 170. *Θ*, 582. Soph. Oed. C. 1302. item *ἑκυρός* et *ἑκυρά* mulierum, vide praeter alios *Γ*, 172. *Ω*, 770. quibus e locis Helenae exemplum Aristophanes repetiit. A qua proprietate unus descivisse videtur Apollodorus comicus, qui *Ἑκυράν* inscripsit fabulam, quam debebat opinor *Πενθεράν*. Inferioris aetatis magistris simpliciter *ἑκυρός* insolentius habetur vocabulum, quod altero *πενθερός* explicare soleant [14]). — Sequitur differentia nominum *πενθερός* socer et *γαμβρός* gener. Docte Aristophanes annotat legitimum usum, qui in Homericis carminibus semper valet, a poetis quibusdam deseri subinde ac pro lubitu mutari. Qua de re vide inprimis Phot. p. 410. sive Suid. v. *Πενθερά*. Hesychius: *Πενθερὸς τῷ νυμφίῳ ὁ τῆς κόρης πατήρ, καὶ πενθερὰ ἡ μήτηρ· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γαμβροῦ.* Adde Etym. M. p. 220, 39: *γαμβρὸν δὲ τὸν νυμφίον ἢ τὸν κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖον.* — *Σοφοκλῆς δὲ τὸν πενθερὸν ἀντὶ τοῦ γαμβροῦ λέγει.* Denique Lex. Rhet. p. 228. sq.: *Γαμβρόν· τὸν νυμφίον Αἰολεῖς* [15]),

---

14) Ignorat *πενθεροῦ* et *ἑκυροῦ* differentiam Etym. Gud. p. 179. v. *Ἑκυρός. — σημαίνει δὲ τὸν πενθερόν· καὶ τίς λέγεται πενθερός; ὁ τοῦ ἀνδρὸς* (adde *ἢ*) *τῆς νύμφης πατήρ.* Cf. Eustath. pp. 400, 4. 648, 49. 758, 42. ac praeter alios Lex. *π. πνευμ.* p. 216: *τὸ δὲ ἑκυρός, ὁ πενθερός, καὶ ἐκεχειρία, ἡ ἄδεια, κατὰ τὰ λελεγμένα κανόνας οὐκ ἔχοντα, ὅμως ψιλοῦνται.* (De scriptura *ἑκυρός* dixi in Philol. I. p. 357. n.) Melius notionem tenuit Etym. M. p. 324, 52. E grammaticorum imperitia interpolatio fluxit Hesych.: *Ἑκυρός· ἀνδρὸς πατήρ* [*πενθερός*]*· ἑκυρά, ἡ μήτηρ τοῦ ἀνδρός* [*πενθερά*]. Deleas vocabula uncis seclusa, coll. Apollon. L. H. p. 252. Nova narrat Pollux III, 31: *Γαμβροὶ δὲ οἱ ἐκ τῆς τοῦ γήμαντος οἰκίας, οἷον πατὴρ καὶ μήτηρ καὶ ἄλλοι πάντες κατὰ ταὐτὰ οἱ πρὸς γένους τῷ ἀνδρί· πενθεροὶ δὲ ἀνάπαλιν οἱ τῇ γεγαμημένῃ προσήκοντες, εἰ καὶ συγκεχύκασιν οἱ ποιηταὶ τὰ ὀνόματα, τὴν χρῆσιν μεταβαλόντες.* Rectius idem III, 32: *οὗτοι δὲ* (parentes *τοῦ γήμαντος*) *τῇ νύμφῃ ἑκυρός καὶ ἑκυρά.* 15) V. Sapph. fr. 106. p. 624. Bergk. coll. Schol. Arat. 248. Eodem significatu adhibuit Theocr. 15, 129. 18, 9.

Ἀθηναῖοι δὲ τὸν ἄνδρα τῆς θυγατρὸς καὶ ἀδελφῆς ἄνδρα· Σοφοκλῆς δὲ τὸν πενθερὸν ἀντὶ τοῦ γαμβροῦ τέθεικεν: ita enim probabiliter locum restituit G. Dindorf. in Thes. Paris. II. p. 508. Ceterum notum est apud Atticos γαμβροῦ notionem patere latissime ac paene sicut κηδεστής ad quemlibet traduci affinitatis gradum [16]; nonnulla contulit Monkius in Eur. Hipp. 631. — Porro rectissime vocabula Homerica δαήρ et γάλως ita definiuntur ut δαήρ de mariti fratre, γάλως de sorore mariti intelligatur [17]. Distinctionem locis Homericis luculenter firmatam posteriores propagarunt scholiastae et lexicographi [18]. Tertium νυός respondet masculino γαμβρός et filii coniugem significat [19]: quod Aristophanes addit, εἰ δέ τις οἴεται νυὸν αὐτὴν (sc. Ἑλένην) καλεῖσθαι Κασάνδρας καὶ Ἕκτορος, et quod deinde tanquam dubitans de observationis suae veritate ὡς ἐπὶ πλεῖστον ait νυὸν υἱοῦ γυναῖκα appellari, respicit ad unum quo νυός paulo latiore vi accipi videtur locum, Il. Γ, 49. ubi Helena audit νυὸς ἀνδρῶν αἰχμητάων. Vides circumspectum grammatici nostri iudicium, quo singula quaeque accurate expendit. Ab uno illo loco si discesseris, verissimum est quod Aristophanes observat, peculiare nomen quo Helenae cum Priami liberis affinitas designetur, non reperiri, nec superesse nisi ut ambage quadam ἀδελφοῦ γυνή

---

16. 49. 16) Cf. Thom. M. p. 76, 14: Γαμβρός ποιητικώτερον· κηδεστής δὲ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. Adde Moer. p. 227. Gramm. post Philem. p. 297. 17) Habentur igitur δαήρ et γάλως in ἑτερωνυμίας exemplis: cf. Schol. Γ, 122. 180. Eust. pp. 391, 39. 401, 13. 648, 31. quaeque annotavit Lobeckius Pathol. p. 20. 18) De nomine δαήρ cf. Hellad. ap. Phot. Bibl. p. 865. Hesych. Etym. M. p. 244, 37. Gud. p. 131, 29. Suid. v. Δᾶερ. Eust. pp. 391, 39. 401, 13. Alterum γάλως interpretantur Hesych. I. p. 797. Etym. M. p. 320, 12 Pollux III, 32. Schol. Γ, 122. Χ, 473. all. Genitivus γάλωτος Etym. M. p. 220, 19. neque aliunde tutus neque credibilis; meliora tradit Eust. p. 648, 29: κλίνεται δὲ ἡ γάλως ἢ ἰσοσυλλάβως, ἀποβολῇ τοῦ ς, ἢ περιττοσυλλάβως ὡς ἥρωος. 19) Praeter Homeri locos cf. Etym. Gud. p. 412, 54. Hesych. Phot. p. 305, 24. ubi quod traditur de variegato poetarum usu, non habeo quo comprobem, nisi huc rettuleris νυός pro νύμφη dictum: uti et usurparunt Theocr. 15, 77. 18, 15. Meleag. Anth. Pal. XII, 53. et explicare amant sequioris aetatis magistri. Adde proverbium a Meinekio vindicatum ap. Schol. V. Il. Χ, 263: Ἄρνα φιλοῦσι λύκοι, νυὸν

Helena dicatur. Quam observationem si cognitam habuisset Aelius Dionysius, non dubito quin aliter iudicasset quam factum ab eo testatur Eust. Il. p. 648, 27: *δηλοῖ δὲ ἡ μὲν γάλως τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφήν, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται, ὁποία ἐστὶ τῇ Ἑλένῃ ἡ Κασάνδρα, κατὰ δὲ Αἴλιον Διονύσιον καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα· πρὸς ἀλλήλας γάρ, φησί, λέγονται.* Itaque cum Aristophanes Byzantius nomen *γάλως* de mariti sorore tantum intellexerit, contra Aelius idem de fratris muliere usurpatum contendit. Quod potuisse fieri per se veri haud dissimile, certus locus quo *γάλως* de fratris muliere dicatur, non videtur extare [20]). Ceterum sponte Aristophanis expositio aliorum quorundam admonet nominum *συγγενικῶν*, quae ex aliorum grammaticorum disputationibus suspiceris in his commentariis extitisse. Praeter communes notiones de quolibet affinitatis gradu promiscue dictas, *κηδεστής* et *πηός*, inprimis huc pertinent duo vocabula, quibus aegre aliarum linguarum similitudinem admoveris, *εἰνάτερες* (*αἱ ἀδελφοὺς ἄνδρας ἔχουσαι*) et *ἀέλιοι* sive *αἰέλιοι* (*οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἔχοντες*). Haec nomina quatenus percensuerit Aristophanes et explicarit, nunc non liquet: plane omissa ab eruditissimo grammatico non crediderim [21]).

---

*ὡς φιλέουσιν ἑρασταί. Νύμφη* i. q. *νυός* C. I. 3879. 20) Nec repperisse mihi videor quod proprium esset de fratris muliere vocabulum praeter illud quod Hesychius habet: *Γέλαρος· ἀδελφοῦ γυνή· Φρυγιστί.* cf. eiusdem gl. *Γάλλαρος· Φρυγιακὸν ὄνομα.* [*παρὰ Λάκωσι.*] Quae fere accedere videntur ad Graecum *γάλως*: sed meliora afferent qui altius sese in Phrygum res abdiderint. 21) De prioribus nominibus haec ex vetustis fontibus deprompsit Eust. Il. p. 779, 53: *εἰσὶ δέ, φασί, κηδεσταὶ οἱ συνοικειούμενοι ἀλλήλοις κατ' ἐπιγαμίαν, οἵ τε διδόντες καὶ οἱ λαμβάνοντες* (cf. Schol. Ar. Thesm. 74. Moer. p. 227. Zon. p. 1203. Suid.)· *οἱ δ' αὐτοί, φασί, καὶ πηοί.* Cf. de v. *κηδεστής* Hesych. Phot. p. 160, 16. Etym. M. p. 509, 50. Gud. p. 318, 56. Bekk. Anecd. p. 190, 28. Thom. M. pp. 196, 9. 362, 7. *Πηὸν τὸν ἐξ ἀγχιστείας ἐπίκτητον συγγενῆ* interpretatur Eustath. p. 134, 43. (quae saepe recurrunt, ut pp. 398. f. 493. f. 1502, 48. 1611, 29.) Adde Hesych. Suid. Etymol. Ad alteram bigam illustrandam aptissimus est locus Eust. p. 648, 43. (cf. Schol. *Z*, 378. in Crameri A. P. III. p. 220.): *Αἴλιος δὲ Διονύσιος οὕτω φράζει· „εἰνάτερες, αἱ τοῖς ἀλλήλων ἀδελφοῖς γεγαμημέναι, ἃς συννύμφους* (inde emenda Schol. *Z*, 378. scripturam *συνήθως*) *τινές φασιν.“ — οὕτω καὶ*

**IX.** Eust. Il. p. 316, 10: *Μήτρως μὲν εἴρηται καθ' ὁμοιότητα τοῦ πάτρως· ὡς γὰρ παρ' Ἡροδότῳ*[22]) *πάτρως ὁ ἀπὸ πατρικοῦ ἀδελφοῦ θεῖος, οὕτω νῦν ὁ ἀπὸ μητρικοῦ μήτρως· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ τοὺς ἁπλῶς κατὰ πατέρα προγόνους οὕτω καλοῦσιν, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων ὧδέ πως διαστείλας· Τήθη ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ, ὡς ἡ Ἀερόπη τῷ Ὀρέστῃ, καὶ ἡ τῆς μητρὸς δὲ μήτηρ, ὡς τῷ αὐτῷ ἡ Λήδα. [ταύτας δὲ μάμμας τινές φασι καὶ μαίας.] Θεῖος δέ, ὁ καὶ νέννος κατά τινας, πατρὸς ἀδελφός· ὁμοίως δὲ καὶ μητρὸς ἀδελφός· [καὶ οὕτω μὲν ἡ τήθη· τηθὶς δὲ ἀνάλογόν τι τῷ θείῳ· πατρὸς γὰρ ἀδελφὴ ἢ μητρός.] τούτους δὲ οἱ μὲν πατραδέλφους καὶ μητραδέλφους, οἱ δὲ πάτρωας καλοῦσι καὶ μήτρωας·*

---

*ἀέλιοι κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἔχοντες καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι αἰέλιοι.* Cf. Hesychius: *Εἰνάτερες· αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες, αἱ σύννυμφοι.* Idem II. p. 52: *Ἰνατέρων· συμφώνων,* ubi dudum correxerunt *συννύμφων*: lectori cuipiam tribuenda est quae sequitur annotatio; *λέγονται δὲ καὶ αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες ἰνάτεροι.* Pollux III, 32: *αἱ δὲ ἀδελφοῖς δύο συνοικοῦσαι εἰνάτειρες* (cod. Iung. *εἰνάτορες*, rescribe *εἰνάτερες*, quamquam *εἰνάτειρες* etiam Eust. p. 1281, 8.). De numeri singulis forma (*εἰνάτηρ* an *εἰνάτειρ*) dissentiunt grammatici, cf. Bernhardy in Suid. I, 2. p. 769, 13: *εἰνάτειρ* etiam Eustathius p. 648, 43. sed *εἰνάτηρ* praeter locos a Bernhardyo monstratos tuentur Herod. Epim. p. 50. Etym. Gud. p. 168. Ioann. Alex. p 10, 25. 14, 4. Choerob. Gaisf. p. 346, 22. 404, 23. Eust. p. 648, 25. Ex Homero nomen *εἰνάτερες* (Lat. ianitrices, v. intpp. Hesych.) suscepit Callim. h. Dian. 135. Alterius auctorem nescimus. Hesychius I. p. 110: *Ἀέλιοι· οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες, ἤγουν σύγγαμβροι.* I. p. 157: *Αἴλιοι· σύγγαμβροι* Eodem pertinet corruptum *Δήλιοι· οἱ ἀδελφὰς γεγαμηκότες*, ut illud quod Suidas et Zonaras habent: *Αἰαιοί· οἱ σύγγαμβροι.* Cf. Etym. M. p. 31, 24: *Αἰέλιοι, οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἔχοντες· οἱ δέ, συγγενεῖς. καλοῖσιν αὐτοὺς* (vulgo *αὐτὰς*) *καὶ ἀελίους.* Restat mendosus Pollucis locus III, 32: *οἱ δὲ ἀδελφὰς γήμαντες ὁμόγαμβροι ἢ σύγγαμβροι, ἢ μᾶλλον συγκηδεσταί, καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰλίονες.* Ubi extremum vocabulum suspiceris in *αἰέλιοι* esse mutandum. De nomine *συγκηδεσταί* cf. Eust. p. 971, 27; *Κηδεσταί μὲν οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι, συγκηδεσταί δὲ οἱ ἀδελφάς, φησί, γεγαμηκότες.* Aliter Hesychius II. p. 1287: *Συγκηδεσταί· οἱ τῆς νύμφης καὶ τοῦ γαμβροῦ γονεῖς.* 22) Herodot. VII, 10. et alibi. Cf. Thom. M. p. 361. Ritschl.

Πίνδαρος δὲ οὐκ ἀδελφούς, ἀλλὰ γονέας μητρὸς μάτρωας ἔφη· Στησίχορος δὲ πάτρωα τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον εἶπεν, ἔνθα παρ' αὐτῷ Ἀμφίλοχος ἔφη τὸ „πάτρωα ἐμὸν ἀντίθεον Μελάμποδα". [Μελάμπους γάρ, οὗ Ἀντιφάτης, οὗ Οἰκλῆς, οὗ Ἀμφιάραος, ὅθεν Ἀμφίλοχος· ὅρα οὖν οἷος ὁ Μελάμπους ἦν πάτρως τῷ Ἀμφιλόχῳ.] οὕτω πόρρωθεν.

Expositionem sine auctoris nomine traditam Aristophani primus ni fallor vindicavit Dobr. in Phot. Lex. p. 739. Neque erat quod Lobeckius Pathol. p. 40. n. 44. utrum Philistidis haec essent an Aristophanis ambigeret. Nam de Philistide nil compertum quod maiorem ei existimationem conciliet: huius vero loci arguit ipse color ac ratio disputandi, arguit iudicii severitas et doctrinae ambitus indubium auctorem Aristophanem. Testimonia si anquiras, non negligendus Eustathii locus (ascriptus infra fr. XIII.) Il. p. 777, 60. (cf. Schol. *I*, 601. in Cram. A. P. III. p. 242.) ubi inter alia rariorum vocabulorum specimina omnia ex Aristophaneo opere deprompta haec extant: *νέννος, λέξις* — *συγγενική, δηλοῦσα θεῖον, ἤγουν τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφόν*, quae cum superiore huius vocabuli interpretatione fere concinunt. Supplere licet Aristophanis fragmentum altera Eustathii annotatione, quae paulo uberiorem praestat *συγγενικῶν ὀνομάτων* recensum maximam partem ex Aristophaneis opibus consarcinatum, sed aliena dote subinde auctum. Dico Eust. Il. p. 971, 23: Τὸ δέ, πατρὸς ἐμεῖο πατήρ, περιπέφρασται διὰ σαφήνειαν καὶ δηλοῖ τὸν πρὸς πατρὸς πάππον, ὃς καὶ γεροντίας ἐλέγετο Λακωνικῶς, οὔπερ ὁ ἐπάνω τῷ χρόνῳ ἐπίπαππος, οὐχὶ πρόπαππος λέγεται, ὥς φησί τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά, ὃς λέγει καὶ ὅτι τήθη μὲν ἡ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πατρὸς μήτηρ, ἐπιτήθη δὲ ἡ ὑπὲρ αὐτήν, καθ' ὁμοιότητα τοῦ πάππου· καὶ ὅτι ἀνεψιοί οἱ αὐτοί, δηλοῦντες τοὺς ἐξαδέλφους· καὶ ὅτι ὁ θεῖος πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφός, ὁ καὶ νέννος· καὶ ὅτι ὁ πάτρως καὶ ὁ μήτρως Ἰακὰ μᾶλλον, οἵ πέρ εἰσι θεῖοι ἐκ πατρὸς καὶ μητρός· καὶ ὅτι κηδεσταὶ μὲν οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι, συγκηδεσταὶ δὲ οἱ ἀδελφάς, φησί, γεγαμηκότες· καὶ ὅτι τηθαλλαδοῦς, ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι, παρὰ τὴν τήθην Ἀττικῶς τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν [ἥν, ὡς δη-

λοῖ Αἴλιος Διονύσιος, ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην καλεῖν, ὡς τῶν παλαιῶν[23]) οὕτω τὴν μητέρα λεγόντων]. λέγει δὲ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι ἄπφυς παρά γε τοῖς Ἀττικοῖς βάρβαρόν ἐστιν[24]). λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ἄπφαν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἄπφιον ὑποκόρισμα ἐρωμένης, καὶ ἄλλα τινὰ περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται. ὅτι δὲ καὶ ἐξανέψιοι ἐλέγοντο, ὧν οἱ πατέρες ἀλλήλων ἀνεψιοί, εὕρηται καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς (fr. X.). Subiungamus statim insequentia: Περὶ δέ γε τήθης καὶ μάμμης καὶ οὕτω φασί τινες. Τήθην οἱ Ἕλληνες τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα, οἱ δὲ πολλοὶ[25]) ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν· μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν[26]) τὴν μητέρα καλοῦσιν, ἣν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην τηθίδα, μαῖαν δὲ ὡς ἡμεῖς τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον. ὅτι δὲ ὁ πάτρως καὶ ὁ μήτρως πατράδελφος καὶ μητράδελφος ἑρμηνεύονται· καὶ ὅτι που οἱ τῆς μητρὸς γονεῖς μήτρωες εἴρηνται, πάτρωες δὲ οἱ κατὰ πατέρα πρόγονοι· καὶ ὡς ὁ τηθαλλαδοῦς καὶ σκῶμμα εὐηθείας ἔχει, ὡς τῶν ὑπὸ τοιαύταις (intellige τήθαις) τεθραμμένων εἰς εὐήθειαν ἐπιδιδόντων διὰ τὸ ἀνημένον[27]) τῆς τρο-

---

23) Ita scripsi pro vulgari πολλῶν cum Pierson. in Moer. p. 259. De argumento cf. Lobeck. in Phryn. p. 135. 24) Omisi posterioris fabricae commenta haec: Ἔστι δὲ ὁ πατήρ, ὡς δηλοῖ Θεόκριτος (XV, 13.), ἀφ' οὗ τις ἔφυ δηλαδή· καὶ ὤφειλε μὲν εἶναι ἀφφύς, τροπῇ τοῦ ψιλοῦ π τῆς προθέσεως εἰς τὸ ἐπαγόμενον φ, ἐτράπη δὲ εἰς τὸ ἀντίστοιχον τοῦ φ, ἤγουν εἰς ἑαυτό, οἷον δή τι γίνεται καὶ ἐν τῷ κὰπ φάλαρα καὶ κάτθανε καὶ τοῖς τοιούτοις. 25) Vulgo παλαιοὶ editur: mendum satis frequens (de quo modo dicebamus n. 23.) h. l. correxit Piersonus in Moer. p. 259. 26) Aut volebat aut debebat μαμμίαν scribere. 27) Ita editur: Phavor. et H. Stephanus substituerunt ἀνειμένον, quo significaretur victus dissolutus. Aptius fortasse ἀμενηνόν, quo adiectivo alibi quoque Eust. utitur, velut Od. p. 1672, 19. Facilitatem nostrae emendationis vix opus est similium vitiorum exemplis demonstremus. In Crameri A. P. I. p. 395, 26. memoratur Μεθήσων ὁ Λαοδικεύς: scribas Θεμίσων. Gramm. Bekk. p. 1096: Δωριέων ἔπετε εἴπατε, legendum videtur ἔπειτεν ἔπειτα coll. Ahrens. D. D. p. 384. Adde Porph. de A. N. 18: ἃς (τὰς ψυχὰς) ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς (fr. 693.) οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη· „βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεταί τ' ἄλλη." Scri-

φῆς· διὸ καὶ ὁ εἰπὼν[28]) ἐρωτηματικῶς τὸ „Ὀκνεῖς λαλεῖν; οὕτω σφόδρ' εἶ τηθαλλαδοῦς;" ὀνειδίζων κέχρηται τῇ λέξει, παίζων εἰς ἀνδραποδώδη τινά, φησί, καὶ οἷον γραοτρεφῆ. εἰ δέ τινες, φησί, πλανῶνται προςηγορίαν συγγενείας εἶναι κατὰ τὸ ἀνεψιαδοῦς, ἀλλ' ἔστιν ἄλλως, ὡς εἴ τις ἐμπληκτόν τινα παίζων ἐμπληκταδοῦν ὀνοματοποιήσει, ἢ τὸν μωρὸν μωραλλαδοῦν[29]). ἔτι δὲ καὶ ὅτι μαῖα καὶ ἡ ἁπλῶς πρεσβυτέρα γυνὴ ἐλέγετο, ἣ δ' αὐτὴ καὶ τήθη καὶ τηθία[30]) καὶ τηθίβιος, δηλοῦσι καὶ αὐτὰ οἱ παλαιοί.

Harum de συγγενικοῖς quibusdam nominibus disputationum communem fundum Aristophanem esse non dubito: cuius tamen vestigia ita sensim noviciorum grammaticorum curis deleta sunt et adulterinis opibus obscurata, ut copia magis diffusae eruditionis, quam interpretatione et delectu glossarum vel luce narrationis nostrum grammaticum agnoscas. In hac posteriorum maxime locorum perturbatione tutissimum erit fundamento uti Eust. Il. p. 316. qui locus tametsi neque ipse integer est, aliquanto tamen propius ad genuinum Aristophanem videtur accedere. Primum habes nomen τήθη, avia, de utriusque parentis matre dictum (cf. vel Plat. Reip. V. p. 461. D.): adhibitum Orestis exemplum Euripidea videtur fabula suppeditasse. Insequentia ταύτας δὲ μάμμας τινές φασι καὶ μαίας[31]), frequenti compilatorum usu ex alio huc arcessita sunt Aristophanearum Λέξεων capite, vide fr. XIII. Deinde nomen θεῖος (sive poeticum νέννος) patruum item atque avunculum denotat, cf. Pollux III, 22: ὁ δὲ πατρὸς ἀδελφὸς θεῖος ἢ ἀδελφόθερος ἢ πατράδελφος ἢ πάτρως· ὁ δὲ μητρὸς ἀδελφὸς θεῖος ἢ μητράδελφος, ἢ μήτρως, ἢ νέννος. Nomen θεῖος cuius ambitum vel inde perspicias quod nonnunquam ad ambiguitatem evitandam πρὸς πατρός et πρὸς μητρός (Eust. pp. 316, 1. 774, 27.) apponitur, non opus est scriptorum locis muniri: alterum νέννος cuius auctoris sit

---

pserim: βομβεῖν δὲ νεκρῶν σμῆνος ἄρχεται τέλη. Alia dedi in Philol. I. p. 360. n. 20. 28) Poeta comicus, vide Meinek. Com. Gr. ed. min. p. 1259. 29) Vulgo μωροδαλλοῦς, cf. Lobeck. in Phryn. p. 299. 30) Opinor τηθίς. 31) Similiter Pollux III, 17: ἡ δὲ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ, τήθη· καὶ τὴν μάμμην δὲ καὶ μαῖαν

nescimus[32]). Sequitur differentia nominum τήθη et τηθίς a plurimis veterum grammaticorum tradita[33]): quam mentionem tametsi abiudicare Aristophani non ausim, quae tamen apud Eustathium nunc prostant verba adeo luxata sunt, ut illa καὶ οὕτω μὲν τήθη usque ad πατρὸς γὰρ ἀδελφή, videantur esse recentioris originis. Doctrina ipsa recte habet: nam θεῖος nominis τηθίς femininum est legitimum, ut recte praeter alios tradit Helladius ap. Phot. Bibl. p. 865. cf. Lobeck. Pathol. p. 20. Commentum θεία posteriores demum norunt grammatici. Quae accedunt πατράδελφος et μητράδελφος ea constat ab antiquiore aetate esse aliena (cf. Lobeck. in Phryn. pp. 304. 306.), quamquam si rationem compositionis spectaris, Homericum et Hesiodeum πατροκασίγνητος nil admodum distat: similia quamquam non plane congrua sunt μητρομήτωρ et μητροπάτωρ. Porro nomina πάτρως et μήτρως (proprie patruus et avunculus) plerumque de fratribus parentum dicuntur, interdum ad patres eorundem et maiores traducta sunt: de Pindarico nominis μήτρως usu cf. Ol. 6, 130. item 9, 96. all.: de v. πάτρως qui adducitur Stesichori locus (fr. 70. Klein. sive Bergk. Poett. lyr. p. 646.) uni debetur Aristophani. Idem argumentum perstringit Eust. p.

---

ἐπὶ ταύτης παραληπτέον. 32) Cf. Pollux III, 22. Idem III, 16. avum maternum νέννον a poetis appellatum fuisse narrat. Mutila est Hesychii glossa: Νεννός· ἀδελφός, ubi saltem requiritur Νέννος· μητρὸς ἀδελφός, e depravato loco I. p. 817: Γέννας· μητρὸς ἀδελφός. Idem Hesychius: Νάνναν· τὸν τῆς μητρὸς ἢ τοῦ πατρὸς ἀδελφόν· οἱ δὲ τὴν τούτων ἀδελφήν — et Νάννη· μητρὸς ἀδελφή. Compares νίννη (f. νέννη) Inscr. 1994, g. C. I. Vol. II. p. 991. Itala nonno et nonna, Helveticum nännä all. de quibus dixit Kosegarten. in Hoeferi Zeitschr. f. d. Wiss. d. Spr. I. p. 109.

33) Cf. Schol. Ar. Lys. 549. Suid. Thom. M. p. 359, 4. Bachm. Anecd. T. II. p. 362, 35. 374, 19. 380, 24. Timaei Lex. Plat. p. 256. Ammon. p. 135. Etym. Gud. p. 528, 52. Eust. p. 565, 30. Lex. Segu. pp. 193. sq. 309, 29. 30. (Utroque loco glossas arctissime cohaerentes Bekkerus male distractas exhibuit.) Denique eodem revocanda est Hesychii glossa: Τήθη. τηθής, ἡ τῆς μητρὸς καὶ πατρός, ἡ καὶ μάμμη, καὶ ἡ τῶν γονέων ἀδελφή. Ubi cum τηθής appareat e τηθίς esse depravatum, rescripserim: Τήθη· ἡ τῆς μητρὸς καὶ πατρὸς [μήτηρ], ἡ καὶ μάμμη· καὶ τηθίς ἡ τῶν γο-

1083, 7. cf. Pollux III, 17: τοῦτον (πάππον) δ' Εὐριπίδης μήτρωα ὠνόμασε, quae rettulerim ad Herc. Fur. 43. Quae ad Stesichori locum illustrandum adiungitur mythologica doctrina, eius fundum habes Od. ο, 225—248.

Iam ut hanc Aristophanis disputationem e ceteris locis suppleamus, indubium arbitror nomen πάππος ante τήθην fuisse illustratum. Item Aristophani debetur glossa Laconica γεροντίας[34]), nec minus probabile est nomina ἐπίπαππος et ἐπιτήθη[35]) eiusdem commentariis fuisse inclusa: quod ἐπίπαππος tantum usurpari de avi patre dicitur, non πρόπαππος, eius rei fidem desidero; nam πρόπαππος, quod miror a Lobeckio Pathol. p. 51. facticium appellari et ad Theophilum Institutionum interpretem reiici, cum Platonis et Andocidis auctoritate utatur, non video cur in reprehensionem incurrat[36]). De insequentibus nominibus ἀνεψιοί, αὐτανέψιοι, ἐξανέψιοι videbimus fr. X. Porro e diversa narrationis serie arcessita videtur quae accedit κηδεστῶν et συγκηδεστῶν mentio: v. fr. VIII. n. 21. Nomen συγκηδεστής eo qui hic traditur significatu usurpavit Demosth. p. 949. Item ad προςφωνήσεις potius spectant ἀπφῦς, ἄπφα, ἄπφιον. Restat cum in ceteris nil admodum novi perhibeatur, nomen τηθαλλαδοῦς cum affinibus ἐμπληκταδοῦς et μωραλλαδοῦς. Quae quin Aristophani debeantur, non dubitamus: illud tamen ambigas,

---

νέων ἀδελφή. 34) Cf. Schol. Ξ, 118: ὁ τοῦ πατρὸς πατὴρ γεροντίας, ἡ δὲ μάμμη τήθη. Hesych.: Γεροντίας· πάππος. Accedant glossae: Γεροίταν· πάππον. Κρῆτες. et Γερύτας· γέρων. Idem nomen ap. Hesych. v. Ἱερόλας reponendum censebat Lobeckius Pathol. p. 387. coniectura admodum incerta. 35) De priore nomine cf. Hesych.: Ἐπίπαππος· ὁ τοῦ πάππου πατήρ. Accedat Thom. M. p. 360. ed. Ritschl. ubi memorabile illud est: τινὲς δὲ οἴονται ἐπίπαππον λέγεσθαι καὶ τὸν τοῦ πάππου ἀδελφόν. Alterum explicatur in Lex. Rhet. p. 254, 10: Ἐπιτήθη· ἡ μήτηρ τῆς μάμμης. Ammon. p. 138: ἐπιτήθη δὲ ἡ προμάμμη. Adde Etym. M. p. 366, 12. (ubi ἐπιτηθή extat a Meinekio Com. II. p. 809. toleratum) et Suidae glossam (unde in Etym. τῆς τοῦ πατρὸς μητρὸς pro τῆς τοῦ π. μητέρα reponendum) cum ann. Bernhardyi I, 2. p. 472. 36) Plat. Tim. p. 20. E. Andoc. I, 106. Isocratem addit Pollux III, 17. Qui πρόπαππον statuit esse patrem avi, ἐπίπαππον patrem προπάππου, atque eadem ratione nomina προ-

utrum h. l. perstricta fuerint, an in capite περὶ βλασφημιῶν illustrata. De significatu nominis τηθαλλαδοῦς[37]) frequenter a grammaticis memorati cf. Hesych., II. p. 1379: Τηθαλλαδοῦς ἢ τηθαλλωδοῦς· ὁ γυναικοτραφής. ἄλλοι τὸν ὑπὸ τίτθη γενόμενον καὶ τεθραμμένον· ἄλλοι τὸν μαμμόθρεπτον καὶ σπάταλον. Accedant Phryn. Bekk. p. 65, 30. Pollux III, 20. Etym. M. p. 756, 31. Suid. Apud Phot. p. 584, 19. 20. duas glossas altero τηθαλλαδοῦς eiecto copulandas censeo: Τηθαλλαδοῦς· γυναικότροφος, ὑπὸ τίτθη τεθραμμένος, ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσιν. Convicia eiusdem potestatis μαμμάκυθος et βλιτομάμμας praestantissimus Phrynichi editor p. 300. memoravit, cf. Schol. Plat. p. 387. Tzetz. Chil. 4, 833. Nomina ἐμπληκταδοῦς et μωραλλαδοῦς a Papio neglecta alibi quod sciam non reperta sunt: suspiceris et ipsa a comicis poetis efficta. Quae subiungit Eustathius, ὅτι μαῖα καὶ ἡ ἁπλῶς πρεσβυτέρα γυνὴ ἐλέγετο, spectant ad fr. XIII. De accentu nominum τήθη et τίτθη v. Lobeck. in Phryn. p. 134. sq.

X. [Ἀδελφιδοῖ λέγονται οἱ παῖδες τῶν ἀδελφῶν, ἀνεψιοί δὲ οἱ ἐξάδελφοι· ὥστε ὁ μὲν ἀνεψιὸς πρὸς ἀνεψιὸν λέγεται, ὁ δὲ ἀδελφιδοῦς πρὸς θεῖον.] Καὶ ἀνεψιαδοῦς, ὥσπερ ἀδελφιδοῦς, ὁ τοῦ ἀνεψιοῦ υἱός· καὶ ἀνεψιαδῆ ὁμοίως· ἐξανέψιοι δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες, οὓς νῦν λέγομεν διςεξαδέλφους.

Posteriorem huius fragmenti partem inde ab verbis Καὶ ἀνεψιαδοῦς praebuit Fragm. Paris. §. 12: praefixi locum a Kulenkampio e codice Paris. descriptum[38]), qui vel ad intel-

---

τήθη et ἐπιτήθη discernit, num recte dubito. 37) Hanc formam praeter Eust. et grammaticos mox laudandos tuetur Herod. π. μον. λέξ. p. 31, 34. cf. Phot. p. 245, 11. Τηθαλλωδοῦν pro τιθαλλωδὸν redde Dioni fragm. Vatic. 102. coll. Hesych. Etym. M. Tertiam formam τηθελαδοῦς praebet Phryn. Epit. p. 299. agnovit Lobeckius in Soph. Ai. p. 391. f. Τηθελλαδοῦς scripsit Meinekius Anal. Alex. p. 370. et Lobeckius Pathol. p. 350. Breviatum τηθέλας incerta auctoritate Scholii Ar. Ach. 49. (quod Suidas descripsit) minime tutum videtur: malim τηθελλαδοῦς τοὺς μαμμοθρέπτους. 38) Ammon. edit. Lips. p. XLI. Similia Gramm. Cram. An. Ox. III. p. 274. sq.: Ἀνεψιὸς λέγεται ὁ ἐξάδελφος· οἱ δὲ ἀδελφῶν παῖδες ἀδελφιδοῖ· ὥςπερ (l. ὥστε) ἀνεψιὸς πρὸς ἀνε-

lectum alterius expositionis plane videbatur necessarius. Itaque non dubitavi utrumque fragmentum iungere et ad continuae narrationis tenorem revocare. Quamquam genuinam Aristophanis manum eo conatu restitutam non praestiterim. Ditiorem aliquanto fuisse Aristophaneam expositionem, haud obscure agnoscas ex Schol. *I*, 460. in Cram. A. P. III. p. 173: Ἀνεψιοί οἱ ἀδελφῶν υἱοί, ὡς Ἀχιλλεὺς καὶ Αἴας[39]), ἀδελφιδοῖ δὲ οἱ τῶν ἀδελφῶν παῖδες, ὡς ὁ Ὀρέστης πρὸς Μενέλαον. Quodsi formam Aristophaneae sententiae parum fideliter proditam nunc habemus, ipsum tamen placitum facile assequimur. Namque ἀδελφιδοῦς mihi est fratris mei filius, ἀνεψιοί inter se sive ἐξάδελφοι fratrum liberi, Geschwisterkinder[40]): similiter ἀνεψιαδοῦς mihi ἀνεψιοῦ mei filius, ἐξανέψιοι inter se quos dicimus Andergeschwisterkinder. Neque erit qui aut hanc ipsam Aristophanis esse sententiam ambigat, aut rectissimi discriminis veritatem impugnet. Fallitur enim Pollux III, 28. sq.: Οἵ γε μὴν ἐκ τῶν ἀνεψιῶν φύντες ἀλλήλοις ἀνεψιαδοῖ — οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανέψιοί τε καὶ ἐξανέψιαι· τούτῳ δὲ τῷ ὀνόματι κέχρηται Μένανδρος (fr. 406.). Me iudice nec Menander neque alius quisquam nepotes ἀνεψιῶν aut dixit ἐξανεψίους aut potuit dicere. Nam ἐξανέψιοι non possunt esse nisi οἱ ἐξ ἀνεψιῶν γεγονότες i. e. filii ἀνεψιῶν[41]). Ammon. p. 54: Ἐξανέψιοι καὶ ἀνεψιοί[42])

ψιὸν λέγεται, ὁ δὲ ἀδελφιδοῦς (πρὸς) θεῖον. 39) Eodem exemplo utitur Schol. *O*, 545. 40) Ἀνεψιοὺς ubi διςεξαδέλφοις opponerentur, πρωτεξαδέλφους appellatos fuisse testatur Thom. M. p. 361, 14. vel potius si recte coniició πρώτους ἐξαδέλφους, cf. Eust. Il. p. 303. init.: ἀνεψιοὺς ἢ αὐτανεψίους, ὅ ἐστιν ἐξαδέλφους πρώτους. Eust. Opusc. p. 271, 91: ὃς αὐτανέψιος μὲν ἦν τῷ βασιλεῖ Μανουήλ, καὶ (l. ἢ) ὡς ἂν ἡ πεζινὰ λαλοῦσα εἴποι γλῶσσα, πρῶτος ἐξάδελφος. Ceterum ἀδελφιδοῦς et ἀνεψιός respondent Francogallorum vocibus *neveu* et *cousin*. 41) De compositionis natura vix opus est pluribus disseri. Ut ἐξάδελφοι et ἐξανέψιοι nil sunt nisi οἱ ἐξ ἀδελφῶν, οἱ ἐξ ἀνεψιῶν, ita προκύων non ipse canis, sed ὁ πρὸ τοῦ κυνός (Buttm. Ausf. Sprachl. II. p. 476.). Cf. ἐγκέφαλον (τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ), ἐνύπνιον, ἐφίππιον, πρόπαππος, ἐπίπαππος, ἐπιπρητήν (supra p. 106.), παράνυμφος, ἐξέφηβος alia. Papio accedat προτριακάς (ἡ πρὸ τῆς τριακάδος) Inscr. Boeot. 1562. item ἔκδουλος Suid. v. Ἕρμιππος Βηρ., Ὑπερθεμιστοκλῆς, Ὑπερπερικλῆς, Ὑπερσωκράτης, Ὑπερευρύβατος Phryn. Bekk. p. 67. Si-

διαφέρει. καὶ βαρυτόνως προφέρονται τοὔνομα· φησὶ γὰρ Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας· „Ἐξανέψιοι, ὡς ἀμέριμνοι, ἀναστελλομένης τῆς ὀξείας ἐκ τοῦ ἀνεψιοί ὀνόματος ὀξυνομένου." εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ἀνεψιοί τῶν ἀδελφῶν παῖδες, καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα· ἐξανέψιοι δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες. Neque ἀνεψιαδοῦς[43]) e terminationis suae natura, quam similia nomina ἀδελφιδοῦς, υἱδοῦς, θυγατριδοῦς liquido produnt, alia atque Aristophanes statuit notione primitus poterat uti: quamquam non adeo miramur ab hac proprietate vel meliores auctores nonnunquam declinasse et per

militer Romani eum qui *pro consule*, *pro praetore* esset, mox *proconsulem*, *propraetorem* appellarunt, item *pronomen* illud quod nominis vices sustineret (cf. *provocabulum* Varr. L. L. VIII, §. 45.), nec distat multum *exlex*, *Anticato* cum aliis. Vernaculo sermone respondent imprimis nomina *Vormittag* et *Nachmittag*, item fortasse *Vorhemde*. Adiectiva quae hanc compositionis legem sequantur apud Graecos extant innumera: ἐπιχθόνιος, ὑποχθόνιος, ὑποταρτάριος, μεταμάζιος, ἐπιβώμιος, ὑπερπόντιος, ἐπήρετμος, cf. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 134. not.; similia quamvis insolentiora sunt δουλέκδουλος, λεπτεπίλεπτος all. de quibus egit Meinekius Com. II. p. 854. Compares nostra *unterirdisch*, *übermenschlich*, *ausserordentlich*, *widersinnig*, *widernatürlich* cett. 42) Hoc enim dudum vidit Valckenarius restituendum esse ex Ammon. p. 17. pro mendosa librorum scriptura ἐξανεψιοί: vitium tamen satis esse inveteratum docemur mirabili quadam annotatiuncula ex hac perversa lectione et male intellecto Tryphonis praecepto conflata ap. Etym. Gud. p. 192, 20: Ἐξανέψιοι καὶ ἐξανεψιοί διαφέρει· βαρύνεται μὲν οἱ ἀμέριμνοι (ita nimirum quod de solo accentu a Tryphone exempli loco fuerat adhibitum, ineptissimus mortalium ad significatum nominis ἐξανέψιοι rettulit), ὀξύνεται δὲ οἱ πρὸς γένος. Ceterum non magis verum est quod Cyrillus habet ab Valck. excitatus: Ἐξανέψιοι, *consobrinorum filii*. Ἐξανεψιοί, *consobrini*.

43) Auctores nominis affert Lex. Segu. p. 401. Quam alteram formam lexica suppeditant ἀνεψιάδης, ea sine dubio vitiosa est. Quodsi ap. Iamblich. Protrept. p. 364. ed. Kiessl. ἀνεψιάδαι scribitur, id non magis tolerarim quam ἀδελφιδῆν ap. Schol. Aesch. Prom. 856. in Faehsii Syllog. p. 58. Simili errori tribuendum quod Suidas affert θυγατρίδης. De accentu certissima habes grammaticorum praecepta, unde sicut χρύσεος et χρυσοῦς, item ἀνεψιάδεος et ἀνεψιαδοῦς scribendum. V. Herod. π. μον. λέξ. p. 21. sq. Arcad. p. 93, 6. 175, 13. Etym. M. p. 16. Itaque ἀνεψιαδέος vel ἀνεψιαδούς non magis rectum quam quod codices non-

abusum *ἀνεψιαδοῦς* dixisse quos deberent *ἐξανεψίους*[44]). Vestigia Aristophaneae doctrinae sedulo magis quam caute ab aliis propagatae pluribus locis deprehendas. Hesych. I. p. 88: *Ἀδελφιδοῦς· ὁ τοῦ ἀδελφοῦ υἱός* (cf. Etym. M. p. 17, 1.). I. p. 373: *Ἀνεψιοί· ἀδελφῶν υἱοί.* ibid.: *Ἀνεψιαδοῦς· ἐκ τοῦ ἀνεψιοῦ γεγονὼς ἢ τῆς ἀνεψιᾶς.* I. p. 1274 (quicum cf. Eust. supra p. 139.): *Ἐξανέψιοι· ὧν οἱ πατέρες ἀλλήλων ἀνεψιοὶ ἢ αἱ μητέρες.* Adde Eust. p. 764, 6: *ἀνεψιοί δὲ οἱ παρὰ τοῖς ὕστερον ἐξάδελφοι* (similiter Schol. Plat. p. 348. Etym. Gud. p. 56, 3.) et Poll. III, 28: *ἀδελφῶν παῖδες ἀνεψιοί — ὡσαύτως καὶ ἀνεψιαί αἱ θήλειαι· οἱ μέντοι αὐτανέψιοι οὐδὲν (ἂν) πλέον τῶν ἀνεψιῶν εἶεν, ἀλλ' ἄντικρυς ταὐτόν.* Denique cf. Tzetz. Chil. VI, 378. sqq.

XI. *Ὅτι δὲ καὶ συγγενικόν ἐστιν ὄνομα ἡ νύμφη, καὶ ὅτι καὶ προβεβηκυῖάν τινα τῇ ἡλικίᾳ νύμφην ὁ ποιητὴς καλεῖ, οἷον· „δεῦρ' ἴθι, νύμφα φίλη“, καὶ ὅτι παρώνυμος τῇ νύμφῃ ὁ νυμφίος, καὶ ὅτι ὁ παράνυμφος εἰκαιότερον οὕτω λέγεται, ὀρθότερον γάρ ἐστι παρανυμφίον καλεῖσθαι τὸν συναπάγοντα τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην ἢ πεζῇ ἢ ἐφ' ἁμάξης ὡς παρ' Ἀθηναίοις, ὑφ' ὧν καὶ πάροχος καλεῖται διὰ τὸ μόνον αὐτὸς συναναβαίνειν καὶ ὀχουμένῳ τῷ νυμφίῳ παροχεῖσθαι, [καὶ ὅτι νυμφεῖον περιεκτικῷ λόγῳ ὁ τόπος ἐν ᾗ οἱ νυμφίοι,] καὶ ὅτι νυμφαγωγός ὁ τὴν νύμφην ἄγων ἐκ τῆς πατρικῆς οἰκίας τῷ νυμφίῳ καὶ μάλιστα ὁ τὴν κατὰ δεύτερον γάμον, καθ' ὃν οὐ θέμις τῷ νυμφίῳ μετιέναι, ἀλλ' ἀποστέλλεσθαι φίλον, ὃς οὕτω προσονομάζεται, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.*

Insigne fragmentum servavit Eust. Il. p. 652, 41. Aristophani Byzantio vindicavimus ductu Parisini excerpti §. 13. Versatur grammaticus primitus in illustrandis vocabulis *νύμφη* et *νυμφίος*: hinc contiguas quasdam voces arcessivit ac laudabili antiquariae etiam rei peritia explicuit. Primum igitur vocabulum *νύμφη* recte perspexit Aristophanes non solum *συγ-*

---

nunquam praebent *ἀνεψιάδους* (Goettl. de Accent. p. 170.).

44) Diligenter haec persecutus est Schoemannus in Isaei p. 455. sq. A grammaticis non mirum saepe has notiones confundi, veluti Suidae *ἀδελφιδοῦς* idem est quod *ἀνεψιός*, itemque Schol. Apoll.

γενικὸν esse ὄνομα, ubi sponsam designat [45]), ut Σ, 492. quamquam postea latius acceptum et de nuru imprimis dictum est, sed ad quamvis sive florentem aetate mulierem sive virginem nubilem ab Homero transferri: loco quem ipse excitavit, δεῦρ' ἴθι, νύμφα φίλη (Γ, 130.), addiderim Ι, 560. coll. Hes. Th. 298. Corruptelae suspicionem movent quae de voce νυμφεῖον (Soph. Ant. 891. 1205.) apud Eustathium perhibentur uncis a nobis inclusa. De ceteris rebus quae ad παράνυμφον sive πάροχον et νυμφαγωγὸν pertinent, frequentes extant grammaticorum loci. Πάροχος quis dicatur, simpliciter docet Pausan. ap. Eust. Il. p. 833, 49: ἐν γάμοις τρεῖς ἐπὶ ἁμάξης ἐκάθηντο, μέση ἡ νύμφη, ἑκάτερθεν δὲ ὁ νυμφίος καὶ ὁ πάροχος, φίλος οὗτος ἢ συγγενὴς ὁ μάλιστα τιμώμενος καὶ ἀγαπώμενος. Cf. Phot. p. 399: Πάροχος· ὁ παροχούμενος ἐκ τρίτων τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐπὶ τῆς ἁμάξης. Eundem παράνυμφον dici addunt Schol. Ar. Av. 1737. Suid. III.

---

Rhod. III, 359. ἀνεψιαδοῦν cum διςεξαδέλφῳ aequiparat. 45) Qui si minus e locorum testimoniis, certe ex origine vocis genuinus videtur significatus. Cohaeret enim νύμφη (proprie νύφη, uti habes Νυφεών Inscr. 2423, c. Vol. II. p. 1080. et alia ap. Keil. Spec. Onomatol. Gr. p. 58. Anal. p. 173.) cum Latino *nubo* et appellata inde est quod velata sponsa ad maritum deducebatur. *M* euphonicum non alio pacto insertum est quam in Lat. eiusdem radicis substantivo *nimbus* (proprie das Verhüllende, non quod lexicographi quidam tradunt der Platzregen: Graece νέφος) vel in *accumbo* et similibus ex simplici *cubo* prognatis. Ita nostrum Kampher ortum e nom. Arab. κάφουρα. Cf. λαμβάνω (ex ἔλαβον), λιμπάνω (ἔλιπον), πίμπλημι et πίμπρημι (Lobeck. in Phryn. pp. 95. sq. 428.), ἄμβροτος (pro ἄβροτος), τύμπανον (primitus τύπανον, ut Hymn. Hom. 13, 3. Aeschyl. fr. 54. Meinek. Com. III. p. 531.), λάμβδα (pro antiquo λάβδα), σκίμπων (p. σκίπων, *scipio*), κέπφος et κέμφος (supra p. 84.), Θίβρων et Θίμβρων, Ἀρύβας et Ἀρύμβας, λάπη et λάμπη, λαψάνη et λαμψάνη, χρίπτω et χρίμπτω (Eust. p. 925, 27. Ruhnk. in Tim. p. 106.), λήμψομαι (pro λήψομαι: cf. Dorv. in Charit. p. 469. Sturz. de dial. Mac. et Alex. p. 130. sq.), ὄβριμος et ὄμβριμος, all. ap. Blomf. Gloss. Aesch. Sept. 795. Bernh. in Niceph. Blemm. p. 1012. Similiter Ὄλυμπος ex Ὄλυπος ortum videtur, cf. Ὀλυπικός et Ὀλυπιόδωρος Keil. Anal. p. 173. n. 2. Adde Κυμβελλείτης Inscr. 3148, 28. atque imprimis ἐμπρίατο dictum pro ἐπρίατο Inscr. Corcyr. 1840. de quo v. Ahrens. Dial. Dor. pp. 113. 351.

p. 55. Schol. Luc. p. 122. Etym. M. p. 145, 31: ὅθεν καὶ παρόχους τὰς (l. τοὺς) παρανύμφους ἐκάλουν. Pollux III, 40: ὁ δὲ καλούμενος παράνυμφος νυμφευτὴς ὀνομάζεται καὶ πάροχος. Hesychius: Πάροχοι· παραβάται, παράπομποι· καὶ οἱ συμπορεύοντες τῇ νύμφῃ [46]) ἐπὶ τοῦ ζεύγους, (οἱ) καὶ παράνυμφοι. Pompam nuptialem Pausania praeeunte describunt Phot. Etym. M. Suid. v. Ζεῦγος ἡμιονικόν. Ad ultima Aristophanis verba, quibus νυμφαγωγοῦ munus explicatur, praeter Append. Phot. p. 673. et Poll. III, 41. (ubi pro δευτερογαμοῦντας l. δεύτερον γαμοῦντας) cf. Hesych. II. p. 691: Νυμφαγωγός· ὁ μετερχόμενος ἑτέρῳ νύμφην καὶ ἄγων ἐκ (τῆς) τοῦ πατρὸς οἰκίας· τῷ πρότερον γεγαμηκότι οὐκ ἔξεστι μετελθεῖν, διὸ ἀποστέλλουσι τῶν φίλων τινάς· διαφέρει γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς τοῦ παρόχου· καλεῖται γὰρ πάροχος τῶν φίλων τις ὁ ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἅμα τῇ νύμφῃ καὶ τῷ νυμφίῳ ὀχούμενος, οἷον (f. ὁ καὶ) παράνυμφος.

Restat ut illud perstringamus quod Aristophanes contendit, rectius παρανύμφιον (ita fragm. Paris.) vel (ut Eust. perhibet) παρανυμφίον dici quam παράνυμφον. Quae observatio dubito num vera sit. Certe e ceterorum grammaticorum testimoniis, quibus suffragatur Augustin. de Civ. D. VI, 9. XIV, 18., non novimus nisi formam παράνυμφος [47]), atque quod lexica nostra invasit παρανύμφιος, adeo nunc pervagatum ut Passovius hoc unum afferat, Papius de legitima forma παράνυμφος dubitet, nil opinor continet nisi Aristophanis grammatici errorem etymologicum. Παράνυμφον nimirum eum intellexit, qui esset παρὰ τῷ νυμφίῳ, et inde παρανυμφίον. [48])

---

46) Tentabam olim οἱ συμπομπεύοντες τῇ νύμφῃ. Rectius fortasse scripseris οἱ συμπορεύοντες τὴν νύμφην. Etenim ι subscriptum et ν notum est saepissime confundi, vide quae collegit Ungerus Theb. Parad. p. 420. 436. sq. 47) Nam apud Pollucem III, 40. unus tantum codex παρανύμφιος praebet. Παράνυμφος autem masculino pariter ac feminino genere usurpatur, ut τὴν παράνυμφον commemorant Hesych. II. p. 866. Moer. p. 269. Phot. et Hesych. v. Νυμφεύτρια. Thom. M. p. 247, 15. 48) Cur sic maluerim scribere quam παρανύμφιον, quivis intelligit. Videtur enim Aristophanes tenorem simplicis nominis una cum terminatione credidisse retinendum: compares quod alii grammatici ef-

iubebat dici, non πανάννυμφον. At vero etiamsi concesseris a νυμφίῳ hanc appellationem esse repetitam (alii fortasse παράννυμφον maluerint τὸν παρὰ τῇ νύμφῃ intelligi), toties tamen vocalis ι in compositis eliditur [49]), ut minime debuerit traditum παράννυμφος attrectari. Gemino aliorum grammaticorum errori tribuo commenticiam formam μελλοννυμφίος, quam et Hesychius v. Μελλογαμβρός habet et Pollux III, 45. Phrynicho comico tribuit, qua de re verissime iudicavit Meinekius Com. II. p. 608.

XII. Eust. Il. p. 589, 19: Κυρίως μέντοι χήρα γυνὴ ἡ μετὰ θάνατον ἀνδρὸς ἢ καὶ γάμου διάλυσιν μηδενὶ συνοικοῦσα. οὕτω δὲ χῆρος ἀνὴρ ὁ μηκέτι γυναῖκα ἔχων, ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης φησί, λέγων καὶ ὡς χηρωστὴς ὁ ἀγχιστεύς.

V. fragm. Paris. §. 14. Pendere videtur ex Aristophane Pollux III, 47: ἡ δὲ μονωθεῖσα ἀπ' ἀνδρὸς χήρα· ὡς καὶ ὁ μονωθεὶς ἀπὸ γυναικὸς χῆρος· ὅθεν καὶ χηρωσταί, οἱ τῷ ἐρήμῳ γένει προςήκοντες. Eundem respicit Eust. Il. p. 1093, 47. Masculinum ὁ χῆρος, quod ab feminino suo derivatum est [50]) neque adeo mature ascitum videtur, complures testantur grammatici. Praeter Arcad. p. 135, 20. et corruptum Zonarae locum p. 1851. cf. Suid.: Χῆρος· ὁ μετὰ τὴν πρώτης στέρησιν δευτέρᾳ μὴ συνεζευγμένος γυναικί. et Hesych.: Χῆραι, αἱ μὴ ἔχουσαι ἄνδρας. Χῆροι, ἄνδρες μὴ ἔχοντες γυναῖκας. Accuratius etiam cum Eustathio concinunt quae idem Hesychius paulo ante habet: Χήρα· ἡ μετὰ γάμον μὴ συνοικοῦσα ἀνδρί, ἡ τοῦ ἀνδρὸς στερηθεῖσα γυνή. Adiectivi χῆρος auctores novimus Eur. Alc. 862. Arist. H. A. IX, 8. p. 614, a, 1. alios; compares Antimacheum χηρήιος (fr. 95. Stoll.), quod Hesychius affert II. p. 1552: Χηρήιον οἶκον, παρὰ Ἀντιμάχῳ,

---

finxerunt μελλονυμφίος. 49) Exempla nemo desiderabit: nam χίλιοι et ἐννεάχιλοι, χειμέριος et δυςχείμερος, κύριος et ἄκυρος, παραβόλιον et ἀπάρβολος simm. satis nota sunt. Nostra in caussa aptissimum est μελλόνυμφος aperte a νυμφίος repetitum. 50) Similia contulit Lobeckius Patholog. p. 29. qui recte „τιθήνη, ait, prius fuit quam τιθηνός“: item μητρυιά prius quam μητρυιός (vide locos Meinekii Com. II. p. 796.): cf. παλλακός, πόρνος, Lo-

*τὸν ἄτακτον* (l. *ἄτεκνον*). *Χηρωσταί* [51]) vel ex Homero et Hesiodo noti sunt. Uberius vocabulum explicat Apoll. L. H. p. 710. sq.: *Χηρωσταί· οἱ μακρόθεν προσήκοντες κατὰ γένος, καὶ χῆρα ὄντα τῶν σύνεγγυς τὰ χρήματα κληρονομοῦντες.* Quem secutus est emendandus hoc duce Hesychius: *Χηρωσταί· οἱ μακρόθεν κατὰ γένος, προσήκοντες δέ, καὶ οἱ χηρεύοντες τοῦ οἴκου τῶν ἀγχιστέων κληρονομούντων* [52]). Adde Schol. L. *E*, 158. (cf. Cram. A. P. III. p. 207. Eust. p. 533, 30.): *ἔστι τάγμα ἐν ταῖς* (f. *ἔν τισι*) *πόλεσιν, διοικοῦντες τοὺς ἀκληρονομήτους ἤγουν τοὺς χηρεύοντας διαδόχων, οἵτινες κατὰ λόγον ἄλλον καὶ ὀρφανισταί ἤγουν ἐπίτροποι παίδων.* Similia Etym. M. p. 811. Orion. p. 166. Gud. p. 564. Schol. Hesiod. Theog. 607.

---

beck. Pathol. p. 311. 51) Sic enim cum Ptolem. Ascal. scribendum (cf. Schol. *E*, 158. *N*, 382. Eust. p. 533, 37.), non *χηρώστης* quod Heraclides malebat teste Eust. p. 1724. et Phavor. Ecl. p. 81. 52) Ubi certum arbitror *χηρεύοντος* reponendum esse et *κληρονομοῦντες*: porro particula *δέ* abiecta, *προσήκοντες* cum praegressis iungatur: denique ante *χηρεύοντος* aut *καὶ* aut *οἱ* delerim.

## 3. Περὶ προςφωνήσεων.

Quum et diserta constet Eustathii mentione compellationes quasdam (easque παιγνιωδεστέρας καὶ ὑποκοριστικάς) ab Aristophane fuisse illustratas, et in ceteris grammatici nostri fragmentis haud desint quae ad eandem materiem probabiliter videantur esse revocanda, vix dubitari poterit quin Aristophanes, ut varios solebat vocabulorum ordines et classes instituere, item Προςφωνήσεσι singulare in maiore Λέξεων opere caput destinarit: id quod pluribus firmare studui fr. XIII. Insequentes grammatici divulsisse magis hoc argumentum videntur et diversas in partes sevexisse, quam recoluisse et locupletasse: singulas glossas, quas aut sciamus aut suspicemur hoc capite fuisse inclusas, haud pauci posteriorum grammaticorum perstringunt, ac nonnulli ita ut genuinam harum vocum naturam ac potestatem plane videantur ignorasse, in universo hoc προςφωνήσεων capite pertractando nemo videtur post Aristophanem elaborasse.

XIII. Eust. Il. p. 1118, 8: Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι κεῖται καὶ ὧδε τὸ ἄττα, προςφώνησις πτώσεως κλητικῆς ἀπὸ νεωτέρου τοῦ Μενελάου πρὸς γέροντα τὸν φαινόμενον διὰ τῆς Ἀθηνᾶς Φοίνικα. φησὶ γάρ· Φοῖνιξ, ἄττα, γεραιὲ παλαιγενές. εἰ δὲ καὶ ἀλλαχοῦ [1]) περὶ τῆς τοιαύτης δεδήλωται λέξεως, ὅμως οὐκ ἀνένδεκτόν ἐστιν ἐνταῦθα δηλῶσαι, ὅτι ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης γράψας, ὡς εἰσὶ προςφωνήσεις διάφοροι παιγνιωδέστεραί τινες καὶ ὑποκοριστικαί [2]), ἐπάγει, οἷον ἄππα, πάππα, μάμμα, μάμμη, μαμμία [3]), τέττα,

---

1) Respicit ni fallor ad pp. 659, 52. 777, 54. quos locos mox afferemus. 2) Vitiose Eustathius ὑποχοριστaί: quo errorum genere nil frequentius. Vide Bastii Comment. palaeogr. pp. 778. 841. sq. 3) Eust. μαμμαία, cuius loco Piersonus in Moer. p. 259. μαμμαῖα tacite reponebat: restitui μαμμία, cf. p. 139. n. 26. et infra p. 156.

ἄττα. οὕτω δέ, φησί, καὶ πατέρας μὲν διαῤῥήδην τοὺς πρεσβυτέρους καλοῦσι, κἂν ὦσιν ἀλλότριοι, μητέρας δὲ τὰς πρεσβυτέρας, τὴν ἡλικίαν εἰκάζοντες, τὰς δὲ ἔτι πρεσβυτέρας μαίας καὶ τήθας. [οὕτω δὲ καὶ τὰς ταῖς ὠδινούσαις παρεστώσας πρὸς θεραπείαν μαίας καλοῦσιν, εἰ καὶ νεώτεραι εἶεν καὶ μὴ πρεσβύτιδες καὶ διὰ τοῦτο πολύπειροι.] ἐξ ἐναντίου δέ, φησίν, οἱ πρεσβύτεροι τοὺς νεωτέρους παῖδας καὶ τέκνα καλοῦσι, καὶ Ὅμηρος δέ, φησί, τοιαύταις προςφωνήσεσιν ἀποθεραπεύων τὴν ἡλικίαν, μαῖαν τὴν πρεσβῦτιν λέγει καὶ τὸν πρεσβύτην πατέρα.

De sede quam in glossarum corpore hoc fragmentum tenuerit, facile ex ipsius Aristophanei operis instituto ac descriptione profligari potest dubitatio mota a Meiero. Qui postquam de capite περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν quaedam attulit, indidem, inquit, crederem repetita, quae ad προςφωνήσεις παιγνιωδεστέρας καὶ ὑποκοριστικὰς pertinentia ex Aristophane attulit Eust. p. 1118, 9. nisi praestaret haec ad librum συγγενικῶν referre. Si necesse fuerit aut in Συγγενικοῖς aut in Ἡλικίαις hanc expositionem proditam fuisse, utri capiti accenseas, possis ambigere. Verum sicut aetatum nomina haberi non possunt, quae neutiquam certos aetatis gradus et successiones referant, item a Συγγενικῶν argumento ea longissime abhorret disputatio, qua neque omnia de quibus agitur συγγενικὰ sint nomina (cf. ἄττα, τέττα cett.), et ea ipsa quae alias de cognatis dicantur, hanc συγγενικὴν potestatem plane exuerint. Cum vero copiosam glossarum silvam ita Aristophanes digesserit, ut ordinum quorundam et capitum partitionem sequeretur ex ipsa singularum glossarum natura petitam, cumque hac ratione multiplicem ille divisionem instituerit, non dubitabimus quin haec expositio, qua παιγνιωδέστεραί τινες καὶ ὑποκοριστικαὶ προςφωνήσεις illustrantur, singularem partem efficiat amplioris olim capitis ad varia Προςφωνήσεων genera collati, cuius vestigia accuratius infra persequemur.

Iam ut ipsam Aristophanis disputationem videamus, tametsi quam operam in singulis huius capitis glossis illustrandis collocarit, e superiore loco minus apparet, sic ieiune tamen ut Eustathius perhibet ac sine ulla aut interpretationis luce aut exemplorum comprobatione nomina cumulata et uno

quasi filo deducta fuisse, non videtur credibile. Alia suadet Eustathii locus, ubi complures glossae afferuntur ad unam omnes ex Aristophane petitae atque ita e diversis *Λέξεων* plagulis commixtae, ut vel hoc testimonio pervincas, non peculiaribus libris aetatum et affinitatis nomina fuisse consignata. *Τὸ δὲ ἄττα* (inquit **Eust.** Il. p. 777, 54.) *κείμενον καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, γλώττης φασὶ Θετταλῶν οἱ παλαιοί, προςφώνημα ὃν ἔκ τινος νεωτέρου ὡς πρὸς τροφέα, πρωτόθετον, ἄκλιτον, ἀμετάληπτον —. εἰ δέ τινα ξενίζει τὸ μὴ πάνυ σύνηθες τῆς λέξεως μηδὲ κοινόν, ἐνθυμείσθω μυρίας ὅσας τοιαύτας, ὧν τινας καὶ αἱ Ὁμηρικαὶ παρεκβολαὶ συνειλήφασιν, ὁποία καὶ ὁ νέννος* (fr. IX.), *λέξις αὕτη συγγενική, δηλοῦσα θεῖον, ἤγουν τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφόν. ὁ δὲ οὕτω διατεθεὶς εἰς τὸ τέττα τὸ γνώριμον τίς ἂν γένοιτο ἀκούσας ὅτι σάννας* (fr. XXII.) *ὁ μωρὸς παρὰ Κρατίνῳ, καὶ ὅτι ψάκαλα τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἄρτι δὲ γεγονότα, ὅθεν καὶ ψακαλοῦχοι μητέρες παρὰ Σοφοκλεῖ* (fr. V. p. 126.), *καὶ ἄλλα δὲ ἀμύθητα;* Quae missis Eustathii ambagibus similiter extant ap. Schol. *I*, 601. in Cram. A. P. III. p. 242: *Τὸ ἄττα λέξις προςφωνητικὴ ἔκ τινος νεωτέρου πρὸς τροφέα, ὁ νέννος λέξις συγγενικὴ δηλοῦσα θεῖον τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφόν, σάννας ὁ μωρὸς παρὰ Κρατίνῳ, ψάκαλα τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἄρτι γενονότα, ὅθεν καὶ ψακαλοῦχοι μητέρες παρὰ Σοφοκλεῖ.* Inde illud saltem lucramur ut Aristophanem videamus et illustrasse illius *ἄττα* (ac procul dubio item ceterarum *προςφωνήσεων*) significatum, et — quod longe gravius est — inter *πρωτόθετα* et *ἄκλιτα* [4]) totam illam rettulisse vocabulorum seriem. In quo non possumus non laudare grammatici nostri iudicium. Nam vere compellationes illae, quas easdem vel similes pleraeque linguae habent, ut ad effuticios sonos referuntur quos ipsa natura duce et magistra in primis balbutientium infantium rudimentis etiamnunc videmus pullulare [5]), ita flexionem non

---

4) Nam de tertii nominis integritate dubito: quod ut Eustathio nemo eripiet, genuinum tamen negarim. Fortasse pro *ἀμετάληπτον* primitus extiterat quo alii grammatici eadem in caussa utuntur *ἀμετάβλητον*, quamquam parum hoc ab altero *ἄκλιτον* differre haud infitior. 5) Qui soni et vocabula, si ita dicere licet quae nil proprie sunt nisi *ἐπιφθέγματα*, eam paene necessitatem

admittunt et interiectionum potius quam nominum loco primitus habentur. Quam legem ipsi harum vocum naturae plane congruam et a pluribus veterum grammaticorum propagatam non satis tenuerunt, qui nominativi commentum πάππας tanquam probam et indubiam formam venditarent [6]). Progrediente demum lingua nomina substantiva hinc derivata sunt iustis terminationibus praedita et flexibilia: ita cum eidem stirpi plures saepe aequa facilitate aptari possent terminationes, uberior paullatim succrevit seges nominum; ut igitur ex emollito μάμμα mox μάμμη et μαμμία emerserunt, ita similis sunt originis nomina παππίας, ἀπφῦς, ἀπφία, ἀπφάριον, alia [7]). De natura illorum sonorum qui exponant hos habes

---

sequuntur, ut peculiarem adeo efficiant *infantium dialectum* quantumvis angustis illam finibus restrictam: cuius luculentissima specimina praebet Nubium locus mox n. 6. afferendus, quicum cf. eiusdem Ar. fr. 675. De Latinis habes locum Varroniani Cati ap. Non. p. 81, 2: *cum cibum ac potionem buas ac pappas vocent, et matrem mammam, patrem tatam.* 6) Hunc nominativum quem ipse Lobeckius Pathol. p. 497. concedebat, posteriores demum effinxerunt grammatici. V. Eustath. p. 565, 2. 16. Hesych. v. Πάπας. Etym. Gud. p. 451, 24. cum apud Pollucem IV, 142. pristino πάππας librorum desit auctoritas. Istud vero πάππας (quod Byzantini scriptores minime respuunt, cf. Eust. Opusc. p. 39. sqq.) non magis veterum auctorum fide nititur quam Hesychianum ἄππας vel τέττης quod Eust. p. 490, 40. admisit praeeunte Soterida ap. Schol. Δ, 412. Ne quis enim Aristophanicis illis πάππαν μὲ καλοῦσαι Pac. 120. et πάππαν με καλοῦ Eccl. 645. abutatur, illud πάππαν ab interiectione πάππα eodem plane iure formatum patet, atque βρῦν εἴποις ab interiect. βρῦ derivatum videmus. Compares ψύτταν ab interiectione ψύττα descendens, Lucian. Lexiph. 2. Epist. Sat. 35. Unde noli dubitare quin ap. Ar. Nub. 1382. sqq. loco infinitivorum qui nunc perhibentur, mutatis accentibus inarticulatae formae revocandae sint: Εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον· Μάμμαν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον· Κάκκαν δ' ἂν οὐκ ἔφθης φράσαι, κἀγὼ λαβὼν θύραζε Ἐξέφερον ἂν καὶ προὐσχόμην σε. Ad hoc μάμμα revocandum quod Schol. Plat. p. 387. tradit μάμματα a quibusdam appellatá fuisse τὰ βρώματα. Cf. Hesych. II. p. 535: Μάματα· ποιήματα (f. ποιὰ) βρώματα. Ubi pluralis numeri formam a grammaticis effictam puto. 7) Apud Latinos vel sine ulla mutatione tam facile illa ἐπιφθέγματα substantivorum ratione flectebantur, ut Graecae linguae analogia destituti

primarios veterum locos. Schol. ζ, 57: Πάππα, πάτερ· ψελλιζομένη ἐστί τις φωνή, προςφώνησις φιλοφρονητικὴ νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον. [κατὰ τιμὴν] ταῦτά τινες προςαγορευτικά· οὐδέποτε δὲ περί τινος [8]) αὐτά φησιν, ἀλλὰ πρός τινα. Cf. Schol. Z, 518. ubi corrupta κατὰ τιμὴν absunt, quae nescio quid contineant. Similia habes in Schol. Δ, 412. I, 607. P, 561. π, 31. Adde Suid.: Πάππα. ὅτι πάππα καὶ τέττα, καὶ ἄππα οὐχ ὁ τροφεὺς ἓν ἀνθ᾽ ἑνός ἐστιν, ἀλλὰ προςφώνησις πρὸς τροφέα [9]).

De singulis pauca sufficient. Discrimen quod veteres grammatici inter varias illas compellationes instituunt, quatenus ex Aristophane pendeat nescimus. Vide Eust. Il. p. 659, 52. (coll. Schol. Z, 518. ζ, 57.): ἔστι δὲ τὸ μὲν τέττα φίλου, τὸ δὲ ἄττα τροφέως, τὸ δὲ πάππα πατρός, τὸ δὲ ἠθεῖε ἀδελφοῦ. Obscurata paene forma ἄππα [10]) quam inter scriptores apud unum repperi Callim. h. Dian. 6. ubi alii ἄττα. Ad Macedones eam formam ablegant Etym. M. p. 167, 33. et Schol. π, 31. Alii grammatici per πφ scriptam exhibent, ut Lex. Bekk. p. 441, 11. sive Suid.: Ἀπφά [11])· ἀδελφῆς ἢ (Suidas καὶ refragante etiam Hesychio I. p. 505.) ἀδελφοῦ ὑποκόρισμα. Cf. Herod. μ. λ. p. 31, 9. Eust. pp. 565. 971. et mendosum locum Gramm. post Philem. p. 291: Ἄπφαν· τοὺς ἀδολέσχους, ὡς ἀπφὺς ὁ ἀδόλεσχος, ubi ἀδόλεσχος ex ἀδελφός ortum est.

---

primitivam eorum naturam vix agnosceremus: ita neque Varro l. l. accus. *tatam* reformidavit, neque Festus p. 11. *attam*. 8) Pro περί τινος mendose πατρὶ υἱὸς Schol. Z, 518. in Crameri A. P. III. p. 284. 9) Non agnovit hanc proprietatem Gramm. ap. Eust. Il. p. 565: Τῶν συγγενικῶν ὀνομάτων τὰ μέν ἐστι κοινὰ πάντων οἷον πατήρ, μήτηρ, ἀδελφός καὶ τὰ ὅμοια, λέγω δὲ ὅτι πᾶς ἂν εἴποι πατέρα τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος, καὶ υἱὸν καὶ ἀδελφόν· τὰ δ᾽ ἐκ προςώπου λέγεται ἰδίως, οἷον ἄπφαν τὴν ἀδελφὴν Ἀττικῶς μόνη ἡ ἀδελφὴ εἴποι ἄν, καὶ πάππαν τὸν πατέρα μόνος ὁ παῖς, ὥςπερ καὶ μαμμίαν τὴν μητέρα, καὶ τὰ ὅμοια, ἐν οἷς θήσει τις καὶ τὸ ἠθεῖος (vide fr. XIV.). Ubi cum glossarum delectus ad Aristophanis exemplum institutus esse videatur, illud tamen quod συγγενικοῖς ὀνόμασιν haec ἐπιφθέγματα accensentur, barbariem arguit aetatis Byzantinae. 10) Cf. Suid. v. Πάππα. Hesych. v. Ἄππας. Etym. M. p. 167, 33. 11) Expectaris potius paroxytonon: item tamen habes ἀππά Etym. M. p. 167, 33. V. Goettlingium

Concinnunt derivata nomina ἀπφία (Poll. III, 74.), ἀπφίδιον (Bast. in Greg. C. p. 320.), ἀπφάριον, de quo cf. Xenarch. Com. III. p. 617: τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. In patris compellatione proprium est πάππα, de quo dixit Valck. in Adon. p. 382. A Syracusano πᾶς repetunt Etym. M. p. 651, 7. Gud. p. 451, 26. Πάππα pro πάππος restituendum Etym. M. p. 656, 3. Gud. p. 455, 18. Derivata vocabula toties simplici π scribuntur [12]), ut delere cum plerisque recentiorum hanc varietatem Latini sermonis usu firmatam non ausim. Ἄττα fere consentiunt veteres ibi locum habuisse ubi iunior provectiorem aetate alloqueretur (cf. Apoll. L. H. p. 174. Hesych. Etym. M. p. 167, 32. Schol. *P*, 561.); compellat ita Achilles Phoenicem, Eumaeum Telemachus: ab Homero repetiit Callim. Epigr. 37. Semel in Homero obvium τέττα, quo Diomedes aurigam Sthenelum compellat, plus una ratione ab veteribus interpretibus acceptum est, cf. Schol. *Δ*, 412. ubi insolens est quod traditur, τὸ δὲ τέττα ἐπίρρημά (malim ἐπίφθεγμά) ἐστι σχετλιαστικόν, ἀντὶ τοῦ νήπιε, ὑπὸ πρεσβυτέρου λεγόμενον πρὸς νεώτερον: nam ceteri grammatici aut ubi socius socium, aut ubi seniorem iunior alloquatur, vocabulum usurpari tradunt [13]). Restat μάμμα cum derivatis nominibus μάμμη et μαμμία. Huius loco quod Eustathius habet μαμμαία, non dubito quin errori debeatur, quem ut Eustathio concedamus, Aristophani certe imputare non audemus; nec repperi enim istam formam, nisi altero eiusdem Eustathii loco, Il. p. 971: μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν τὴν μητέρα καλοῦσιν. Itaque reduxi quod ceterorum consensus flagitabat μαμμία. Phot. p. 245, 16. sive Suid.: Μαμμίαν· Ἀττικοὶ τὴν μητέρα, ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾶν τὸ φαγεῖν λέγειν. cf. Phot. p.

---

de Accent. p. 145. 12) Ita παπία Ath. VIII. p. 358. F. XIII. p. 583. B. πάπας Hesych. Phot. Etym. G. p. 451, 24. παπάζω Hesych. Quae exempla facile augeri possunt. 13) Priorem rationem sequitur cum aliis Apoll. L. H. p. 642., alteram tuentur Hesych. Etym. M. p. 665, 1. Suid. Eust. p. 490, 37. Ceterum in Homerico loco fuerunt qui τέτλα tentarent, quod e τέτλαθι factum volebant: cuius rei uberius ab Helladio ap. Phot. Bibl. p. 868. expositae et scholia nostra admonent et vestigium servavit Hesychius

245, 14. Adde Ar. Lys. 878. 879. Suspectum est quod Phryn. p. 133. et Thom. M. p. 359, 6. habent μάμμιον: utroque loco μαμμίαν rescribendum esse suadet Moeris p. 258. Nomen μάμμη notum est sequioris Graecitatis usu quem plerique grammatici adoptarunt, ad aviam fuisse translatum: exempla annotavit Lobeck. in Phryn. p. 135. Derivatum μάμμος (Hesych.) restituas Arcad. p. 59, 9. Ceterum si Aristophanea e doctrina maximam partem repetita sunt quae Eust. Il. p. 971. proposuit (cf. p. 138. sqq.), hic locum habere poterant quae ille commemorat: λέγει δ' ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥηθέντα Συγγενικὰ ἐκγραψάμενος καὶ ὅτι ἀπφύς (immo ἀπφῦς) παρά γε τοῖς Ἀττικοῖς βάρβαρόν ἐστιν. —— λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ἄπφαν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἄπφιον ὑποκόρισμα ἐρωμένης καὶ ἄλλα τινά, περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται. Confidentius grammatico nostro vindicamus locum Phot. p. 246, 4: Μάνην· τὴν μανίαν· λέγουσι δὲ καὶ μάναν. Ἀριστοφάνης. Cum enim triplices formae μάνα, μάνη, μανία inauditae sint et incredibiles, facili mutatione ea erit triga sufficienda, de qua modo vidimus, μάμμα, μάμμη, μαμμία. Ipsa annotatio iungenda cum superiore glossa p. 245, 14: Μάμμην· τὴν μητέρα καλοῦσι καὶ μαμμίαν, καὶ τὸν πατέρα πάππαν καὶ παππίαν, hunc in modum ut scribatur: Μάμμην· τὴν μητέρα καλοῦσι, καὶ μαμμίαν· καὶ (f. ὡς) τὸν πατέρα πάππαν καὶ παππίαν· λέγουσι δὲ καὶ μάμμαν. Ἀριστοφάνης. Hanc coniecturam si admiseris, quod supra μαμμία pro μαμμαία Eustathio reddidimus, id iam ipso Photii testimonio videtur firmari [14]). Post illas quae proprie erant προςφωνήσεις Aristophanes nomina quaedam affert quae deflexa paululum a genuino significatu blandarum et ipsa compellationum loco usurpentur. Quem usum satis late pervagatum et in Graeco sermone et aliis in linguis quam plurimis (de Latinis cf. vel Hor. Ep. I, 6, 54.) iam apud Homerum subinde conspici recte observat. Ceterum in Odyssea demum luculenta huius usus specimina reppereris. Ubi πάτερ ea est allocutio quae cuivis provectiori aetate viro con-

---

Il. p. 1371: Τέτλα· ὑπόμεινον, ἀνέχου. 14) Pluribus haec exposui in Schneidewini Philol. I. p. 352. sq. Ceterum iam Dobraeus Advers. I. p. 600. de simili Photiani loci medela cogitavit. Improbat Lobeckius Technol. p. 260. qui forma μάνη retenta pro μά-

veniat, *μαῖα* vero ne extat quidem antiquitus alio casu quam vocativo ac promiscue in familiari seniorum mulierum compellatione usurpatur. Unde error refingendus quem in proprietate nominis constituenda a lexicographis admissum video. Qui quod *μαῖαν* nutricem primitus esse iubent, ad historiam vocabuli parum attenderunt. Nam si apud Homerum Euryclea maxime ab Ulysse et Telemacho ita compellatur, tamen neque ab his solis neque solam illam eo nomine insigniri, locis excussis quivis intelliget: eademque posteriorum poetarum ratio, cf. Hymn. in Cer. 147. Itaque tam ex usu antiquissimorum poetarum [15]), quam ex ipsa forma genuinam notionem illius *μαῖα* eam putamus, ut merum fuerit *ἐπίφθεγμα*, quo aut mater [16]) aut quaevis mulier senior blande compellaretur. Postea eam accepit potestatem, ut aviam simul et *ὀμφαλητόμον* significaret [17]): nutricis notio recidit ni fallor ad grammaticorum auctoritatem sive pinguiorem Homerici maxime usus interpretationem [18]). Ceterum quae apud Eust. insperguntur de *μαῖα* nomine *τὰς ταῖς ὠδινούσαις παρεστώσας* significante, et a proposito grammatici nostri abhorrent et ipso dicendi genere posteriorem produnt fabricam. In ceteris nominibus quae Aristophanes annotavit blandarum allocutionum

---

*ναν* ficticium proposuit verbum *μαννᾶν*. 15) A quo Attici demum desciverunt, ut Eurip. Alc. 394. item Plato Theaet. p. 149. B. qui vocabulum veri nominis loco habuerunt ac non *πρός τινα* dixerunt, sed *περί τινος*. 16) Conferas Aesch. Choeph. 45: *ὦ γαῖα μαῖα*. Quod nil distat ab altero *μᾶ γᾶ* Suppl. 890. 899. 17) Quas notiones coniunctas ne quis miretur, similiter apud nostrates sunt qui Grossmutter pro Hebamme usurpent. 18) Plenissime ambitum vocabuli describit Hesychius: *Μαῖα· πατρὸς καὶ μητρὸς μήτηρ. καὶ τροφός. καὶ περὶ τὰς τικτούσας ἰατρός, καὶ* (l. *ἢ*) *ὀμφαλοτόμος. καὶ προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητική, ἀντὶ τοῦ, ὦ τροφέ.* Vetustis ex fontibus Eustathius tradit Il. p. 971, 43: *ὅτι μαῖα καὶ ἡ ἁπλῶς πρεσβυτέρα γυνὴ ἐλέγετο, ἡ δ' αὐτὴ καὶ τήθη καὶ τηθία* (f. *τηθίς*) *καὶ τηθίβιος*: debebat tamen ad allocutiones hunc usum restringere. Paulo supra idem: *μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ — τὴν μητέρα καλοῦσιν —, μαῖαν δὲ ὡς ἡμεῖς τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον.* Eundem significatum annotant Phot. (emendatus a Lobeck. in Phryn. p. 651.) Etym. Gud. p. 378, 27. Pollux III, 41. IV, 208. et quos Albertius attulit in Hesych. T. II. p. 524. Apud Sui-

vices nonnunquam subire, unum est paulo rarius τήθη: usurpavit in compellatione seniorum mulierum Ar. Lys. 549.

XIV. Eust. Il. p. 659, 46: Ἐν δὲ τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους κεῖται καὶ ὅτι ἠθείους τοὺς ὁμοτρόπους φαμὲν τῷ τὰ αὐτὰ ἤθη ἔχειν καὶ ἐν ὁμοίοις ἤθεσι καταγεγονέναι. παρ' ἐνίοις γάρ, φησί, τὰ ἔθη ἤθη λέγεται. τινὲς δέ, φησί, τὴν φωνὴν ἐκ συγγενοῦς λέγουσι πρός τινα πρεσβύτερον φιλοφρόνως ἀναφέρεσθαι· ἀντισπᾷ δέ πως τὴν ἔννοιαν Εὔμαιος λέγων περὶ Ὀδυσσέως τὸ „ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω."

Sedem fragmento eam tribui quam natura flagitabat nominis ἠθεῖος, quod apud Homerum in allocutionibus tantum locum habet et ad indolem vocum modo illustratarum ἄππα ἄττα, τέττα cett. proxime accedit (quibuscum copulat grammaticus Eustathii supra n. 9. allatus). Nam ne Odysseae quidem locus (ξ, 147.) ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω, usui refragatur constantissimo, quem docti poetae nonnulli migraverunt vel potius praeterviderunt (cf. Stollius in Antim. p. 49. sq.), grammatici Aristophane signifero probe agnoverunt. Cf. Hesych.: Ἠθεῖε, προςφώνησις νεωτέρου ἀδελφοῦ πρὸς πρεσβύτερον· οἱ δέ, ἀδελφέ, ἥδιστε, φίλτατε. Suid.: Ἠθεῖε· τοῦτο οὔτε ψιλῶς ἐπὶ ἀδελφοῦ φέρεται οὔτε πρεσβύτου, ἀλλ' ἐπὶ σεπτικῇ προςηγορίᾳ (legas ἀλλ' ἔστι σεπτικὴ προςηγορία), καθ' ἣν νέος πρεσβυτέρῳ ἀδελφῷ προςφωνεῖ. Adde Schol. Z, 518. ξ, 147. Apoll. Rhod. 3, 52. Phot. p. 63, 17. Etym. M. p. 422, 7. Eust. p. 1299, 29. Inprimis vero huc pertinet Etym. Gudiani locus (qui ex Aristophane nostro ductus videtur) p. 238, 17: ἀπὸ τοῦ ἦθος γέγονεν ἠθεῖος· σημαίνει δὲ προςφώνησιν [19]) νεωτέρου πρὸς παλαιότερον. καί τινες μὲν λέγουσιν, ὅτι πρὸς ἀδελφὸν μόνον λέγεται, ὥςπερ Δηίφοβος λέγει πρὸς Ἕκτορα· ἠθεῖος, μάλα δή σε βιάζεται ὠκὺς Ἀχιλλεύς (X, 229.), οὐ καλῶς δὲ λέγουσι. εὑρίσκεται γὰρ καὶ μὴ πρὸς ἀδελφὸν λεγόμενον, ὥςπερ ὁ Εὔμαιος λέγει περὶ τοῦ Ὀδυσσέως· ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω καὶ νόσφιν ἐόντα. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Ἀντί-

---

dam malim: Μαῖα· ἡ μάμμη ἢ (pro ἡ) τροφός. 19) Codex φρόνησιν. Apud Choerob. in Cram. Anecd. Ox. II. p. 216. pro edito: σημαίνει δὲ φιλοφρόνησιν ductu Etym. M. p. 422, 9. φιλοφρονητικὴν προςφώνησιν scribendum videtur; quamquam simili in

*μαχος* ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ λέξει, μὴ ποιήσας τινὰ λέγοντα αὐτήν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ ἑλόμενος ἐχρήσατο, λέγων· *Αὐτίκα δ' ἠθείοισιν ἀναπτύσσων φάτο μῦθον* (fr. 23. Stoll.). Originem vocis *ἠθεῖος* rectissime Aristophanes ab *ἦθος* repetiit: commentis aliorum grammaticorum, quorum plerique cum Apione et Herodoro (cf. Eust. Il. p. 659, 50.) a *θεῖος* dictum volunt [20]), immorari non attinet. Recte item Aristophanes allato Odysseae versu ξ, 147. errorem eorum refellit qui ad cognatos usum nominis restringant.

Quod coniecimus p. 152. hasce *παιγνιωδεστέρας καὶ ὑποκοριστικὰς προςφωνήσεις* ampliori glossarum capiti fuisse inclusas, quo similium allocutionum exempla composita fuerint, id ne temere dixisse videamur lubet aliorum quorundam *ἐπιφθεγμάτων* admonere, quae a superioribus illis *ἄττα, τέττα* cett. haud adeo distent quaeque neglecta ab Aristophane vix crediderim. Notae sunt compellationes *ὦ μέλε, τάλαν*[22]), *ὦ τᾶν*, de quo egit frequens Aristophanis comes Helladius ap. Phot. Bibl. p. 866. Item *πέπων* apud Homerum et Hesiodum in sola allocutione (*πέπον* et *πέπονες*) usurpatur. Haud abludunt multum *ὑποκορίσματα* quaedam infantium, ut *σάθων πόσθων* similia, ab Hesychio maxime servata. Ita II. p. 1138: *Σάθων· ὑποκόρισμα ἐπὶ παιδίων ἀρρένων, ἀπὸ*[23]) *τοῦ αἰδοίου* (cf. Keil. Inscr. Boeot. p. 11.). II. p. 1231: *Σμόρδωνες· ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τῶν μορίων, ὡς πόσθωνες* (Meinek. Com. IV. p. 210.). II. p. 541: *Μαρικᾶν· κίναιδον. οἱ δὲ ὑποκόρισμα παιδίου ἄρρενος. βαρβαρικὸν* (*ὄνομα*). I. p. 194: *Ἀκκός· παράμωρος. λέγεται δὲ παιδίοις, ὡς μωροῖς.* Maxime vero huc spectant interiectiones pastoriciae, *σίττα, ψίττα, χύρρε* simm. cum aliis sonis effuticiis. Qua de

---

caussa *ἐπὶ φιλοφρονήσεως* Etym. M. p. 167, 48. 20) Ex hac etymologia fluxit confusio utriusque nominis frequentissima: cf. Hesych. v. *Ἠθεῖος*. Etym. M. p. 422, 11. Eodem spectat quod Suidas T. II. p. 49. habet: *τὸ δὲ πλῆρες ἠθεῖε*, a Küstero male intellectum. 22) *Τάλαν* habes Od. σ, 327. τ, 68 ut *ὦ τάλαν* Theogn. 512. Num vocativus sit adiectivi *τάλας* apud tragicos demum poetas obvii, vehementer dubito; sed *ὦ τᾶν* i. q. *ὦ τάλαν*.

23) Ita correxi editum *ἐπὶ τοῦ αἰδοίου*. Similiter *ἀπὸ* pro *ἐπὶ* restituas Herod. Epim. p. 18: *δεκάς, ἐπὶ* (l. *ἀπὸ*) *ἀριθμοῦ, ἐξ οὗ*

re copiose agit Eust. Il. p. 855, 19: ἃ ἅ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. οὕτω καὶ βᾶ ἐπίρρημα παρὰ Ἑρμίππῳ (Com. II. p. 388.), ὅπερ εἰώθαμεν ἀντεμβοῶντες λέγειν, ὡς καὶ τοῦτό φασιν οἱ παλαιοί. καὶ ταῦτα μὲν πρός τι, τουτέστιν ἀπό τινος φωνοῦντος πρός τινα ἕτερον· εἰσὶ δὲ καί τινες μιμητικαὶ φωναὶ αὐταὶ κατὰ αὐτοὺς τοὺς φωνοῦντας, ὡς τὸ ἀρῦ[24]) ἐπίφθεγμα, φασί, κωπηλατῶν, καὶ τὸ ὢ ὄψ φθέγμα τῶν ἀφιέντων τινὰς ἅμα τρέχειν, καὶ τὸ ὢ ὄπ ναυτικόν, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, ἐν οἷς καὶ τὸ μᾶ παρὰ Θεοκρίτῳ (Id. 15, 89.), καὶ τὸ ψό ποιμενικόν, καὶ τὸ βῆ περὶ οὗ ἀλλαχοῦ δηλοῦται[25]), καὶ τὸ χύρρε συβωτικόν, ὡς ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν (p. 1752, 32.) δεδήλωται, καὶ τὸ φίττα δηλωτικόν, φασί, τάχους, οἷον φίττα μαλιάδες, φίττα ῥοιαί[26]), νυμφῶν δέ, φασί, ταῦτα ἐπωνυμίαι, ἔτι δὲ καὶ τὸ σίττε (l. σίττα), οἷον (Theocr. 5, 3.) σίττ' ἀμνίδες. Similia ἐπιφθέγματα plus uno loco tetigit Hesychius, imprimis cf. I. p. 552: Ἄρρυ· ἐπίφθεγμα κωπηλατικόν, ὡς τὸ ἐπισίζειν κυνηγούντων (l. ὡς τὸ σίζε ἐπὶ κυνηγ. coll. Bekk. Anecd. p. 1341.), καὶ τὸ σίττα ποιμένων. Adde II. p. 1197: Σίττα· ἐπιφώνημα αἰξίν. p. 1568: Χύρρα· οὕτως εἰώθασι ταῖς ὑσὶν ἐπιφθέγγεσθαι. denique ibid. p. 1579: Ψιττάζων· ψίττα ἐπιφθεγγόμενος, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα. Huiusmodi προςφωνήσεις et ἐπιφθέγματα, quae uberrimi de interiectionibus loci ab veteribus grammaticis non sine studio enarrati[27]) singularem angulum

---

καὶ δεκάζω. 24) Lex. Bekk. p. 446, 32: Ἀρρύ· ἐπίφθεγμα ἐρετῶν, ὥςπερ τὸ ῥυππαπαῖ καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Contra ἄρρυ Hesych. et Gramm. Bekk. p. 1341. 25) Eust. Il. p. 768, 12: βλόψ — ὁ τῆς κλεψύδρας ἦχος μιμητικῶς κατὰ τοὺς παλαιούς, ὥςπερ, φασί, καὶ κύξ ἐπὶ τῆς ψήφου κατὰ μίμησιν καὶ αὐτό. οἱ δ' αὐτοί φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βῆ, οὐ μὴν βαί, μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος (Com. II. p. 40.)· ὁ δ' ἠλίθιος ὥςπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. 26) Tertium φίττα μελίαι et Pollux addit IX, 5. 122. 126. et ipse Eust. p. 1963, 41. 27) Rem testantur disputationes Theodosii Goettl. p. 79. et Suid. v. Ἐποποῖ. Ex iis quos supra attulimus grammaticorum locis Papii Lex. addantur interiectiones ἀρῦ, βλόψ, κύξ, ὄψ, σίζε, χύρρε. Item γιγρί Eust. p. 1880, 60. quod γιγγρί scribitur apud Gramm. Bekk. p. 1358. et emendandum inde Hesychium. ἰβύ Teleclid. Com. II. p. 377. ἴε Eust. Opusc. p. 142, 31. ἴσσα Men. Com. IV. p. 80.

constituunt, ab ipso Aristophane Byzantio illustrata fuisse credibile est, ac fortasse huius rei vestigium superest in annotatione de gl. *συρβάβυττα* (vel potius si recte conieci *σύρβα τύρβα*) Paroem. fr. XIII.

---

*ἴτυ* Schol. Ar. Av. 212. *ἰτώ* Ar. Av. 229. *κόγξ* Hesych. Lobeck. Agl. p. 776. sqq. *παῦ* Ael. Dionys. ap. Eust. p. 1408, 28. Phot. p. 403, 4. Obiter liceat verbum ab interiectione derivatum Aeschylo (fr. 149.) et lexicis vindicare. Hesychius: *Ἐπώζειν· ἐπικαθῆσθαι τοῖς ᾠοῖς. Αἰσχύλος Νιόβῃ μεταφορικῶς·*

*ἐφημένη τάφον*
*τέκνοις ἔπωζε τοῖς τεθνηκόσιν.*

Ineptit grammaticus; nam matrem sepulcro filiorum defixam cum gallina ovis insidente comparare neque Aeschylus neque alius poeta unquam potuit. Pro *ἔπωζε* sine dubio legendum *ἐπῷζε*, lamentabatur. Verbum *ἐποίζω* cognato *δυςοίζω* facile munitur. *Οἴζω* formatum est ab *οἶ* similiter atque *γρύζω* (restituendum Il. *Γ*, 311.) a *γρῦ*, *οἰμώζω* ab *οἴμοι*, *παππάζω* a *πάππα*, *τίζω* a *τί*, *φεύζω* a *φεῦ* all. cf. Apollon. de Adv. p. 538, 9.

## 4. Περὶ βλασφημιῶν.

Erui huius tituli vestigia e fragm. Paris. §. 22. ubi cum extet: Τρίπρατος δοῦλος καὶ τριπέδων καὶ τρίδουλος, praeclaram expositionem sine auctoris nomine ab Eustathio traditam qua et hae tres glossae et aliae haud paucae docte illustrantur, Aristophani vindicavi (fr. XXIII.). Percensentur vero illic Eustathio teste βλασφημιῶν παραδείγματα τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ: unde cum probabile sit βλασφημιῶν caput ab Aristophane fuisse concinnatum, certissimum hoc fit ex ipso fragm. Parisino, ubi praecedentes glossae vocabulorum contumeliose dictorum specimina referunt (cf. p. 85.). Quo consensu et suspicio nostra de auctore Eustathiani fragmenti firmatur, et βλασφημίαι Aristophanis certissime stabiliuntur. De natura harum βλασφημιῶν et ambitu pauca sufficient. Mature veteres grammatici animum advertebant ad significatuum flexus illos quibus nomina primitus minime ignominiosa sensim tanquam e corruptela temporum labem traherent et in malam partem vergerent, ita ut mox aut unum haberent infamem istum significatum, aut interdum saltem contumeliose usurparentur. Huiusmodi nomina ἄδοξα sive δύςφημα cum alii percensuerunt, inter quos Polemo praeclara de nomine παράσιτος disputatione excellit (cf. Preller. p. 114.), tum Aristophanes intentiore opera tractasse videtur et varios per ordines digessisse[1]). Ambitum huius capitis minime fuisse exi-

1) Si consideres Aristophanem et Polemonem eodem in argumento quasi coniunctis studiis elaborantes, facile auspiceris ad ipsum Aristophanem perscriptam fuisse illam Polemonis περὶ ἀδόξων ὀνομάτων ἐπιστολήν, qua supplevisse Aristophaneam disputationem et auxisse videtur. Certe ut vix reperias cui probabilius videatur illa epistola dedicata fuisse, ita necessitudinis cuiusdam vinculo

guum, et fragmenta docent et ipsius materiae copia plurimaeque observationes eodem de argumento apud grammaticos dispersae. Ceterum quos Aristophanes *βλασφημιῶν* ordines instituerit, plene definiri non potest; diserte tamen Eustathius *βλασφημίας ἀπὸ ἀριθμῶν* ac si coniectura nos non fefellit *ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων. καὶ δήμων* testatur: alios titulos ignoramus.

XV. **Eust.** Od. p. 1597, 28: *κήλων καὶ λάγνης ἢ λάγνος διὰ τοῦ ο, καὶ οἰφόλης καὶ τιτάν καὶ μάχλος· ὧν αἱ χρήσεις παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οἵ φασιν, ὡς **κήλων** μὲν πεποίηται ἀπὸ τῶν ὀχευτῶν ὄνων. Ἀρχίλοχος· ὥστ' ὄνου Πριηνέως κήλωνος ἐπλήμυρον. [**οἰφόλης** δέ, ὁ καὶ **φιλοίφας**, ἀπὸ τοῦ οἴφειν, ἢ οἴφεσθαι, ὅπερ ἐστὶ περαίνειν ἢ περαίνεσθαι.] **τιτάν** δὲ ἀπὸ τοῦ τιταίνειν ἤγουν ἐντείνειν. [**λάγνος** δὲ παρὰ τὸ λα- ἐπιτατικὸν μόριον καὶ τὸ γόνος, οἱονεὶ λαγόνης ὁ λίαν πολύγονος.] **μάχλος** δέ, [ἀφ' οὗ καὶ ἡ*

---

iunctos fuisse Aristophanem et Polemonem, ideo credibile est quod Asclepiades (supra p. 3.) de Polemone tradit, *ὅτι συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ.* Ceterum de argumento Prellerus p. 114. admonuit Dorothei et Suetonii Tranquilli. Num Phrynichus Praeparatione Sophistica hisce conviciis singulare caput dedicarit (quod coniicere possis e Phot. Bibl. p. 101, b, 3: *ἐνίας δὲ καὶ εἰς τὰς σκωπτικὰς ὑπάγεσθαι λαλιάς*), docebit qui fragmenta uberrimi quondam operis collegerit. Sed fortasse huc spectabant commentarii *περὶ διεφθορυίας* vel *παρεφθορυίας λέξεως*, quales ab Iuba et Didymo compositos fuisse accepimus. De Didymo (cuius titulum mirifice interpretatur Lerschius Sprachphilos. I. p. 75.) cf. Athen. IX. p. 368. B. Schol. Ar. Plut. 388. Av. 768. Alterius opusculum afferunt Photius p. 523, 21. et Suidas: *Σκομβρίσαι. παρὰ Ἰόβᾳ ἐν δευτέρῳ διεφθορυίας λέξεως* (ita enim pro *φθορᾶς λέξεως* coniecit Bernhardy) *παιδιᾶς ἀσελγοῦς εἶδος ἀποδίδοται καὶ κατὰ τὸ ἦτρον πλατεῖ τῷ ποδὶ πλήσσοντος, ὡς ψόφον ἐργάσασθαι.* Quicum si conferas Hesych. T. II. p. 1096: *Ῥαθαπυγίζειν, ὃ τινες **σκομβρίζειν**, τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων κτλ.*, suspicio potest oriri, an fragmenti Parisini annotatio de glossis *σκινθαρίζειν* et *ῥαθαπυγίζειν* §. 18. huic ipsi *βλασφημιῶν* capiti accensenda sit. Interea cum de Iubae libello parum edocti simus, nolui confidentius quidquam in re ambigua decernere. Ceterum Didymi libellum contra Iubae operam directum fuisse, haud scio an colligi possit ex Suid. v. *Ἰόβας — συνήκμαζε δὲ αὐτῷ Δίδυμος ὁ Χαλκέν-*

κατὰ Πάριν μαχλοσύνη] ὁ δίυγρος ὑπὸ καταφερείας, ὅθεν, φασί, καὶ Αἰσχύλος (fr. 378.) τὴν ῥεομένην ἄμπελον μάχλον ἔφη.

Hunc de libidinosorum hominum conviciis locum Aristophani vindicavi auctoritate fragm. Paris. §. 19: Κήλων· ὁ εἰς τὰ ἀφροδίσια ἐπιρρεπής, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀχευτῶν ὄνων. Ubi cum interpretatio glossae plenior sit, Archilochi (fr. 79.) tamen omissa est mentio. Nomen κήλων quod alii grammatici Philoxeno auctore (cf. Cram. A. P. IV. p. 185, 2.) similiter interpretantur τὸν θερμὸν εἰς συνουσίαν (Etym. M. p. 510. Suid.), usurpavit hoc significatu Cratinus Com. II. p. 182. De asino admissario praeter Archilochum habet Herodot. I, 192. Primitivam notionem rectius quam Aristophanes agnovisse videtur Albertius in Hesych. Cuius glossam depravatam fortasse alii instaurabunt, II. p. 247: Κήλων· ὁ ἐν τῇ νηὶ λεγόμενος, καὶ ὀχευτὴς πεῦσις (nonnulli corr. ἵππος), καὶ ἄντλημα. Quae apud Eustathium accedunt, non infitior dubitationi esse obnoxia. Certe glossas οἰφόλης[2]) sive φιλοίφας et λάγνος, quae a βλασφημιῶν natura distant, uncis notavi. Nomen τιτάν notissimo lusu etymologico, quo nominibus propriis ea quam origo prodere videretur vis tribuebatur (ut habes ἀτρέα δῆμον, κύκλωπα κούρην similia, cf. Meinekius Anal. Alex. p. 126. sq.), a comico fortasse poeta eo deflexum est, ut hominem salacem significaret[3]). Similiter Κένταυρος, Ἀναφλύστιος, alia nomina translata fuisse nulla eget demonstratione. In adiectivo μάχλος explanando genuinam Aristophanis disputationem pervertit Eusta-

τερος, ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. 2) Vocabulum Papió ignotum, de quo cf. Schol. Theocr. 4, 62. Theognost. p. 25, 10. Hesych. 3) Hesych. II. p. 1392: Τιτάν· παιδεραστής. Mendose I. p. 1585: Ζίτανα· καταπύγωνα. Adde gl. Ἀπαντίτας et Κένταυροι. Eust. Il. p. 985, 51: ὅτι ὁ κίναιδος καὶ πειώλης (de forma cf. Suid.) τιτάν σκωπτικῶς λέγονται (immo λέγεται), οὐ δριμύτερον τὸ κένταυρος παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἀλλαχοῦ δεδήλωται. p. 849, 53: τὸ δὲ τιταίνω πρωτότυπόν ἐστι τοῦ Τιτὰν Τιτᾶνος, τοῦ τε κατὰ μῦθον λαμβανομένου, καὶ τοῦ κατὰ σκῶμμα, ὅπερ ἐνέφηνε καὶ ὁ κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν ἄστυτος γέρων ἢ Ἀστυάναξ (cf. fr. XVII.), ὃς δηλαδὴ οὐκ εἶχε στύεσθαι τριέμβολον, καθὰ παίζει ὁ κωμικός (Ar. Av. 1248.). De nomine Τιτάν adde Mei-

thius: qui et additamentum inculcavit ab hoc loco alienum[4]) et male primitivum posuit significatum quem Aristophanes secundarium intellexerat: cuius negligentiae ipse testis evadit altero loco, in quo vestigia Aristophaneae doctrinae quamvis oblitterata satis eluoent. Dico locum

XVI. Eust. Il. p. 827, 28: νώροψ μὲν χαλκὸς ὁ ἀποστερῶν τοῦ ὁρᾶν, νώροψ δὲ ἄλλως ἀνὴρ ὁ ἐστερημένος τοῦ ὁρᾶν. ἡ δὲ τοιαῦτα νομοθετήσασα βλασφημία καὶ τὸν ἐπαινετῶς ἀρρενωπὸν ἀ ρ ρ ε ν ῶ π α ἔφη παρονομάσασα ψογερῶς καὶ οὕτω σκώψασα τὸν ἀνδρόγυνον [καὶ ὡς εἰπεῖν ἀρρενοπίπην πρὸς ὁμοιότητα τοῦ παρθενοπίπης καὶ πυρροπίπης]. οὕτω δὲ καὶ Αἰσχύλου μάχλον, φασίν, ἄμπελον εἰπόντος τὴν ῥεομένην, ἡ κωμῳδία μ ά χ λ ο ν εἶπε τὸν ὑπὸ καταφερείας δίυγρον. καὶ Πανὸς δὲ λεγομένου τοῦ κατὰ κλῆσιν δαιμονίαν, ἕτεροι ἀπ᾽ ἐκείνου π ά ν α φασι τὸν καταφερῆ καὶ συνουσιαστικόν, ὅθεν παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ πᾶν (l. Πὰν) τρύπανον αἰπολικόν.

Quod νώροψ de homine caeco ignominiose usurpatum dicitur, non habeo quo comprobem. Ad verba τὸν ἐπαινετῶς ἀρρενωπόν, ne grammaticorum locos excribamus (Etym. M. p. 149. Gud. p. 80.) cf. Plat. Legg. VII. p. 802. E. Mox pro ἀρρενῶπα maluerim ἀρρενώπαν. Vide Eust. Od. p. 1571, 43: Ἀλκαῖος ὁ κωμικὸς[5]) εἰδομαλίδην ἔφη σκωπτικῶς τινα, διὰ τὸ καλλωπίζεσθαι τὰ μῆλα τῆς ὄψεως, ἐρευθόμενον δηλαδὴ κορικώτερον, οὗπερ ἀνάπαλιν ἔχοι ἂν ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἀρρενώπας, τὰ μὲν ἄλλα γύνις ὤν, ἔχων δέ τι ἀνδρόμορφον. Cf. Eust. Od. p. 1412, 31: ὁ γύνις ἄλλο τι — παρὰ τὸν παρθενοπίπην καὶ τὸν ἀρρενώπαν, ὃς ἐδήλου τὸν ἀνδρόγυνον καὶ παρὰ τὸν εἰδομαλίδην, ἤγουν τὸν καλλωπίζοντα τὰ μῆλα τῆς ὄψεως, ὡς φασιν οἱ παλαιοί[6]). Verbis

nek. Hist. crit. pp. 101. 411. 4) Dico verba ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ κατὰ Πάριν μαχλοσύνη, quae Aristophanis non esse patet vel ex iis quae de Ω, 30. supra p. 45. rettulimus. 5) Cf. H. Iacobi in Meinek. Com. Gr. ed. min. p. XV. 6) Hinc vide an ap. Eust. Od. p. 1490, 22: ἀνδρογύνοις οἳ καὶ ἀρρενόπαιδες λέγονται, scribendum sit: οἳ καὶ ἀρρενῶπαι δὲ λέγονται. Etenim ἀρρενωπάδες (Bekk. Anecd. p. 446. Hesych. I. p. 550.) hoc loco dubito num ferri possit utpote femininum: quod moneo propter Lobeck. Pa-

καὶ ὡς εἰπεῖν ἀῤῥενοπίπην quivis videt Eustathii referri commentum. Adiectivum μάχλος de lascivia imprimis feminarum dici notissimum: quo magis miramur hunc significatum et ad comicos poetas restringi (invito Hesiodi loco Op. 584.) et a metaphora repeti qui primitivus sit. Nam μάχλος ἄμπελος (Aesch. fr. 378.) vitis est vegeta et quasi lasciviens (ut nos dixerimus der üppige Weinstock): certe quominus τὴν ῥεομένην ἄμπελον cum grammatico nostro interpretemur, vel μάχλος Ἄρης obstat Aesch. Suppl. 636. Nomen Πάν ad salaces homines translatum testatur Hesychius: Πᾶνες· τοὺς ἐσπουδακότας σφοδρῶς περὶ τὰς συνουσίας ἔλεγον. Cf. Schol. Theocr. 4, 62: ὅτι δὲ οἱ Σάτυροι καὶ Πᾶνες εὐεπίφοροι πρὸς τὰς συνουσίας καταγνοίοντες (Toupius κατάλαγνοι ὄντες), καὶ Καλλίμαχός[7]) φησι.

Item ex Aristophanis opibus maximam partem repetitae videntur ignominiosae illae ἀνδρογύνων appellationes, quas Suidas v. Ἄῤῥεν[8]) constipavit, quamquam genuinam possessionem subinde mixtam illic adventiciis mercibus facile quivis agnoverit. Inprimis Suidae verba ἀῤῥενωπός, λέγουσι δ' οὕτω τὰ μὲν ἄλλα γύνιδας, ἔχοντας δέ τι ἀνδρόμορφον, adeo cum Eust. p. 1571. (supra p. 166.) concinunt, ut sine ulla dubitatione ad grammaticum nostrum censeam revocanda. Eidem Hipponactis videtur deberi mentio (Welck. fr. 72. Bergk. Poett. lyr. p. 529.), Ἱππῶναξ δὲ ἡμίανδρον τὸν οἷον ἡμιγύναικα. De aliis glossis, ut θηλυδρίας, ἑρμαφρόδιτος, ἶθρις potest dubitari. Novissima vero, λέγεται δὲ καὶ ἀπόκοπος κτλ. a βλασφημιῶν notione alienissima sunt.

Similium βλασφημιῶν exempla quae ex Aristophane Byz. ducta suspicamur, praebet

XVII. Eust. Il. p. 862, 42: κωμικὴ λέξις ὁ νώθουρος, ἤγουν ὁ νωθὴν ἔχων τὴν οὐράν, φασίν, ἐν τῷ συγγίνεσθαι. [οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ κατ' ἄνδρας αἰδοῖον.] ὁ δὲ τοιοῦτος ἀνὴρ καὶ ἄστυτος ἐλέγετο, καθὰ καὶ οἶκος ἄστυτος

---

thol. p. 442. n. 11. 7) Cuius fragmentum respicit Eust. p. 1471, 9. auctius tradit Schol. Theocr. 7, 103. Adde Steph. Byz. v. Αἴγιναι et Lobeck. Pathol. p. 522. sq. 8) Hoc loco pro ἡμιγύναιξ Bernhardy requirit ἡμίγυνος: obstat Sophocleum ἀγύναιξ

*ὁ μὴ ἔχων ἄνδρα ὃς ἔχοι ἂν λέγειν τὸ „στύομαι τριέμβολον", ἀλλὰ μᾶλλον τὸ „Ἀστύαναξ γέγονα." ἡ δὲ εἰρημένη οὐρὰ καὶ ἀπομύζουριν παρήγαγε γυναῖκα τὴν αἰσχροποιόν [παρὰ τὸ μυζᾶν ἤγουν θηλάζειν οὐράν]. εἰ δὲ καὶ πανδοσία ἡ τοιαύτη ἐλέγετο πρὸς παίγνιον τῆς Πανδώρας, καὶ βορβορόπη δὲ ὡς ἀκάθαρτος, παρὰ τὸν βόρβορον καὶ τὴν ὀπήν, ἄλλου ταῦτα λόγου.*

Certior cur Aristophani haec adiudicemus ratio apparebit ex Eust. Il. p. 849, 53. (supra p. 165. n.) Vocabula quae afferuntur, pleraque a comicis poetis efficta esse vidit iam Meinekius Com. IV. p. 631. qui dubito num illud *Ἀστυάναξ γέγονα* (cf. Eust. p. 656. f. p. 1283, 24.) recte omiserit. Adiectivum *νώθουρος* testatur Hesychius II. p. 695. ubi male *νωθουρός* scribitur. *Ἄστυτον οἶκον* dixit Xenarchus Com. III. p. 614. similiter *Ἄστυτοι* Eubuleae fabulae fuit titulus. Adiectivum *ἀπομύζουρις* hoc uno loco repperi. Simplex *μύζουρις* testatur Eust. Od. p. 1821, 52. et uberrimo de hisce scortorum epithetis loco p. 1921. f.: *Σύνθετον δ' ἐκ τῆς λαύρας καὶ ἡ σποδησιλαύρα τουτέστιν ἡ πόρνη, λεγομένη οὕτω παρὰ τὸ διατρίβειν τὰ πολλὰ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἢ καὶ δημοσίᾳ συμπλέκεσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· τὸ γὰρ σποδεῖσθαι καὶ ἐπὶ μίξεως τίθεται. διὸ ἡ αὐτὴ καὶ χαμαιτύπη λέγεται ὁμωνύμως τῷ κατ' αὐτὴν* (l. *κατὰ γῆν*) *στρώματι· ἔτι δὲ καὶ λεωφόρος· ἀκολούθως δὲ καὶ πανδοσία*[9])· *καὶ χαλκιδῖτις δὲ διὰ τὸ εὐτελές, φασί, τοῦ διδομένου νομίσματος, εἰ δὲ καὶ πολύυμνος, ἀλλὰ τοῦτο σεμνότερον δῆθεν πόρνης ἐπίθετον —. φορτικὸν δέ γε ἡ μανιόκηπος, ὃ δηλοῖ τὴν μεμηνυῖαν περὶ κῆπον —. εἰ* (l. *ἔτι*) *δὲ καὶ λοῦπα*[10]) *ἡ αὐτή, ὅπερ ἐστὶν Ἰταλικῶς λύκαινα, διὰ τὸ ἁρπακτικόν, καὶ ἀνασεισίφαλλος καὶ μύζουρις διὰ τὸ μυζοῦν οὐράν, ὅ ἐστι θηλάζειν, καὶ ἀνασυρτόλις*[11]), *καὶ σατύρα καὶ*

---

fr. 5. 9) *Πανδοσία, λεωφόρος, πολύυμνος, μανιόκηπος* Anacreontea dicuntur: v. Bergk. Poett. lyr. p. 694. sq. 10) Eust. *λοῦπα* h. l. et p. 1961, 16: *λύκαινα ἡ παρὰ Ἰταλιώταις λοῦπα, ὃ δὴ ὄνομα μετῆκται ἀστείως εἰς ἑταιρίδων προσηγορίαν.* Nomen Papio (una cum vv. *ἀπομύζουρις, πανδοσία, χαλκιδῖτις, ἀνασεισίφαλλος, ἀνασυρτόλις*) neglectum usurpasse videntur Italicae comoediae poetae. 11) Eust. *ἀνασύρτολις*. Auctor vocabuli Hipponax est,

εἰλίπους[12]) καὶ γεγωνοκώμη[13]). Plura harum elegantiarum amatores petant ex Eust. Il. p. 1088, 35. p. 1329, 32. Suid. v. Μυσάχνη, ubi accedunt φορβὰς γυνή Sophocl. fr. 645. et Archilochea illa (Liebel. p. 249. sq. Bergk. Poett. lyr. p. 498.) παχεῖα, δήμιος[14]), ἐργάτις, μυσάχνη. Restat βορβορόπη nomen Hipponacteum teste Eust. Il. p. 1329, 32. et Suid. v. Μυσάχνη, ubi pro βορβ. καὶ ἀκάθαρτον leg. βορβ. ἢ ἀκάθαρτον.

XVIII. Schol. Ar. Av. 1620: Μισητίαν δὲ οἱ μὲν περὶ Ἀριστοφάνη τὴν εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασίαν· καὶ τὸ „Περὶ σφυρὸν παχεῖα μισητὴ γυνή" οὕτως ἐξηγοῦνται. μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν ἀπληστία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται. Respicit Eust. Od. p. 1650. sq.: αὐτὸ δέ γε τὸ μισεῖν κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθὲν ἡ κωμικὴ σεμνότης ἐπὶ μίξεων ἔθετο ἀσέμνων. Ἀριστοφάνης γοῦν μισητίαν ἐπὶ καταφερείας ἔφη ἤγουν ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεως. ἄλλοι δὲ μισήτην βαρυτόνως πρὸς διαστολὴν τῆς ὀξυτονουμένης τὴν κοινὴν καὶ ῥᾳδίαν, λέγοντες καὶ χρῆσιν αὐτῆς εἶναι παρὰ Κρατίνῳ καὶ Σώφρονι. χρᾶται δὲ αὐτῇ καὶ παροιμία ἐν τῷ „Περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη γυνή."

Trimetrum Περὶ σφυρὸν κτλ. probabiliter ad Archilochum (Gaisf. fr. 26. Bergk. Poett. lyr. p. 498.) revocarunt. De sede Aristophaneae observationis certatur: ex ipso argumento βλασφημίαις eam duxi ascribendam. Videtur igitur grammaticus noster duplicem illum adi. μισητή annotasse significatum, quem diversitate accentus plerique veterum indicarunt. Ex eodem Aristophane derivatam suspiceris Cratini et Sophronis mentionem. Cf. Meinekii Com. II. p. 202. sq.

Confidentius huc revoco quae de v. κόλλοψ prodit

XIX. Eust. Od. p. 1915, 16: ἐν δὲ τοῖς τοῦ γραμ-

---

Bergk. Poett. lyr. p. 529. 12) Eupolidea et Anacreontea vox, Meinek. Com. II. p. 488. sq. Bergk. Poett. lyr. p. 695. 13) Cf. Eust. Il. p. 909, 7. 10. Zon. p. 427. Etym. M. pp. 224, 27. 588, 44. Suid. Mendose γεγωνοκόμη Hesych. et Schol. M, 337. 14) Accepi coniecturam Küsteri quamvis dubitationibus obnoxiam: namque Eust. pp. 1088, 38. 1329, 36. et Suidas constanter δῆμος praebent, qui consensus unum huius doctrinae fontem indicat. Porso-

ματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται ταῦτα· Κόλλοπα τὸ παχὺ δέρμα φασὶ λέγεσθαι καὶ τὸν τῶν ὀργάνων κόλλαβον, παρατιθέμενοι Ὅμηρον καὶ ἄλλους τινάς. ἕτεροι δὲ οὕτω καλοῦσι τὸν περιτρέχοντα καὶ ἑταιροῦντα, ὡς καὶ Εὔβουλος ἐν τῷ· Καλλίστρατος ἔστι τις· οὗτος οὖν μεγάλην πυγὴν εἶχεν, ὦ Χαριάδη, καὶ καλήν. τοῦτον καταλεκτέον ἐς τοὺς κόλλοπας, τοὺς ἐκδρομάδας[15]).

De genuino nominis κόλλοψ[16]) significatu praeter Etym. et Schol. Plat. inprimis cf. Eust. l. l. Vulgaris forma κόλλαβος (quae effecit ut κόλλοψ nonnunquam oblitteraretur, cf. Etym. Gud. p. 333, 60. et Timaei lex. Plat.) ex hoc loco accedat iis quae collegit Lobeckius in Phryn. p. 193. Translatum usum quo κόλλοψ de homine exoleto dicitur, perstringunt Hesychius: Κόλλοπες· οἱ κόλλαβοι, περὶ οὓς αἱ χορδαί· τὸ γὰρ νωτιαῖον ἢ τὸ τραχηλιαῖον τοῦ βοὸς κόλλοψ διὰ τὸ εἰς κόλλαν εὐθετεῖν. καὶ τοὺς σκληροὺς τε καὶ παρηβηκότας παῖδας ἐντεῦθεν κόλλοπάς φασιν. et Antiatt. p. 102. sq.: Κόλλοπάς φασι δεῖν κυρίως λέγειν τοὺς τῶν ὀργάνων, οὓς καλοῦσι κολλάβους, οὐ τοὺς ἀνδρογύνους. Εὔβουλος Ἀντιόπῃ ἐπὶ τοῦ ἀνδρογύνου. Hinc in Eustathii loco Εὔβουλος pro Εὔπολις correxit Meinekius Com. III. p. 209. sq. Praeter Eubulum[17]) hac translata potestate nomen κόλλοψ adhibuit Diphilus Com. IV. p. 395. cuius admonuit Ruhnk. in Tim. p. 161. „Similis etiam aliorum nominum, quibus *corium* significatur, ad impudicitiam translatio. V. Lobeckii Paral. p. 81.“ Meinekius. Cum nomine κόλλοψ comparandum inprimis μύκλος, v. Archil. ed. Lieb. p. 249. intt. Hesych.

Vidimus βλασφημίας eas quibus lascivi et exoleti homines fuerint notati: accedimus ad stultitiae et simplicitatis convicia.

---

nus πάνδημος suasit. 15) Eustathiana sunt quae de adi. ἐκδρομάδες accedunt: οἵπερ εἰσὶν οἱ ὡς ἐρρέθη ἀκολασταίνοντες ὑπέρακμα, λεγόμενοι ἐκδρομάδες ὡς παραδεδραμηκότες τὴν ὥραν καὶ ἀνάπαλιν ὄντες τοῖς πρῶτον ὑπηνήταις. 16) Vide Od. φ, 407. Plat. Reip. VII. p. 531. Ar. fr. 421, coll. 526. 17) Cuius fragmentum duce Meinekio sic refinxerim: Καλλίστρατός τίς ἐστιν οὗτος· οὗτος οὖν Πυγὴν μεγάλην εἶχ᾽, ὦ Χαριάδη, καὶ καλήν. Τοῦτον καταλεκτέ᾽ ἐστὶν ἐς τοὺς κόλλοπας. Verba τοὺς ἐκδρομάδας num poetae sint dubito. Particulam οὕτως in narrationibus exordi-

XX. Eust. Od. p. 1522, 54: Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν λάρον τῇ εὐηθείᾳ ἡ ὕστερον προςοχὴ[18]) παροιμιακῶς ἀποκληροῖ· ὅθεν καὶ λάρους τοὺς εὐήθεις φαμέν. οὕτω δὲ καὶ κέπφους, ἀπὸ κούφου, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, ὀρνιθαρίου καὶ εὐμεταχειρίστου, καθὰ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἔστιν εὑρεῖν. καὶ ὦτοι δὲ οἱ αὐτοί, ἀπὸ ὀρνέου μιμηλοῦ καὶ εὐεξαπατήτου, ὡς ἀλλαχοῦ σαφῶς δηλοῦται. διὸ καὶ ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς Ἀθηναίους, ὦ μόνοι ὦτοι τῶν Ἑλλήνων, ἔφη, λοιδοροῦσα ἐκείνους ὡς ῥᾷον ἀπατωμένους οἷς ἀκούουσιν.

Aristophanis haec esse docet fragm. Paris. §. 20. ubi nostro loco adiuti additamentum removimus a consilio grammatici alienum. Qui λάρον appellarit stupidum hominem nunc Lucianus antiquissimus videtur testis: antiquiores ut Ar. Nub. 591. avaritiae notam ab voracitate avis[19]) repetierunt. Κέπφος (ut ait Bentleius Opusc. p. 200. sq.) est genus aviculae quae levitate sua quocunque ventus impellat feratur; translatum inde in hominem stolidum et levem. Comici poetae mentio quam Eust. iniicit, spectat ad Ar. Plut. 912. Pac. 1067. Argumentum Aristophaneae disputationis a plurimis traditum[20]) non opus est copiosius enarrari. De nomine ὦτος quod in Hesych. male ὠτός scribitur, cf. Ael. Dionys. ap. Eust. Il. p. 561, 7. (cuius verba Suidas descripsit): διὸ καὶ τοὺς χαύνους καὶ κενοδόξους ὤτους ἐκάλουν. Etym. M. p. 826, 22: δοκεῖ δὲ καὶ εὔηθες εἶναι καὶ εὐεξαπάτητον. Accedant Ath. IX. p. 390. sq. et Eust. Od. p. 1687, 54. Verba ὦ μόνοι

---

endis frequentari docet Meinekius Com. III. p. 82. 18) Fortasse προςδοχή. 19) Cf. Schol. Ar. Eq. 956. Av. 567. Ath. XI. p. 411. C. Suid. v. Λάρος κεχηνώς. Arsen. p. 322. Etym. M. p. 557, 4. Adde festivam Homerici loci parodiam πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς Matr. ap. Ath. IV. p. 134. E. Eust. p. 1382, 64. Mendose λάρης Etym. Gud. p. 363, 4. ubi excitatur Odysseae locus ε, 52. sq. 20) Historiae naturalis doctrinam exponunt Aristot. H. A. VIII, 3. Schol. Arat. 916. Schol. Nicand. Alexiph. 166. Gramm. Cram. A. P. I. p. 39. Tzetz. in Lyc. 76. 836. Cf. Etym. M. p. 504, 1. Translatum significatum simul illustrant Scholia Aristoph. ll. ll. item Hesych. et Suid. ubi cf. intpp. Vulgarem κέπφου appellationem λάρον fuisse perhibet Scholium Ar. Pluti (edit. Dübn. p. 372, b, 14.): ὁ κέπφος ὄρνεόν ἐστι θαλάσσιον, ἀτελὲς (immo εὐτελὲς) καὶ λάρον (λάλον) καὶ ἀφελές (opinor ἄφρον), ὃ

ῶτοι τῶν Ἑλλήνων cuius sint nescimus, cf. Meinek. Com. ed. min. p. 1259.

XXI. Fragm. Paris. §. 21: Ἄγγαρος· ὁ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρος, ὡς Ἡρόδοτος ἐν ὀγδόῳ. καὶ οἱ εὐτελεῖς δὲ καὶ ἄφρονες οὕτως ὠνομάζοντο, ὡς Μένανδρος.

Proprietatem nominis ἄγγαρος similiter constituit Irenaeus in Append. Phot. p. 675, 3: Εἰρηναῖος δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς Ἡρόδοτόν φησι καλεῖσθαι τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματηφόρους ἀγγάρους. Item Aelius Dionys. ap. Eust. Od. p. 1854. Hesych. all. Atque illud ἐκ διαδοχῆς vel Aeschylea metaphora ἀπ' ἀγγάρου πυρός (Agam. 273.) satis stabilitur. Hinc ἄγγαρος primum eam vim accepit ut esset id quod ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος (cf. Lex. Bekk. p. 325, 2. Hesych. Etym. M. p. 7.), deinde proclivi flexu ad stupidum quemlibet hominem et inertis ingenii baiulum translatum est. Hunc enim significatum a Meinekio olim addubitatum (cf. supra p. 85.) uno ore grammatici confirmant. Vide Ael. Dionys. ap. Eust. sive Suid.: τίθεται — καὶ ἐπὶ φορτηγῶν καὶ ὅλως ἐπὶ ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν. Lex. Bekk. p. 212, 3: Ἀγγάρους· οἱ μὲν τοὺς πρέσβεις, οἱ δὲ τοὺς ἐκ διαδοχῆς γραμματηφόρους, οἱ δὲ τοὺς ἀπράκτους καὶ νωθεῖς (similiter Etym. M. p. 7.). Lex. Bekk. p. 325, 4: καὶ ἄλλως ἄγγαρος λέγεται ὁ νωθρός[21]).

Recensui calumniarum ad stultos et obesae naris homines spectantium haec iungatur Aristophanis annotatio, quam cum diversorum ordinum glossis permiscuit

XXII. Eust. Od. p. 1761, 22: Δῆλον δὲ ὅτι τε λέμφος [διὰ τοῦ φ, οὐ μὴν διὰ τοῦ βῆτα] ἡ πεπηγυῖα μύξα κατὰ τοὺς παλαιούς [ἐκ τῶν μυκτήρων]· ὅθεν καὶ λέμφος ὁ εὐήθης, ἐπειδή, φασίν, εἰς μωρίαν διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήρων, ὅθεν καὶ ἀπομύξαι τὸ ἐξαπατῆσαι, καὶ ὅτι καὶ τὰ μυξώδη κρέα λέμφοι ἐκαλοῦντο, καὶ ὅτι ὥςπερ ὁ λέμφος ὁ προςεχῶς ῥηθεὶς καινὴ καὶ ἀσυνήθης λέξις ἐστίν, οὕτω καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ Κρατίνῳ σάννας. αὐτὸς (l.

---

καλοῦσι κοινῶς λάρον. 21) Hesychius: Ἀγλαρόν· μωρόν.

οὗτος) μέντοι οὐ τὸν εὐήθη ἁπλῶς δηλοῖ, ἀλλὰ τὸν μωρόν [ὃν ἴσως ἡ κοινὴ γλῶσσα τζαννὸν λαλεῖ. δόξοι δ' ἂν εἰλῆφθαι ἡ λέξις ἀπὸ τῶν Ἀσιανῶν Σάννων, οὓς οἱ ἰδιῶται Τζάννους καλοῦσι, βαρβαρικοὺς ὄντας καὶ ὡς εἰκὸς εὐήθεις δι' ἀπαιδευσίαν]. ὁ δὲ τὸν σάνναν τοῦτον παρασημηνάμενος Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς καὶ ἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις, οἷον ἄσιλλαν κτλ. (vide fr. XLIII. sqq.)

Quamquam solum σάννας ab Aristophane illustratum fuisse Eust. testatur, non dubito tamen quin prioris nominis interpretatio eodem ex fonte repetita sit. Glossa σάννας inter alia rariora nomina ex Aristophanis Λέξεσι deprompta recurrit ap. Eust. Il. p. 777. sive Schol. Ι, 601. in Cram. A. P. III. p. 242. cf. supra p. 153. Quibus locis male ita res proponitur quasi solius infrequentiae caussa nomen σάννας ab Aristophane notatum fuerit. Λέμφος cum proprie τὴν πεπηγυῖαν μύξαν[22]) significet, inde metaphora tam Graecis quam Romanis frequenti ad stultos et fatuos homines translatum est, quo significatu dixit Men. Com. IV. p. 215. Grammatici multi notionem vocabuli exponunt. Moer. p. 251. Ammon. p. 88. Phot. p. 214, 16. Thom. M. p. 521. Etym. G. p. 512, 35. Adde Hesych. II. p. 449: Λέμφοι· αἱ πεπηγμέναι (l. πεπηγυῖαι) μύξαι. Λέμφος ὁ μυξώδης καὶ μάταιος· δηλοῖ δὲ τὸν ἀνόητον καὶ ἀπόπληκτον. Falso olim scribebatur λεμφός. Recte deinceps Aristophanes, εἰς μωρίαν, inquit, διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήρων. De v. ἀπομύξαι vid. Meinek. in Men. p. 172. Alia composuit Ruhnk. in Tim. p. 164. sq. quibus addo vocabulum comicum βλεκέμυξος vel potius (ita enim scribendum iudico) βλεπέμυξος Hesych. I. p. 732. De extremis verbis, ὅτι καὶ τὰ μυξώδη κρέα λέμφοι ἐκαλοῦντο, quae dubito num Aristophanis sint, consentit Photius p. 214, 14: Λέμφοι· τὰ θνησείδια τῶν θρεμμάτων καὶ ξηρὰ ὑπὸ νόσου. Rarum est quod sequitur σάννας nomen Cratini (Com. II. p. 187.) auctoritate munitum: dubia et suspecta quae nostro loco effudit Eustathius, quorum nihil Aristophaneum puto. De Sannis cf. Eust. in Dio-

---

Fortasse legendum: Ἄγγαρον· μωρόν. 22) Quae accedunt apud Eustathium ἐκ τῶν μυκτήρων, videntur ex sequentibus huc immi-

nys. P. 766. Diversam fuisse Aristophanis disputationem, et ceterorum grammaticorum loci indicant[23]), et uberior ipsius Eust. annotatio Od. p. 1669, 44: ἐκεῖθεν τὸν μωρὸν οἴδαμεν σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. καὶ παράγεται Κρατῖνος, κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην σάνναν. ἐξ ἐκείνων δὲ καὶ κοροίβους τινας ἀποσκώπτομεν, μαθόντες τινὰ Κόροιβον εὐήθη Μύγδονα (immo Μύγδονος) Φρύγα τὸ γένος[24]). De Coroebo vide praeter alios Meinek. Anal. Alex. p. 153. cui accedat Etym. Gud. p. 340, 12. Cum Eustathio fere concinit Hesychius: Κόροιβος· ἠλίθιος καὶ μωρός. ἐπὶ γὰρ τοῦ μωραίνοντος ἔταττον τὸν Κόροιβον, ἀπὸ Κοροίβου τινὸς μωροῦ καὶ ἠλιθίου μετάγοντες, οἷον (l. ὃν) οἴονται τὸν Μύγδονος εἶναι παῖδα τοῦ Φρυγός. Cf. Zenob. IV, 58. Obiter annoto apud Eust. p. 1669, 51. et in Lex. Bekk. p. 211, 29. Ἀμφιετίδην e reliquorum auctorum fide mutandum esse in Ἀμφιστείδην. Mendose Κόρυβος etiam Moschop. π. σχεδ. p. 62. et Euseb. Cram. A. P. II. p. 141, 25. Item Κόροιβος pro κόραβος reddiderim Arcad. p. 46, 6.

Hucusque cum nobis contigisse videatur, ut argumenti perpetuitatem quandam in hoc βλασφημιῶν recensu agnosceremus: in ceteris adeo delituerunt huius commentarioli vestigrasse.

23) Cf. Phot. p. 499, 21: Σάνναν· τὸν μωρόν. οὕτως Κρατῖνος. Hesych. II. p. 1150: Σάννορος (ubi fuerunt qui σάννας coniicerent)· μωρός. παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ. Eust. Od. p. 1792, 8: τοῦ δὲ σαίνειν σύνθετον τὸ σαίνουρον, πρὸς ἀναλογίαν, ἴσως δὲ καὶ ὁ σάννας ἢ σάννος, ὃς ὅτι τὸν εὐήθη σημαίνει ἀλλαχοῦ ἐγράφη. Nomen σαίνουρος explicant Photius p. 496, 12. Suid. Schol. Aesch. Sept. 689. Etym. M. p. 709, 18. Hesych. II. p. 1138. 1150, 1175. cf. Herod. Epim. p. 122. Ceterum nomine σάννας stabilitur librorum scriptura Σαννίδωρον ap. Diog. L. X, 8. 24) Abieci quae post γένος subiiciuntur, ὕστατον τῶν ἐπικούρων ἀφικόμενον τῷ Πριάμῳ δι' εὐήθειαν. Item aliena puto ab Aristophane, quae deinceps Eustathius affert de insigni Margitae et aliorum stupore: οὕτως ἔγνωμεν καὶ τὸν ἄφρονα Μαργίτην κτλ. Similiter atque Eustathius (l. l. et Opusc. p. 103, 48.) huiusmodi classica stultitiae exempla annotarunt Schol. Ar. Ran. 990. Suid. v. Βουταλίων. Tzetz. Chil. VI, 437. all. Hinc corrigas Aelian. V. H. XIII, 15: Φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν Πολύδωρόν τινα· καὶ ἄλλον Κοικυλίωνα ὄνομα. Nomen Κοικυλίων (quod concessit Lobeckius Pathol. p. 123.) neque compertum aliunde neque credibile: substituo

gia, ut nisi incertis coniecturis indulseris, persequi ordinem ab Aristophane institutum vix liceat. Quamvis igitur Hesychius et Eustathius multa offerant quae in hisce *Βλασφημίαις* locum habere potuerint[26]: tamen intermortuam Aristophanis memoriam instaurare ne sagacissimo quidem critico nunc licuerit. Praevertemur igitur statim ad reliqua duo quae aliquanto tutius contendere liceat Aristophanis esse fragmenta.

XXIII. Eust. Il. p. 725, 29: *Τοιαῦτα δὲ καὶ ἅπερ τῶν τις παλαιῶν ἔθετο παραδείγματα βλασφημιῶν τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ· οἷον τρισεξώλης ὁ πάνυ ἐξώλης, καὶ τριπέδων ὁ πολλάκις πεδηθεὶς κακοῦργος δοῦλος, ὃς καὶ πέδων πέδωνος ἐν ἁπλότητι λέγεται, καὶ στίγων εἴτουν στιγματίας. φέρει δὲ καὶ ἀπὸ χρήσεως τοῦ κωμικοῦ τὸ „παλίμβολος τρίπρατος" καὶ πολλάκις ἀπημπολημένος. Σοφοκλῆς δὲ τρίδουλον τὸν ἐκ προγόνων δοῦλον ἔφη, Ἀνακρέων δὲ τρισκεκορημένον τὸν πολλάκις ἐκσεσαρωμένον, Ἀρχίλοχος δὲ τρισοιζυρὴν πόλιν ἔφη τὴν Θάσον, Ἱππῶναξ δὲ τὸν τρία ὑπεραναβὰς ἀριθμὸν ἑπτάδουλον ἔφη τινά.*

---

*Βουταλίωνα.*

25) Ne sicco pede transeamus haec iuvat delibare. De nominibus propriis in appellativa ludibriose conversis inprimis cf. Hesych. I. p. 931: *Δημοκλεῖδαι, οἱ ξένοι καὶ μοιχοί, ἀπὸ Δημοκλείδου τοιούτου ὄντος· καθάπερ καὶ τοὺς ἡταιρηκότας Τιμάρχους ἔλεγον, τοὺς δὲ πονηροὺς Εὐρυβάτους, Κιλλικῶντας δὲ τοὺς προδότας.* I. p. 534: *Ἀριστόδημον οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτόν, καὶ Θεόδωρον καὶ Τιμησιάνακτα ἔλεγον — Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα καὶ Βασιλίδας καὶ Λαχάρας.* Adde vv. *Ἐξήκεστος* et *Φρυνώνδας.* Libidinosorum hominum epitheta perstringit Eust. p. 1431, 46: *κυβάλης* (l. *κυβόλης*) — *ὃν καὶ ἡμίανδρον καὶ ἡμιγύναικα καὶ σποδόρχην ἐβλασφήμουν.* Diversam *βλασφημιῶν* seriem efficiunt quae idem tradit p. 1471, 6: * *γλώσσασπις* (cf. Hesych.) — *ὁ δ' αὐτός, φασί, καὶ κρότημα ἐλέγετο καὶ κρόταλον καὶ δοῖδυξ καὶ τορύνη καὶ βορβοροτάραξις καὶ πολυκυλίνδητος καὶ τρύπανον.* Porro cf. Eust. p. 527. f.: *ἡ κωμικὴ βλασφημία κενταύρους ἔπαιζε τοὺς αἰσχρῷ ἔρωτι κεντοῦντας ταῦρον, — ἔτι δὲ καὶ λασταύρους τοὺς πάσχοντας —. ἡ δ' αὐτὴ καὶ παρὰ τὸν κύνα παίζει τὴν κύνειραν.* Alia Eust. p. 1828, 9: *ἐνταῦθα δὲ χρήσιμα ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ τὸ κίμβιξ ὁ ῥυπαρός, ἀπὸ κιβδήλου, φασί, χρυσίου καὶ ἀργυρίου. καὶ λιμοκίμβιξ δὲ ὁ αὐτός, καὶ κυμινοκίμβιξ διὰ σμικρότητα, καὶ ῥυποκόνδυλος· καὶ* * *συκοτραγίδης παρὰ Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ διὰ τὸ εὐτελές, φασί, τοῦ βρώματος —. τοιούτου δὲ σκώμματος καὶ τὸ* * *μυσάλμης* (cf. Hesych.) *κτλ.* Praeterea e *βλασφημίαις* pe-

Aristophani Byz. hunc locum vindicavimus auctoritate fragm. Paris. §. 22. Quae Eust. praemisit: Ἰστέον δὲ ὡς ἐπεὶ τὰ τρία καὶ πολλά εἰσιν, — διὰ τοῦτο τὸ τρίλλιστον καλῶς καὶ πολύλλιστον λέγεται, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται· οὕτω δὲ καὶ τὴν τριγλώχινα τοῦ Ποσειδῶνος τρίαιναν πολυγλώχινά τις λέγει ποιητής (Dionys. Per. 476.), καὶ τρισάθλιος δὲ τῷ αὐτῷ λόγῳ ὁ κατὰ πολὺ ἄθλιος· καὶ τρισμάκαρες δὲ Δαναοὶ οἱ λίαν μακάριοι: haec non magis ad Aristophanem pertinent, quam quae in fine subiiciuntur, ὑπὲρ δὲ ταῦτά ἐστι τὸ τοῦ κωμικοῦ (Ar. Eq. 1154. sq.) εἰπόντος· τρίπαλαι καὶ δεκάπαλαι καὶ μυριόπαλαι. Supplet Aristophanis expositionem Eust. Od. p. 1542, 45: Ἰστέον δὲ ὅτι αἱ συνθέσεις τοῦ τρίς ἐπιρρήματος ποτὲ μὲν — αὐτόχρημα τριάδα δηλοῦσιν, — ποτὲ δὲ πλῆθος σημαίνουσιν, ὡς — ἐν τῷ „ἀλλ' ὦ τρισκεκορημένε Σμερδίη" παρὰ Ἀνακρέοντι (Bergk. Poett. lyr. p. 667.), ἤγουν πολλάκις ἐκσεσαρωμένε. καὶ „Θάσον δὲ τὴν τρισοιζυρὴν πόλιν" παρὰ Ἀρχιλόχῳ (ibid. p. 491.), ἤτοι τὴν λίαν οἰζυράν. οὕτω δὲ καὶ ὁ γράψας ὅτι στίγων καὶ πέδων δοῦλος ὁ στιγματίας, καὶ πεδήτης παρὰ Ἀριστοφάνει (Com. II. p. 974.), μετ' ὀλίγα λέγει ὅτι τριπέδων ὁ τρίδουλος καὶ ὥς που προσεγράφη τρίπρατος. Ἱππῶναξ (Bergk. Poett. lyr. p. 525.) δὲ ὑπεραναβὰς τοῦτό φησιν· „ἀφέω τοῦτον τὸν ἑπτάδουλον." τοῖς δὲ ἀνωτέρω ῥηθεῖσιν ὅμοιον καὶ τὸ τρισεξώλης[26]).

Illustrantur h. l. παραδείγματα βλασφημιῶν τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ i. e. convicia e praefixo numerali adverbio prognata. Proprietatem huius ordinis ostendunt nomina τρίπρατος, τρίδουλος, ἑπτάδουλος, quorum simplicia δοῦλος et πρατός a convicio longe distant: adiunxit Aristophanes simile nomen τριπέδων cum simplicibus πέδων, πεδήτης, στίγων: obiter alia quaedam perstringuntur vocabula, quorum notio similiter adverbio τρίς malam in partem augeatur, τρισεξώλης, τρισκεκορημένος, τρισοιζυρός. Ex hac descriptione quam necesse

titum suspicor fr. LVII. 26) Rursus de suo hanc Eustathius subtexuit annotatiunculam satis ieiunam: Ὅτι δὲ τὸ αὐτὸ τρίς οὐκ ἀεὶ φυλάσσει τὸ σίγμα συντεθέν, ἀλλ' ἀποβάλλει αὐτό, δῆλον ἐκ τοῦ τρίπαλαι καὶ τρίπους καὶ τρίδουλος καὶ ἄλλων μυρίων. Ceterum falso hunc alterum Eustathii locum — nam de priore silet — ad Aelium Dionysium referebat Bergkius in Meinek. Com. II. p. 974.

erat adumbrari tum propter additamenta quae Eust. admiscuit, tum propter tumultuarium quo singula persequitur ordinem, facile consilium et ambitus Aristophaneae annotationis elucebit.

De glossa *τρίπρατος* ignoti comici afferuntur verba *Παλίμβολος τρίπρατος* (Meinek. Com. IV. p. 626.): quae accedunt *πολλάκις ἀπημπολημένος*, non poetae orationem continuant, sed grammatici praebent interpretationem, debebat igitur Eust. scribere *ἢ πολλάκις ἀπ.*[27]). De nomine *τρίδουλος* loco Soph. Oed. R. 1063. addi poterat Ar. fr. 484. Theopomp. ap. Ath. XIII. p. 595. B. *Τριπέδων* et *πέδων* quis usurparit nescio. De nomine *στίγων*[28]) cf. Ar. fr. 46. Restant vv. *τριςεξώλης*, *τριςκεκορημένος*, *τριςοιζυρός*: in quibus errorem Aristophanes admisisse videtur eundem in quem et veteres haud pauci et recentiores homines docti incurrerunt; composita existimavit et in unum iunxit quae bina essent vocabula et dirimi potius deberent. Scribendum erat *τρὶς κεκορημένος*, *τρὶς ἐξώλης*, *τρὶς ὀιζυρός*: similiter aliis in vocabulis quam plurimis perversa scribendi ratione effectum est, ut lexica nostra vanis onerarentur commentis[29]).

---

27) Quominus *ἢ* scriptum ab Eust. putemus, obstat locus a Meinekio neglectus Od. p. 1405, 7: *παλίμβολος — ἐπὶ δούλου ἐν τῷ „παλίμβολος τρίπρατος“ καὶ πολλάκις ἀπημπολημένος.* Adde Hesych.: *Παλίμβολος — τρίπρατος· ὁ πολλάκις ἐπὶ μεταβολῇ ἀπημπολημένος.* 28) Perperam alias *στιγών* scribitur, ut ap. Hesych.: *Στιγών, μαστιγίας* (pro *Στίγων, στιγματίας*): cf. Phot. p. 538, 20. Simile vitium contraxit scriptura *κιβδῶνες* Photii p. 136, 9. *παιδῶνας* (pro *πέδωνας*) Hesych. II. p. 838. *στραβῶνες* Poll. II, 51. *Χελλῶνα* Choerob. Bekk. p. 1188. nec probandum *Βοῶνος* Harp. p. 84, 4. Item revocamus *κύρτων* Diog. L. VI, 92. et *κρίθων* pro *κριθών* flagitamus ap. Hesych. II. p. 348. Eodem vitio laborat Antiatt. p. 84, 17: *Β α ι τ ώ ν καὶ β α ι τ ά ς, ἀντὶ τοῦ μωρὸς ἢ μωρά*, ubi legendum *Β λ ί τ ω ν καὶ β λ ι τ ά ς*, quamquam propagavit mendosam scripturam Hesychius vv. *Βαιτάς*, *Βαιτάδα*, *Βαιτῶνα*. Nempe omnem dubitationem tollit innumera vis exemplorum, velut *γλύκων*, *γνίφων*, *γράσων*, *δούλων*, *ψώλων* cett. Compares Lat. epulo, fabulo, ganeo, gulo, comedo, longurio, lurco, manduco, mirio, rapo, verbero all. 29) Cur *τρὶς μάκαρ*, *τρὶς ἄθλιος* cetera similiter scribi debeant, apertae sunt rationes et indubiae. Mittamus Latini sermonis analogiam, ubi cum ternarius numerus non

Cum fragmento modo illustrato βλασφημίαι ἀπὸ ἀριθμοῦ percenseantur ac vel ex hoc titulo probabile sit similiter convicia aliunde petita ab Aristophane fuisse composita, non dubito eidem vindicare alterum locum ab Eustathio servatum, quo βλασφημίαι ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων desumptae illustrantur. En ipsam expositionem, in qua facile Aristophaneum colorem agnoveris.

XXIV. Eust. Il. p. 741, 21: γράφουσιν οἱ παλαιοὶ καὶ ταῦτα· Εἰσὶ βλασφημίαι καὶ ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων πολλαὶ ῥηματικῶς πεποιημέναι· ἐθνῶν μὲν οἷον κιλικίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν τὸ πονηρεύεσθαι, καὶ κρητίζειν τὸ ψεύδεσθαι· ἐκ πόλεων δὲ οἷον λεσβιάζειν τὸ αἰσχροποιεῖν. εἶτα παραγαγόντες Φερεκράτους χρῆσιν ἐν ἰάμβῳ τὸ „Δώσει δὲ σοὶ γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίας", ἐπάγουσιν ἀμοιβαῖον τὸ „Καλόν γε δῶρον, ἑπτ' ἔχειν λαικαστρίας" [ὡς

---

minus frequenter αὐξητικῶς adhibeatur (cf. Hertzb. Comm. in Prop. p. 60.), si quis *termiser* vel *terbeatus* scriberet, insanus iudicaretur. Sed habes primum constantem paene apud antiquiores scriptores legem hanc, ut δίς et τρίς in compositione sigma abiiciant: cui usui quae se subducant exempla paucissima sunt. Deinde cum vix locus extet, ubi illa adi. ipsis formis compositorum naturam referant, plurimi in contrariam partem faciunt: ita si τρὶς et ὀιζυρός in unum coalescerent, et τριςοΐζυρος esset scribendum (quod suo Marte fecit Lobeckius Paralip. p. 472), et femininum eadem ac masculinum uteretur terminatione: nunc habes τὴν τρὶς ὀιζυρὰν πόλιν ut Πρασιαὶ τρὶς ἄθλιαι, non τριςάθλιοι Ar. Pac. 242. Accedunt alii loci ubi eum ipsi scriptores vim sibi inferri quasi dedita opera vetuerint, surdis tamen auribus cecinerunt; dico τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις et similia. Denique metricas adde rationes Porsoni praef. Eur. Hec. p. XXVIII. Inde ut deteriori Graecitati vitiosa τριςέχθιστος, τριςαλιτήριος sim. concedamus, e probatorum certe scriptorum exemplaribus istiusmodi scripturae sunt ablegandae. Ceterum aeque vitiosa sunt quae in Homericis carminibus feruntur ταπρῶτα, τοπρίν, βαρυστενάχων, παλιμπλαγχθείς all. Item male hucusque propagatum est quasi vocabulum εἰκοσινήριτο; Il. X, 349. ubi legendum esse οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἴκοσι νήριτ' ἄποινα, monuit frater Carolus Nauck (Archiv f. Philol. und Paedag. XII, 1. p. 126.). Atque εὔαδε quod vulgo pro ἔFFαδε dictum affirmant, quid obstat quominus scribamus εὖ ἅδε? Sicut εὖ ἁδεῖν restituendum vel potius retinendum in epigrammate C. I. 1907, 9.

τοιούτων οὐσῶν τῶν Λεσβιῶν γυναικῶν]. ἐκ δήμων δὲ βλασφημία τὸ αἰξωνεύεσθαι ἤγουν κακολογεῖν. [Αἰξωνεῖς γὰρ δημόται Ἀττικοὶ σκωπτόμενοι ὡς κακολόγοι, καθὰ καὶ οἱ Σφήττιοι ἐπὶ ἀγριότητι.]

Recte verba κιλικίζειν, αἰγυπτιάζειν celt. βλασφημίαις annumerari, facile elucet; nam pro origine sua nil indicant illa verba nisi Cilicum, Aegyptiorum all. mores sequi qualescunque, tum vero in deteriorem partem versa certum vitium denotant, a quo regionum quarundam homines male fuerint diffamati. Κιλικίζειν nescimus cuius sit auctoris, sed compositum ἐγκιλικίζειν Pherecrates habet Com. II. p. 351. ubi quaedam collegit Meinekius; adde Hesych. et Suid. vv. Ἐγκιλίζεται et Κιλίκιος ὄλεθρος. Zenob. IV, 53. Append. Prov. II, 7. Diog. L. IX, 84. Alterum αἰγυπτιάζειν Cratinus usurpavit Com. II. p. 186. ut αἰγυπτιάζεσθαι Ar. Thesm. 922: grammaticorum locos affert Leutsch. in App. Prov. IV, 73. cf. Bernh. in Suid. Porro habes κρητίζειν, de quo v. intt. Hesych. et Schneidew. in Zenob. IV, 62. coll. Theognost. p. 91, 17. Eust. Opusc. p. 287, 49. Verbum λεσβιάζειν sive λεσβίζειν[30]) ad quod turpitudinis genus referatur loci Theopompi et Strattidis ap. Schol. Ar. Vesp. 1346. satis indicant: cf. Phot. Suid. all. Mendosa glossa Hesychii: Λεσβιάζειν· πρὸς ἄνδρα στόματύειν. Λεσβιάδας (l. Λεσβίδας) γὰρ τὰς λαικαστρίας ἔλεγον. Quae spectant ad Pherecratis fragmentum (Com. II. p. 339.) a grammatico nostro excitatum, quomodo corrigam non habeo. Denique αἰξωνεύεσθαι est conviciari, calumniari: v. Ruhnk. in Tim. p. 15. Meinek. Com. IV. p. 144. Adde Hesych. Steph. Byz. Etym. M. p. 36, 57. Gud. p. 20, 20. Suid.: quibus locis αἰξωνεύεσθαι explicatur κατηγορεῖν, quod debebat esse κακηγορεῖν[31]). Notavi quae huic recensui affixa sunt de Sphettiorum ferocitate a βλασφημιῶν instituto aliena. Num plena ad nos pervenerit

---

30) De varietate terminationis vide Lobeck. Pathol. p. 481. sq.

31) Quae confusio frequentissima: cf. Gros. in Philodem. p. 170. Photius p. 146, 6. sive Suidas: Κατεγλώττιζε· κατεφλυάρει, κατηγόρει, ἐλοιδόρει. Similiter Hesychius: Κατεγλώττιζε· διέβαλλε, κατηγόρει. Sed καταγλωττίζειν est βλασφημεῖν, conviciari: itaque

Aristophanis disputatio vehementer dubito: certe exempla ab Eustathio tradita plurimis facile possunt augeri[32]).

---

praestat κακηγόρει. Item in Ps. Plat. Min. p. 320. E: „εὐλογοῦντες ἢ κατηγοροῦντες" quivis intelliget aptius esse κακηγοροῦντες, quod ipsum libri nonnulli praebent. Adde Plut. Gryll. p. 990. B. et ne plura afferam Men. Com. IV. p. 270:

Ὅταν τι μέλλῃς τὸν πέλας κατηγορεῖν,
αὐτὸς τὰ σαυτοῦ πρῶτον ἐπισκέπτου κακά.

Ubi pro κατηγορεῖν sine dubio legendum κακηγορεῖν. Hoc enim flagitat loci sententia: praeterea accusare aliquem dicitur Graece ἀνδρὸς κατηγορεῖν, non ἄνδρα. Fallitur Bernhardy Synt. p. 243. qui Aelianeum κατηγορεῖ τὸν πατέρα (patrem refert) N. A. IX, 5. non debebat soloecum dicere. 32) Ita habes δωριάζειν, λακωνίζειν, φοινικίζειν, σικελίζειν, συβαρίζειν, λυδίζειν, χιάζειν, σιφνιάζειν, βεργαΐζειν, κορκυρεύεσθαι (Lobeck. Pathol. p. 275. n.), κορινθιάζειν sive κορινθιάζεσθαι, λακεδαιμονιάζειν, βοιωτιάζειν, σινωπίζειν, χαλκιδίζειν, καρίζειν all. Quae longum est testimoniis suis muniri. De Caribus habes versiculos nescio cuius poetae ap. Diogenian. VI, 24: Λυδοὶ πονηροί, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι, τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. Unde redintegrari debebat locus Eust. in Dionys. P. 839. p. 264, 4.

## 5. *Ἀττικαὶ λέξεις.*

Duplicem veteres glossographi in digerendis vocabulorum opibus rationem secuti sunt, partitionem ut ita dicamus realem et topicam. Priore de genere composuerat Aristophanes, ut vidimus, tum vocabula quibus aetates et hominum et animalium significarentur, tum cognationis et affinitatis nomina, tum ea quae in allocutionibus locum haberent, tum convicia, item fortasse alia capita distinxerat aut minus luculenter nunc conspicua aut plane oblitterata[1]). Plures tamen veterum grammaticorum alteri sese addixerunt muneri, quo certarum gentium vel regionum glossas enarrarent. Quo in campo a quot hominibus quanto ardore elaboratum fuerit, nemo ignorat[2]). Aristophanes etiam in realibus commentariis topicas glossas attigit[3]): insuper vero de compluribus dialectis peculiari cura disputavit. Diserta veterum mentione novimus *Ἀττικὰς λέξεις* et *Λακωνικὰς γλώσσας* easque paucis stabilitas testimoniis; quin aliarum quoque gentium glossas comple-

1) De titulis *περὶ προςώπων* et *περὶ ἑταιρίδων* (Cap. VII, 4. 5.) supra diximus p. 76. n. Caput *περὶ δουλικῶν ὀνομάτων* non sine probabilitate quadam colligere possis e fr. XXXIX — XLI. Sed quas Eust. Il. p. 279, 38. Od. p. 1761, 19. 23. affert *καινοτέρας* et *καινὰς καὶ ἀσυνήθεις* sive *καινοφώνους λέξεις*, iis nemo amplius opinabitur ordinem indicari ab Aristophane institutum: immo Eust. nil praebet nisi syllogen rariorum nominum sive glossarum e diversissimis Aristophanei operis partibus conflatam: similem congeriem attulimus p. 153. 2) De primariis glossographis admonuit Meierus Ind. Schol. hib. Hal. 1842. p. X. sqq. cui adde dubiam coenam Lerschii Sprachphilos. III. p. 67. sqq. Desideramus vero corpus glossematicum, quo et singuli glossographi accurate percenseantur et topicae glossae plene collectae unum in conspectum vocentur, instrumentum vel ad Hesychii emendationem utilissimum. 3) Compares Cyrenaeum *τριακάδιος*, Creticum *ἀπόδρομος*, Ionicum *ἄττη-*

xus fuerit dubitari vix potest. Ad Ἀττικὰς λέξεις secundum diserta veterum testimonia haec erant revocanda: primum observatio prosodiaca de comparativis in ίων desinentibus (cuius indicio alteram ascivi regulam simillimam), deinde recensus nominum quibus diversae cantilenae appellatae ab Atticis fuerint, denique singulae quaedam glossae ab Erotiano servatae (ἄμβων, δίοπος, κρησέρα). Lancem saturam vides ita comparatam ut fines et consilium Aristophaneae opellae vix elicias. Hinc incertis aut aliorum aut meis coniecturis ditare hunc agellum non ausus sum, praesertim cum ipsi Aristophanis instituto cognoscendo nihil istae suspiciones lucis afferrent et salutis[4]).

Magis etiam desperata, ut hoc addam, Laconicarum glossarum conditio; quarum notitia redit ad duas Athenaei mentiones admodum exiles et depravatas aliquot glossas Hesychii. Quibus hoc docemur nil fere nisi mancas quasdam tabulas ex ingenti Graecarum litterarum naufragio ad nostras oras enatasse.

XXV. Herod. περὶ διχρόνων in Crameri An. Ox. III. p. 291, 9: Τὰ εἰς ων λήγοντα καθαρὸν συγκριτικὰ[5]) ὁπότε παραλήγοιτο τῷ ι, ἐκτεταμένῳ αὐτῷ παραλήγεται· καλλίων, ἡδίων, βελτίων, γλυκίων, κακίων. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ἀττικαῖς διαλέξεσιν Ἀττικοὺς ἱστορεῖ προφέρεσθαι (ἐκτεταμένως). Eadem fere Draco p. 56: Καλλίων μακροπαραληκτεῖ· τὰ γὰρ εἰς ων λήγοντα καθαρὸν συγκριτικὰ ὁπότε παραλήγοιτο τῷ ι, ἐκτεταμένον αὐτὸ ἔχει· καλλίων, ἡδίων, βελτίων, γλυκίων, κακίων. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ἀττικαῖς διαλέξεσιν Ἀττικοὺς ἱστορεῖ προφέρεσθαι ἐκτεταμένως. Cf. Regg. Prosod. Herm. §. 87. p. 440: Τὰ εἰς ων λήγοντα καθαρὰ συγκριτικὰ ὁπότε

---

γος, Laconicum ταχίνας all. 4) Meierus Ind. Schol. hib. Hal. 1842. p. XII. n. 90. ad Atticas λέξεις rettulit locos Photii vv. κάνδυτος, Λύσιοι τελεταί, μασχαλίσματα, σπατάγγαι, item Ind. Schol. hib. a. 1843. p. 68. n. 392. gl. προκώνια. Sed σπαταγγῶν mentio spectat ad poetae Aristophanis fr. 359. cui eidem v. κάνδυτος non eripuerim. Ceterarum glossarum sedes nimis incerta videtur. Probabilius fortasse huc revocaris fr. 60. 69—74. 5) „καθαρὰ συγκριτικὰ] καθαρὸν συγκριτικὸν A. et Par." Cram. Correxi e Dracone, quo eodem duce in fine huius observationis ἐκτεταμένως ad-

παραλήγονται τῷ ι, ἐκτεταμένῳ αὐτῷ παραλήγονται· καλλίων — κακίων.

In his διαλέξεις manifesto vitiosum; scribendum videtur cum Meiero ἐν Ἀττικαῖς λέξεσιν [6]). De ipsa observatione conferatur Spitzner Griech. Prosod. §. 46. Exceptiones non novi nisi ἥδιον bis correptum, ab Eur. Suppl. 1101. et Alexide III. p. 395. v. 6. κακίων Eur. Oedip. fr. 5. κάλλιον Ar. Eq. 1263. cf. Ps. Menand. Gnom. 726.

Gemella paene haec est annotatio iisdem ab auctoribus sine loci indicio prodita,

XXVI. Herod. περὶ διχρόνων in Cram. An. Ox. III. p. 285: Τὰ μέντοι εἰς ιξ μονοσύλλαβα συστέλλει τὸ ι [7]), ἔχοντα δύο σύμφωνα πρὸ τοῦ ι· στίξ, πλίξ [8]), θρίξ· τὸ μέντοι ἴξ καὶ φρίξ [9]) ἐκτείνεται. Τὰ μέντοι εἰς ιξ λήγοντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν πάντα συστέλλει τὸ ι· ἐπὶ μέντοι γενικῆς [10]) πῇ μὲν φυλάσσει τὸ ι συνεσταλμένον, πῇ δὲ ἐκτείνει· καί φασι τήρησίν τινα εἶναι τοιαύτην, ὡς τὰ ἔχοντα πρὸ τέλους μακρὰν [11]) ἔχει ἐν τῇ γενικῇ ἐκτεινόμενον τὸ ι· φοῖνιξ, βέμβιξ [12]), πέμφιξ [13]), τέττιξ, σκάνδιξ, πέρδιξ, χοῖνιξ [14]). Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀσκαλωνίτης φησίν, ὡς τῆς πέρδικος καὶ χοίνικος γενικῆς ἡ μέση συστέλλεται, πεισθεὶς Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ καὶ τοῖς οὕτω χρησαμένοις ποιηταῖς διὰ τὸ μέτρον· ἀλλὰ ταῦτα διὰ τὸ μέτρον ἐγένετο· ἔστι γὰρ αὐτὰ εὕ-

---

didi. Mox παραλήγεται scripsi pro παραλήγοιτο. 6) Fuit tamen cum suspicarer Aristophanis nomen in Aristoclis locum successisse, cuius e libris περὶ διαλέκτων similes observationes cognitae sunt: vide Koen. Praef. in Gregor. p. XIX. Sed cautionem suasit fr. XXVI. 7) Draco: Βέμβιξ τὸ ι συστέλλεται· τὰ γὰρ εἰς ιξ μονοσύλλαβα συστέλλεται τὸ ι ἐπὶ ὅλης τῆς κλίσεως. Mox idem πρὸ αὐτοῦ τοῦ ι. 8) Ita Draco, vulgo φρίξ. 9) φρίξ pro φίξ praebuit Draco, qui statim post ἐκτείνεται addit ἐπὶ ὅλης. 10) Cram. Anecd. γενικῇ. 11) μακρὰν] μακρὸν Cram. Anecd. μακρὸν φύσει Drac. 12) Regg. Prosod. βέμβριξ, item Cram. An. ubi accedit τέμβριξ, quod e Τέμμιξ corruptum suspicatur Spitznerus Griech. Prosodik §. 45, 1. ann. 4. 13) πέμφιξ] μήνιγξ Gramm. Herm. 14) πέρδιξ, χοῖνιξ] Invertit ordinem Gramm. Herm. Draco haec praebet exempla: οἷον φοῖνιξ, μάστιξ, βέμβιξ, τέμβριξ, πέμφιξ, τέττιξ, σκάνδιξ, πέρδιξ, χοῖνιξ· φοίνικος, βέμβικος, τέττιγος, σκάνδικος, πέρδικος, χοίνικος, μάστιγος, μακροῦ τοῦ ι.

ρεῖν ἐκτεταμένα πολλάκις[15]). Eadem Draco p. 27. et Regg. prosod. Herm. §. 64. p. 434. sq.

Praeceptum Aristophanis de mensura formarum πέρδικος et χοίνικος dolemus non integrum ad nos esse perlatum. Nomen πέρδιξ duplici in casibus obliquis uti mensura, Athenaei exempla ostendunt IX. p. 388. F. 389. A. Longam vocalem habes in Soph. fr. 300. Nicoph. Com. II. p. 853. Antiph. III. p. 145. Diphil. IV. p. 389. v. 25. cf. Babr. 124, 4. 11. Oppian. Cyn. II, 317. Corripuerunt iota Archil. fr. 102. (Bergk. Poett. lyr. p. 488.) Epicharm. Ahr. fr. 63. Philox. ap. Ath. IV. p. 147. E. cuius admonuit Meinekius Com. III. p. 172. Alterum χοῖνιξ iis saltem quos nunc tenemus locis semper brevi utitur iota: erroris tamen grammaticos accusare qui produci affirment (praeter superiores locos cf. Drac. p. 93, 10. p. 100, 8.), non ausim. Compares similem inconstantiam nominis κόλλιξ.

XXVII. Athen. XIV. p. 619. B: ᾔδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, ὥς Ἕρμιππός φησιν ἐν ἕκτῳ περὶ νομοθετῶν. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀττικαῖς φησι λέξεσιν· „Ἱμαῖος ᾠδὴ μυλωθρῶν· ἐν δὲ γάμοις ὑμέναιος· ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος· λίνος δὲ καὶ αἴλινος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ κατὰ τὸν Εὐριπίδην." Descripsit haec Eust. Il. p. 1164, 8: (αἴλινος) διαφορεῖται τῇ σημασίᾳ κατὰ τὸν Ἀθήναιον, εἰπόντα ὥς ἐν γάμοις μὲν ᾠδὴ ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος, λίνος δὲ καὶ αἴλινος ἔν τε πένθεσι καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ δὲ μολπῇ κατ' Εὐριπίδην.

Doctrinam Aristophanis et alii propagarunt grammatici et ille cuius locos Rankius (de lex. Hesych. p. 100.) enotavit Hesychius. Primo loco affertur ἱμαῖος, quod illustrat Callim. fr. 42: Ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον. Cf. Tryph. ap. Ath. XIV. p. 618. D. (sive Eust. p. 1236, 58.): ἱμαῖος ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ᾖδον. Etym. Gud. p. 277, 47: Ἱμαῖος[16])· εἴτε (l. ἥ τε) ἐπιμύλιος

---

15) Finem (ἀλλὰ ταῦτα — πολλάκις) breviavit Gramm. Herm.: ἀλλ' ἔστιν αὐτὰ καὶ ἐκτεταμένα πολλάκις εὑρεῖν. 16) Editur ἱμαῖος ut apud Phot. p. 107, 21. Theognost. p. 51. f. quae scri-

ᾠδὴ ἢ (l. καὶ) ὄνομα κύριον. Similiter Suidas ubi v. Bernh. Pollux IV, 53: ἐπιμύλιος ᾠδὴ ἱμαῖος καὶ ἱμαλίς, ᾅ δὲ ᾄδων ἱμαοιδός. Medicum expectat Hesychius II. p. 48. Accedat Moschop. περὶ σχεδ. p. 16. Alterum ὑμέναιος ex Homero et sequentibus poetis notissimum: fusius de nomine disserunt inprimis Schol. et Eust. Σ, 493. Cf. Lex. Rhet. p. 312, 17. Etym. M. p. 776. Gud. p. 540. Poll. III, 37. Moschop. π. σχεδ. p. 111. In Hesychio quae perhibentur: Ὑμέναιος. γάμος ἢ ᾠδὴ ἐπιγάμιος, non sana iudico; reposuerim ὕμνος γαμικὸς ἢ ᾠδὴ ἐπιγαμήλιος. De nomine ἰάλεμος cf. Bernhardy in Suid. I, 2. p. 926. Ubi neglectam mireris ipsius Suidae (sive Schol. Hermog. III. p. 348. n. 35.) corruptelam: Ἰάλεμος· ὁ ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ἀνίαν φέρων, ubi ἴαν vel potius ἰὰν[17]) pro ἀνίαν restituas ex Etym. Gud. p. 268, 46. unde simul corriges scripturam ἰωὴν Etym. M. p. 463, 8. et ἰανὸν Etym. Gud. p. 269, 11: similiter ἀνία pro ἰά Append. Prov. III, 24. Neque integra Lexici Bachm. p. 259. et Photii verba: καὶ ὁ καλὸς[18]) καὶ ὀρφανός.

Ultimo loco λίνος et αἴλινος afferuntur quae et lugentium sint et ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ usurpentur, ubi respicitur Eur. Herc. F. 348: αἴλινον μὲν ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ Φοῖβος ἰαχεῖ. Cantilenae λίνος antiquissimum affertur testimonium Il. Σ, 570. ubi teste schol. Ἀρίσταρχος εἶδος ᾠδῆς τὸν λίνον φησίν, auctore ut vides Aristophane, quem grammatici deinceps secuti sunt (cf. Küst. in Suid. et Blomf. Gloss. Aesch. Agam. 119.). Certus tamen locus ubi λίνος de cantu dicatur, in veterum libris non extat. Magis etiam suspectum est alterum αἴλινος, quem can-

---

ptura in Etymol. refutatur iis quae statim sequuntur verbis: τὸ μέντοι ἱμῶ — ψιλοῦται. Ibidem paulo post pro ἀνομῶ leg. ἀνιμῶ.

17) Oxytonon verum iudico quamquam haud raro altera scriptura comparet, veluti in Orac. ap. Herod. I, 85. Eust. p. 794, 54. ac saepius in Etymologicis: adde Hesych. et Suid. v. Ἴα. 18) Fortasse cum Moeride et Thom. M. p. 188, 1. leg. καὶ ἔκλυτος. Requiritur saltem adiectivum in reprehensione collocatum, quam et grammatici testantur (cf. intt. Zenob. IV, 39. Append. Prov. III, 24.), et scriptorum loci innuunt, ut Menandri Com. IV. p. 138. et Hermogenis Rhett. III. p. 348. (ubi cf. Schol. Max. Planud. V. p. 541.). Ceterum καλός istud similis admonet corruptelae ap. Hesych. II. p. 652: Ναννάριον· οὕτω καλούμενον εἶδός τι ἀσώτων. ἄμεινον

tum grammatici Aristophane duce identidem perhibent: scriptores veteres usu constanti solam norunt interiectionem *αἴλινον* (quod primitus est *αἶ Λίνον*). Itaque quae feruntur cantilenae *λίνος* et *αἴλινος* nil praestare videntur nisi Aristophanis Byz. errorem ab aliis propagatum. Pariter lapsi sunt poetae Alexandrini qui et adi. *αἴλινος* et monstruosam formam *αἴλινα* effinxerunt[19]).

XXVIII. Erotianus Gloss. Hipp. p. 86. 88. de nomine *ἄμβη* disputans postquam aliorum interpretationes percensuit, sic pergit: *ἡμεῖς δὲ τούτους πάντας παραιτησάμενοι, Βακχείῳ συγκατατιθέμεθα, ὅς ἐν τῷ τρίτῳ φησὶν ἄμβην καλεῖσθαι τὴν ὀφρυώδη ἐπανάστασιν. καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι ἄμβωνας καλοῦσι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Αἰσχύλος καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι.*

Nomen *ἄμβων*[20]) interpretatur Hesych. I. p. 268: *Ἄμβωνες. αἱ προςαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Αἰσχύλος Κερκύονι καὶ Σισύφῳ.* Item Aelius Dionys. ap. Eust. p. 1636, 10. quem sequuntur Zon. p. 142. Etym. M. p. 81, 9. Gud. p. 43, 33. ubi mendose *ἄμβρων* scribitur item atque ap. Zon. p. 146. Adde Phryn. Bekk. p. 12, 4. In Erotiani loco pro *καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γρ.* reposuerim *ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γρ.* De confusis *καὶ* et *ὡς* v. Arcad. p. 102, 20: *τὸ δὲ ἀστεροπή ὀξύνεται καὶ* (l. *ὡς*) *σύνθετον παρὰ τὸ ὄπα καὶ ἀστήρ.*

XXIX. Erotian. Gloss. Hippocr. p. 118: *Διόπῳ· τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ· παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ καὶ Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ.*

---

*δὲ τὸν τρυφερὸν καὶ καλὸν ἀκούειν.* 19) Accuratius hac de re dicetur alibi; nunc moneo corruptum esse unum qui nobis obesse videatur locum Eur. Hel. 171: *αἰλίνοις κακοῖς τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα*, ubi varii sunt criticorum conatus (cf. Schneidew. Coni. p. 167.): equidem quin pro *αἰλίνοις* scribendum sit *αἴλινον*, non dubito.

20) Usurparunt Aeschylus fr. 93. 214. et Eupolis Meinek. II. p. 440. quem respicere videtur Eust. Od. p. 1539, 33: *πολυώνυμον ὂν τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἄμβων τε γὰρ λέγεται καὶ χοῖρος καὶ ἐσχάρα καὶ δέλτα τὸ αὐτὸ καὶ κέλης καλεῖται παρὰ τοῖς κωμικοῖς.*

De auctoribus nominis δίοπος locis supra memoratis (Aesch. fr. 213. Eur. Hipp. fr. 18.) accedant Aesch. Pers. 44. Auct. Rhes. 741. cf. ἀδίοπον πέλαγος[21]) Aesch. fr. 245. In Erotiani interpretatione pro διοπτεύειν proposuerunt διοπεύειν: malim διέπειν cum Etym. M. p. 278, 7. Gud. p. 146, 56. Harp. p. 62, 13. Schol. Aesch. Pers. 44. adde quod Suidae libri praebent διοπεῖν. Galenus Gloss. Hippocr. p. 458: Δίοπος (editur δίοπτος)· νεὼς ἐπιμελητής, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἢ διέπειν τὰ ἐν αὐτῷ (l. αὐτῇ). Hesychianae gl. Δίοποι· ἐπιμεληταί (sive ut ipse vult Διόπῳ ἐπιμελητῇ) Rankius admonuit p. 101.

XXX. Erotian. Gloss. Hipp. p. 232: Κρησέρα λέγεται ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιόν, δι' οὗ διηθοῦσί τινα ὡς δι' ἠθμοῦ. μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι.

Κρησέρα nomen, pro quo Erotianus mendose κνησέρα praebet, notum ex Ar. Eccl. 991. Cf. Galen. Gloss. Hippocr. p. 508. Phot. p. 177. f. Etym. M. p. 538, 5. (ubi pro ἐπιβόλαιον rectius περιβόλαιον scribas) Pollux VI, 74. Suidas (unde in Schol. Ar. Eccl. 991. pro δι' ἔρωτος l. διερρωγός). Silet Hesychius. Diminutivum κρησέριον commemorant Pollux X, 114. Theognost. p. 91, 21. Zon. p. 1256.

---

21) Nam de mari adi. ἀδίοπος usurpatum fuisse docet Hesych. v. Ἀδίεπον, ubi vide interpp.

## 6. Λακωνικαὶ γλῶσσαι.

De conditione harum Laconicarum glossarum monuimus supra p. 182. Quod Schwenckius huc referri volebat Hesychii gl. Ἄανθα, ea nimis incerta videbatur coniectura quam cui obtemperaremus, vide fr. XCI.

XXXI. Ath. III. p. 77. A: *Τὰ δὲ χειμερινὰ σῦκα Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι κωδωναῖα ὑπὸ Ἀχαιῶν, τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνη εἰρηκέναι ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις.*

Disputatur de glossa satis obscura, cuius memoriam pauci tantum servarunt grammatici. Vulgarem Athenaei scripturam *κυδωναῖα* cum Rankio de Hesych. p. 100. correxi e cod. C. et Eust. Od. p. 1964, 10: *ἦσαν δὲ καὶ χειμερινὰ* (sc. *σῦκα*) *κωδωναῖα ὑπὸ Ἀχαιῶν καλούμενα.* A quibus non longe recedit quod Hesychius habet *Κοδώνεα· σῦκα χειμερινά, καὶ καρύων εἶδος Περσικῶν.* Praeterea quod huc faceret non repperi[1]).

XXXII. Ath. III. p. 83. A. *Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις τὰ κοκκύμηλά φησι τοὺς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικά, ἅ τινες ἄδρυα.*

Fides horum vocabulorum solis grammaticorum nititur testimoniis iisque parcissimis. De nomine *ὀξύμαλον* iam Rankius p. 100. Hesychii glossam comparavit: *Ὀξύμαλα· τὰ κοκκύμηλα.* De altero *ἄδρυον* idem Hesychius T. I. p. 100. haec tradit: *Ἄδρυα· πλοῖα μονόξυλα. Κύπριοι. λέγονται δὲ καὶ οἱ ἐν τῷ ἀρότρῳ στῦλοι*[2]). *Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα· παρὰ δὲ Ἀττικοῖς ἀκρόδρυα.* Cf. Ath. II. p. 50. A:

---

1) Hesychii gl. *Κυδώνιον* cur Rankius huc rettulerit, eius rei rationem non assequor. 2) De hoc significatu cf. Lobeck. Agla-

*Σέλευκος δὲ ἐν Γλώσσαις, βράβυλα, φησίν, ἦλα, κοκκόμηλα, μάδρυα τὰ αὐτὰ εἶναι.* Quae recurrunt ap. Eust. Od. p. 1963, 32. cf. Etym. M. p. 211, 5. ubi quod extat *βάδρυα*, libenter acciperemus, nisi ipse Seleucus *μάδρυα* pro *μαλόδρυα* dictum putasse videretur. Accedat Hesych. T. I. p. 257: *Ἀμάδρυα· κοκκύμηλα. Σικυώνιοι.*

XXXIII. Hesych. I. p. 5: *Ἄδδα· ἔνδεια. Λάκωνες. οὕτως Ἀριστοφάνης ἐν Γλώσσαις.*

Codicis scripturam *Ἄαδα* et mox *οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης* correxit Valck., *ἄδδα* pro *ἄζη* (i. e. *αὐχμός, ξηρότης*) dictum intelligens. Cf. Ahrens. de Dial. Dor. p. 96.

XXXIV. Hesych. I. p. 748: *Βούθουτον* (vulgo *Βούθυτον*). *ὅ τινες ἀμέμαρον. Ἀχαιοὶ δὲ ἰσόχοιρον. Ἀριστοφάνης. Λάκωνες.*

Habes frustula adeo depravata, ut vix audeamus sperare medelam. Grammaticum Aristophanem et Albertius intellexit et qui ad Laconicas glossas locum rettulit Meierus. Cui obtemperavi, quamquam non dissimulo extremum illud *Λάκωνες* posse in fraudis suspicionem cadere. Certiora docebit si quis corruptissimum locum probabiliter restituerit: ipse non habeo quod commemorem praeter Küsteri coniecturam qui pro *Ἀχαιοὶ* corrigit *ἄλλοι.*

XXXV. Hesych. II. p. 1014: *Πουρέακος. κρίκος σιδηροῦς, τετρυπημένος καὶ ἧλον ἔχων ἐν τῷ τρυπήματι στρεφόμενον, ᾧ χρῶνται πρὸς δεσμὸν συῶν. Πουστάκους. ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν.*

Codex: *Ποῦ ῥέακος, κρίκι σιδηροῦς* ac deinde *δῆλον* (pro *ἧλον*) et *στρεφόμενος*, quae vitia dudum alii sustulerunt. Formae quas Aristophanes illustrarit, summis obnoxiae sunt dubitationibus atque alii aliam tentarunt medelam. Qui verba *ὡς Ἀριστοφάνης κτλ.* ad superiorem glossam *Πούρδαιον*[3]). *μαγειρεῖον. Λάκωνες.* volebat retrahi Meierus, discindit potius nodum quam solvit. Ahrensius de Dial. Dor. p. 73. n. 3. diversas statuit eiusdem nominis formas fuisse *πύσσακος*

---

oph. p. 839. not.

3) Vel potius *πουρδαιον* sive *πουρδαίιον*:

et *πύσταχος*, pro quibus Lacones *πούσταχος* et *πούρταχος* dixerint, unde *Πούρταχος* pro *Πουρέαχος* proposuit. Sed vocabulo *πύσσαχος* diversum significatur instrumentum quam quod h. l. describitur[4]), recte agnitum a Lobeckio Pathol. p. 310. n. 4. Qui tamen quod suasit *πουρακόν*, vehementer dubito num similitudine qualicunque possit fulciri[5]): Ipse quod probabilius videatur non habeo.

---

cf. Ahrens. de Dial. Dor. p. 78. 4) V. Hesych. II. p. 1089. sq.: *Πύσσαχος. ξύλον καμπύλον, τοῖς μόσχοις περὶ τοὺς μυκτῆρας τιθέμενον, ὃ κωλύει θηλάζειν.* Quem locum apte Lobeckius illustravit ex Virg. G. III, 398: *prohibent a matribus hoedos Primaque ferratis praefigunt ora capistris*, comparans idem Hesychii gl.: *Πισάκιον· περιστόμιον.* 5) Confidenter Lobeckius illud adoptavit quod Varro tradit, nomen *porcus* a Graecis esse repetitum, et inde *πουρακόν* dictum censet (tanquam *χοιρακόν*) eo significatu quo grammatici *χύριον* sive *χύρριον* vel potius *χυρρεῖον* usurpatum testantur (Gramm. ap. Eust. p. 1752, 30: *χύριον, δεσμὸς ᾧ δεσμεῖται τὰ χοιρίδια*, et mox: *χύριον, ξύλον ᾧ προσδεσμεύονται οἱ ὗς.* cf. Hesych. II. p. 1568: *Χύρριον· στρεπτὸν ᾧ δεσμεύουσι τοὺς χοίρους.* adde qui inter nomina in *ειον* terminata affert Theognost. p. 128, 20: *χυρρεῖον τὸ ξύλινον δεσμωτήριον.*). Sed ut Graeci suem antiquitus *πόρκον* dixerint, num inde *πουρακόν* satis explicatum? Iam vero ipsum fundamentum quo Lobeckius nitebatur, vanum est. Varroni enim quominus fidem habeamus multa obstant. Primo loco mirum foret, si notitia de Graeca appellatione animalis satis profecto vulgaris ad Varronem pervenisset ea, cuius nullum hodie superesset vestigium. Obieceris fortasse immensam Varronis eruditionem, qui innumeros pervolutarit scriptores nunc perditos. Audio: sed h. l. ut de interiore quodam doctrinae arcano cogitemus, ipsa scriptoris verba non permittunt. *Porcus*, inquit, *Graecum est nomen, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον.* Nullus laudatur reconditioris glossae auctor, ne obiter quidem ubi et quando Latina vox extiterit apud Graecos significatur. Immo verba, *sed obscuratum*, veram produnt Varronis sententiam. Qui etymologiae artifex ut concessam veteribus licentiam paene superabat, ita nomina *porcus* et *χοῖρος* quantumvis sono dissimilia eiusdem putavit originis. In Graeco igitur *χοῖρος* (quod sic demum intelliges cur attulerit) nil nisi antiquum *porcus* deflexum scilicet liberius et obscuratum inesse credidit. Proinde quod *πόρκος* nomen apud Graecos (vel quod doctiores tradunt apud antiquiores Atticos) de sue dictum fuisse lexica perhibent, merum est Varronis commentum.

## 7. Fragmenta sedis incertae.

XXXVI. Schol. Ar. Av. 1541. de nomine *κωλακρέτης*: Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. Ad supplendam Aristophanis doctrinam haec subiunxit nescio quis grammaticus: Οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο, ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως· „Τοῖς δὲ ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδων ἀργύρια, καὶ εἰς ἄλλο ὅτι ἂν δέῃ ἀναλῶσαι.“

Cf. Hesychius: Κωλακρέται. ἀργυρικοὶ ταμίαι, οὓς τινες οἴονται μόνου τοῦ δικαστικοῦ προΐστασθαι. De Aristophanis ceterorumque grammaticorum explicationibus vide Ruhnk. in Tim. p. 171. sq. Meier. in Fragm. Lex. Rhet. p. XXII. Adde Psell. ed. Boiss. p. 104.

XXXVII. Fragm. Paris. §. 15: *Ξένοι* λέγονται οἱ ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἐπιδημοῦντες· ἰδίως δὲ πάλιν τινὸς ξένοι, οὓς ἐν τῇ ἰδίᾳ τις ὑπεδέξατο οἰκίᾳ καὶ συγκατέπραξε τὰ χρήσιμα. *Ἰδιόξενοι* δέ εἰσιν οἱ ἐκ πλείονος χρόνου, τυχὸν δὲ καὶ ἀπὸ πατέρων παραδοχῆς, τηροῦντες ἀλλήλοις ὁμόνοιαν, κἂν τῇ οἰκήσει καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλλήλων ἀπέχωσιν, οἳ καὶ διὰ σφραγίδων καὶ ἄλλων συμβόλων ἀλλήλοις δύνανται ὁμιλεῖν καὶ οὓς βούλονται συνιστᾶν. *Πρόξενοι* δὲ καλοῦνται οἱ κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάται πόλεων ὅλων γινόμενοι καὶ φροντισταί [οὓς καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ταῖς ὄψεσι διαπυνθάνονται καὶ ἐπιζητοῦσι]. *Δορύξενοι* δέ, ὡς εἰκός, οἱ κατὰ τὸν πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησάμενοι.

Grammaticorum quotquot huc spectent locos singulatim percenseri longum est[1]). Cum Aristophane concordant quae

1) Inprimis cf. Bachm. Anecd. II. p. 379. Schol. *Δ*, 377. (Eust. p. 485.) Ael. Dionys. (hunc testatur enim Eust. p. 405, 37.)

in Schol. Luc. p. 138. sq. sive Bachm. Anecd. II. p. 320. et apud Ioann. Sicel. in Hermog. VI. p. 363. sq. feruntur[2]): *Ἕτεροι δὲ προξένους μὲν φασι τοὺς κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάτας ὅλων πόλεων γινομένους. ἰδιοξένους δὲ τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου ἢ ἐκ πατέρων διὰ παραδοχῆς τηροῦντας [τὴν] ὁμόνοιαν, κἂν πολὺ ταῖς πατρίσιν ἀπέχωσιν· οἵ φαίνονται καὶ σφραγῖδας ἀλλήλοις δεικνύντες καὶ σύμβολά τινα ποιούμενοι, ἵνα οὓς ἂν πέμπωσιν ἀγνῶτας, οἷον υἱοὺς καὶ οἰκείους, προςδέχωνται ἅτεροι διὰ τὰ σύμβολα. φασὶ δὲ καὶ δορυξένους οὕτοι τοὺς κατὰ πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησαμένους, ὡς Διομήδης Γλαῦκον. ξένους δὲ ἁπλῶς τοὺς ἐξ ἑτέρας πόλεως παρεπιδημοῦντας, ἐάν τε ἀγνῶτες ὦσιν, ἐάν τε ἐγνωσμένοι. τοὺς δὲ ἰδίως ξένους τινος, οὓς ἐν οἰκίᾳ τις ὑπεδέξατο καὶ συνέπραξέ τι τῶν χρησίμων ἢ ἐμήνυσέ τι τῶν ἀπορουμένων.* Unde et ditari nonnullis in locis Aristophanes poterit, et abiicienda erunt verba, *οὓς καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ταῖς ὄψεσι διαπυνθάνονται καὶ ἐπιζητοῦσι.* Ad singulas res illustrandas pauca sufficient. *Ξένον* dici et qui excipiat hospitio, et qui excipiatur, tradunt Pollux I, 74. Phot. p. 338, 26. Suid. Aristophanis vestigia sequitur Hesychius: *Ξένοι — οἱ δὲ τοὺς ἀπὸ ξενίας φίλους.* De *ἰδιόξενος* voc. cf. Pollux III, 60. Moer. p. 202. Accedat Hesychius: *Ἰδιόξενοι· οἱ κατ' ἰδίαν ξένοι τινῶν, ἢ πάλαι ἢ* (malim *καὶ*) *ἀπὸ πατέρων ὄντες ξένοι.* De symbolis ab Aristophane significatis cf. Helladius ap. Schol. Eur. Med. 610. Sequuntur *πρόξενοι*, quorum rationes nuper

---

ap. Phot. et Suid. v. *Ἰδιόξενος.* Adde Ammon. p. 118. sq. sive Etym. Gud. p. 481. porro Thom. M. p. 185. sq. denique Moschop. *περὶ σχεδῶν* p. 119. 2) Quae praecedunt verba, quum Ullrichio et Meiero de Proxenia p. 3. difficultatem moverint, plana erunt si pro *κρίσει* emendaris *χρήσει*: atque ita dudum edidit Walzius. — Ceterum de v. *Ἰδιόξενος* haec Boissonadius annotat: „Fere similia, sed de *προξένοις*, scripturae vitio tradit Lexicogr. in *Δικῶν ὀνόμασι* ap. Santocrucium Mem. Acad. Inscr. t. 48. p. 198. Hic locus non invenitur in Bekkeri Anecdotis qui hoc lexicon ex eodem codice descripsit." Locus quem Santocr. adducit (Cod. Sang. 345. fol. 179: *Προξένους μὲν φασι τοὺς κατὰ δόγμα πολιτικοὺς προστάτας ὅλων πόλεων γινομένους. ἰδιοξένους δὲ τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου κτλ.*) idem est quem Bachmannus publici iuris fecit. Scripturae vitium non aliud dixisse potest Boiss., nisi quod ipse commiserit.

illustravit Meierus Comm. de Proxenia sive de publ. Gr. hospit. (Halis Sax. 1843.), ubi grammaticorum testimonia composita sunt p. 2. sq. *Δορύξενοι* qui sint docet Plutarchus Q. Gr. 17. cf. Paus. ap. Eust. Il. p. 405. Schol. Soph. Oed. C. 632. El. 46. Suid. Poll. III, 60. all. Recedit ab Aristophane Hesychius I. p. 1025. Alii grammatici addunt *ἀστοξένους*[3]), de quibus vide Lex. Bekk. p. 456, 5. et Ruhnk. in Tim. p. 57.

XXXVIII. Fragm. Paris. §. 16: *Μέτοικος δέ ἐστιν ὁπόταν τις ἀπὸ ξένης ἐλθὼν ἐνοικῇ τῇ πόλει, τέλος τελῶν εἰς ἀποτεταγμένας τινὰς χρείας τῆς πόλεως· ἕως μὲν οὖν ποσῶν ἡμερῶν παρεπίδημος καλεῖται καὶ ἀτελής ἐστιν, ἐὰν δὲ ὑπερβῇ τὸν ὡρισμένον χρόνον, μέτοικος ἤδη γίνεται καὶ ὑποτελής· παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ ἰσοτελής.*

Cohaerent haec arctissime cum fragmento praegresso, id quod et ipsa res testatur[4]) et verborum iunctura ostendit; unde quae de *ξένοις* et *μετοίκοις* perhibentur rectius ad perpetuae orationis seriem revocaris. Argumentum grammaticorum sedulitas accurate explicuit. Vide praeter alios Ammon. p. 75: *Ἰσοτελὴς καὶ μέτοικος διαφέρει. Ἰσοτελὴς μὲν γὰρ ὁ τετιμημένος μέτοικος ἐν τῷ ἴσῳ τάγματι τοῖς πολίταις, καὶ τὸ μὲν μετοίκιον μὴ τελῶν, πάντα δὲ ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις πλὴν τοῦ ἄρχειν. Μέτοικος δὲ ὁ μετοικήσας εἰς ἑτέραν πόλιν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τοῦ μὲν ξένου πλέον τι ἔχων, τοῦ δὲ πολίτου ἔλαττον. ἐτέλει δὲ ὁ μέτοικος κατ' ἐνιαυτὸν μετοικίου δραχμὰς δέκα*[5]), *καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων πομπῇ*

---

3) Papii Lexico adime v. *αὐτόξενος*, corruptelam nominis *ἀστόξενος*. Cf. Valck. Animadv. ad Ammon. p. 113. et Ruhnk. in Tim. p. 57. Item simplicia *ἀστός* et *αὐτός* passim permutantur, vide quos laudat Boisson. in Psell. p. 303. sq. 4) Nam *μέτοικοι* singulare *ξένων* genus efficiunt: de quo monuit Wolfius Prolegg. in Dem. Lept. p. LXVII. immemor tunc de copulatis *ξένος μέτοικος* antiquissimi testis Soph. Oed. R. 452. 5) Potius *δώδεκα*: cf. Harp. Phot. Suid. v. *Μετοίκιον*. Lex. Rhet. p. 281. Phot. et Hesych. v. *Μέτοικοι*. Schol. Plat. p. 454. Schol. Hermog. IV. p. 72. Polluc. III, 55. Moschop. *περὶ σχεδῶν* p. 64. Unde Ammonii scripturam item atque Hesychii v. *Μετοίκιον* et Schol. Plat. p. 454. non ad discrepantem grammaticorum sententiam cum Valckenario rettulerim, sed librariorum errori tribuendam existimo, ut fecit

*σκάφην ἔφερε κηρία ἔχουσαν. ὅθεν καὶ σκαφηφόρους* (alii grammatici *σκαφέας* tradunt) *ἔλεγον τοὺς μετοίκους· πολλάκις δὲ καὶ συνεστράτευον τοῖς Ἀθηναίοις*. Cf. Lex. Rhet. p. 298. ubi pro *τῶν Ἀθηναίων* fortasse scribendum *τῶν ξένων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων* cum Meiero de Proxen. p. 2. *Ἰσοτέλειαν* illustrat Harp. p. 102, 24. quem sequuntur Phot. et Suid. Cf. Lex. Rhet. p. 267, 1: *Ἰσοτελεῖς· μέτοικοι τὰ μὲν ξενικὰ τέλη μὴ τελοῦντες, τὰ δὲ ἴσα τοῖς ἀστοῖς τελοῦντες*: unde locum Hesychii II. p. 76. sic distingues: *Ἰσοτελεῖς· μέτοικοι ἴσα τοῖς ἀστοῖς τέλη διδόντες*. In Moeride (quo usus est Thom. M. p. 185, 8.) scribendum videtur: *Ἰσοτελής, ὁ ξένος ὁ μετέχων τῶν νόμων καὶ τῶν πραττομένων πάντων, πλὴν ἀρχῆς· μέτοικος Ἑλληνικῶς*. Propria nostri grammatici videntur quae de *παρεπιδήμῳ* traduntur: cf. Bernhardy in Suid. II, 2. p. 113.

XXXIX. Eust. Il. p. 1246, 10: *Ὡς δὲ καὶ λάτρον ὁ ῥηθεὶς μισθὸς ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. ὅθεν καὶ λάτρις, ὡς ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους κεῖται, ὁ ἐπιμίσθιος. ἀλλ' ὅμως, φησίν, ἐπὶ δούλων τέτακται. λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ ὅτι θῆτες οἳ ὄντες ἐλεύθεροι μισθοῦ ὑπουργοῦσιν* [*ὡς καὶ ὁ Ἀπόλλων· ὥστε ταὐτόν ἐστι κατ' ἐκεῖνον θὴς καὶ μισθωτός*]. *θῆσσα μέντοι παρ' αὐτῷ καινότερον ἄλλο τι δηλοῖ. θῆσσα γάρ, φησίν, ἣν πατὴρ καταλέλοιπε πένης ὤν, αὕτη δέ, φησίν, ἐπὶ τὸν πλησίον τοῦ γένους πορεύεται κατὰ νόμον ἀναγκάζοντα τοῦτο· καὶ ὁ μὴ αἱρούμενος γῆμαι πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων. ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις μετέδοξε τοῦτο ὡς μικρόν, καὶ ἐγένοντο δέκα μναῖ*.

Nomen *λάτρις* proprie famulus, deinde servus. Cuius duplicis potestatis vestigia prodit Hesychius II. p. 433. Similes ambiguitates tangit Eust. Od. p. 1750. f.: *Ἰστέον δὲ ὅτι οἰκεὺς καὶ ἐνταῦθα οὐ μόνον δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ὁ κατ' οἰκίαν φιλητός· ἐπαμφοτερίζει γὰρ ἡ λέξις, ὡς ἐν τῇ Ἰλιάδι ἐφάνη. οὕτω δέ, φασί, καὶ ἄτμενος*[6]) *οὐ μόνον ὁ δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ὁ τεταγμένος ἐλεύθερος, καὶ λάτρις δὲ κατά τινας μὲν ὁ ἁπλῶς*

---

praeter alios Wolfius Prolegg. in Leptin. p. LXVIII. 6) Hesychius I. p. 60: *Ἀγόμενος· δοῦλος, παρὰ Ἀρχιλόχῳ* (Bergk. fr. 144.). Pro *ἀγόμενος* corrigas *ἄτμενος*. Hesychius I. p. 603: *Ἀτμενώνητον· δουλικόν, μωρόν*. Codex teste Schowio *Ἀτμενονοιτόν*.

θεράπων, κατὰ δ' ἑτέρους ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς καὶ εἰς δουλείαν ἀπαχθείς. Genitivi formam λάτριδος (Choerob. p. 1193. Etym. M. p. 97, 51.) Papius et alii male neglexerunt [7]). Nomen θής plurimi interpretantur grammatici [8]). Corrupte Hesychius I. p. 1715: Θής· δοῦλος, μισθωτός, παράσιτος (f. προσαίτης), ἢ ὁ τὴν μερητικὴν (?) ἐργαζόμενος παρὰ Ἀθηναίοις. Tam e grammaticorum consensu quam scriptorum locis efficitur illa quam Aristophanes praebet interpretatio, ut θῆτες sint οἳ (ita correxi pro οἱ) ὄντες ἐλεύθεροι μισθοῦ ὑπουργοῦσιν Inde quod Goettlingius ap. Hes. Op. 602. θῆτα statuebat esse villicum, id non video quo probetur. De feminino θῆσσα exponunt Pollux III, 33. Schol. Ap. Rh. I, 193. Etym. M. p. 451, 54. Suid. v. Θῆττα, inprimis vero Harp. p. 98, 8. Phot. p. 92, 5. Suid. v. Θητεύς: cf. Demosth. p. 1037, 27. et Terent. Phorm. III, 2, 63. Duplicem notionem affert Moschop. περὶ σχεδ. p. 113: θῆσσα — ἡ πενιχρὰ κόρη καὶ κλῆρον οὐκ ἔχουσα· παρὰ δὲ τῇ καθολικωτέρᾳ χρήσει θῆσσα ἡ ἐπὶ μισθῷ δουλεύουσα. Hesychius nil nisi Θῆσσαν· δουλικήν. Mendosae scripturae tribuenda forma θητεύς ap. Etym. M. et Suid. Ἐθήτευσε restituendum Lycurgeo fr. orat. κατὰ Μενεσαίχμου Kiessl. p. 51. ubi Nonnus ἐμισθώτευσε.

XL. Eust. Il. p. 566, 12: Φέρεται δ' ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους καὶ περὶ οἰκετῶν λόγος, ὅτι οὐ μόνον οἱ κατ' ἀγροὺς ὑπουργοὶ οὕτως ἐλέγοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν οἰκίαις ἐλεύθεροι [ὡς ἂν εἴποι τις οἰκῆται, μεταλήψει τοῦ

Itaque refingimus: Ἄτμενον οἶτον· δουλικὸν μόρον. 7) Similiter adiectivo ταχύμηνις lexicographi tribuunt genitivum ταχυμήνεως: analogia requirit ταχυμήνιδος. Item dubito de genit. ὠτοκατάξιος: substituas ὠτοκατάξιδος e Lex. Bekk. p. 287, 12. Etym. M. p. 826, 28. Nec magis concesserim gen. φερεπόλιος, quamquam nomina propria in -πολις exeuntia duplices formas admittunt, cf. Choerob. p. 1192: Ἀγησιπόλιδος — τοῦτο δὲ καὶ Ἀγησιπόλιος εὕρηται παραλόγως, et praeter alia titulorum exempla Ross. Inscr. Gr. ined. n. 189: .ΠΙΣΩΠΩΛΙΟΣΑΙΤΘΜΕ.ΩΝΟΣ, i. e. Ἐπὶ Σωπόλιος Αὐτομέδωνος. 8) Vide Etym. M. p. 452, 21. Gud. p. 262, 20. Ammon. p. 71. Lex. Rhet. p. 261, 1. 264, 19. Apollon. Lex. Hom. p. 349. Schol. δ', 644. Pollucis III, 82. Phot. p. 91. f. Lex. Bachm. p. 256, 22. Suid.

η]. παράγει δὲ αὐτὸς καὶ παροιμίαν ἐξ Εὐριπίδου λέγουσαν· „ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ' οἰκέταις λόγος."

Nomen οἰκέτης de omnibus domesticis usurpari, verissime intellexit Aristophanes, nec deest aliorum auctoritas. Cf. Ath. VI. p. 267. D: ὅτι δὲ οἰκέτης ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν οἰκίαν διατρίβων, κἂν ἐλεύθερος ᾖ, κοινόν. Similia Eust. pp. 1024, 34. 1423, 6. Adde Phot. p. 318, 14: Οἰκέτας καλοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ καὶ τοὺς κατὰ τὴν οἰκίαν πάντας. Hesych. II. p. 726: ὁ δὲ οἰκέτης — καὶ ὁ αἰχμάλωτος καὶ ὁ ἐν οἴκῳ ὤν. Denique Schol. Aristid. p. 520. Thom. M. p. 270, 6. Schol. Plat. p. 405. Euripidis versum (fab. inc. fr. 157.) ab Aristophane testimonii loco adhibitum aliunde non cognovimus: Eustathianum παρ' οἰκέτας correxit Valck. Diatr. p. 4. Nominis latius accepti exempla e lexicis repetas; inprimis cf. Men. fr. inc. 255: λυπεῖ με δοῦλος μεῖζον οἰκέτου φρονῶν.

XLI. Eust. II. p. 1327, 22: Οἰκότριβες οἱ οἰκογενεῖς δοῦλοι, διὰ τὸ ἐγκεχρονικέναι, ὥς φησιν ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης, οἴκῳ καὶ κατατετρῖφθαι· μετενήνεκται δέ, φησίν, ἀπὸ ἱματίων ἢ στρωμάτων ἤ τινων ἄλλων χρονίων σκευῶν.

Glossam οἰκότριψ inprimis ex Aristophanis lusu[9]) notam identidem explicant grammatici. Nostri loci vestigia prodit Hesych. II. p. 726: Οἰκοτρίβης· οἰκογενὴς δοῦλος, ubi cum Eust. Phot. p. 320, 5. Gramm. Bekk. p. 286, 18. rescripserim: Οἰκότριβες· οἰκογενεῖς δοῦλοι. Nam οἰκοτρίβης neque exemplarium fide tutum videtur, neque analogia sermonis (cf. Lobeck. Paral. p. 292.) commendatur; eandem formam adime insequenti glossae Hesychii: Οἰκότριψ· ὁ θρεπτός[10]). διαφέρει δὲ οἰκέτης οἰκοτρίβου (l. οἰκότριβος)· ὁ μὲν γὰρ οἰκότριψ γονέων (l. γόνῳ) δοῦλος, ὁ δὲ οἰκέτης οὐ πάντως. Atticis nomen οἰκότριψ vindicant Phryn. Ecl. p. 201. Moer. Thom. M. p. 265, 10. Etym. M. p. 590, 14. Quod Aristophanes addit, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ ἱματίων κτλ., noli ita accipere quasi vero οἰκότριψ de vestibus similibusve rebus primitus dictum fuerit et hinc demum ad homines translatum. Immo

9) V. Thesm. 426. Exemplis Lobeckii in Phryn. p. 203. praeter Lucianum adde Babr. fab. 107, 2. 10) Pro ὁ θρεπτός fortasse leg. οἰκόθρεπτος: interea vide Ammon. p. 101. ibique Valck. p. 173.

origo vocabuli et compositio explicatur; recte igitur *οἰκότριβα* Aristophanes intelligit *τὸν ἐν οἴκῳ κατατετριμμένον*, atque huic dicendi generi (*τῷ κατατετρῖφθαι*) metaphoram subesse statuit ab vestimentis petitam quae diuturno usu deterantur.

XLII. Eust. Il. p. 877, 49: *Προςθετέον δ' ἀναγκαίως ἐνταῦθα καὶ τὰ τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους, ἔχοντα οὕτω πως. „Αἰπόλων καὶ συβοτῶν καὶ τῶν ἄλλων γένος ὁ νομεύς· οὕτω δὲ καὶ ποιμένων, οἳ καὶ προβατεῖς καλοῦνται καὶ μηλάται· τὸ δὲ κατ' αὐτοὺς πλῆθος ποίμνιον, ὅπερ Ὅμηρος πῶυ καλεῖ. μῆλα δὲ εἰ καὶ κοινότερον τὰ κατὰ τὸ πῶυ, ἀλλ' ὁ ποιητὴς καὶ τὰς αἶγας οὕτω καλεῖ, οἷον· μῆλ', ὄιές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον, καὶ πάλιν· μῆλον ἀγινεῖ, ζατρεφέων αἰγῶν ὅστις φαίνηται ἄριστος*[11]). *καὶ ἡμεῖς δέ, φησί, μηλωτὴν καλοῦμεν καὶ τὴν αἰγείαν δοράν, τὴν δὲ τῶν προβάτων τινὲς οἰέην, ὅθεν ἡ ᾠὰ συνήλειπται, οἷον·*

*Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τὴν ᾠὰν περιδεῖσθαι*
*περὶ τὴν ὀσφῦν.*

*δοκεῖ δέ μοι, φησίν, ὁ ποιητὴς ἐν τῷ, κειμήλιά τε πρόβασίν τε*[12]), *καὶ τὴν τῶν ἄλλων τετραπόδων βοσκημάτων κτῆσιν πρόβασιν καλεῖν, οὐ μὴν μόνων τῶν κοινῶς λεγομένων προβάτων.“ εἶτά φησιν ὡς „καὶ Πίνδαρός που τὰς τοῦ Διομήδους ἵππους πρόβατα καλεῖ, τὴν φάτνην αὐτῶν λέγων προβάτων τράπεζαν· οὕτω δέ που, φησί, καὶ ἐπὶ τοῦ Πηγάσου ποιεῖ.“ προφέρει δὲ καὶ Σιμωνίδου χρήσεις, ἐν αἷς βοῦν ἄρρενα ὁτὲ μὲν ταῦρον, ὁτὲ δὲ μᾶλον ἤγουν μῆλον, ὁτὲ δὲ πρόβατον ἐκεῖνος ὀνομάζει, καί τινα χρῆσιν ἑτέραν ταύτην·*

*Μῆλα, βόας κεραοὺς καὶ ὄις καὶ πίονας αἶγας.*

*„Σοφοκλῆς δέ, φησί, δόξειεν ἂν που καὶ τὰ θηρία πάντα μῆλα καλεῖν· τὸν γοῦν Ἀχιλλέα τραφῆναί φησιν ἐν τῷ Πηλίῳ πᾶν μῆλον θηρῶντα.“*

Particulam egregiae disputationis cui plura debentur poetarum fragmenta aliunde non cognita, idem repetiit Eust. Od. p. 1828, 56: *Ἐν δὲ τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται ταῦτα. „Μῆλα ὁ ποιητὴς καλεῖ καὶ τὰς αἶγας, οἷον· μῆλ', ὄιές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον. καὶ ἡμεῖς δὲ δήπου*

---

11) Prior locus est Od. ι, 184. alter ξ, 105. sq. Pro *φαίνηται* Eustathius *φαίνεται*. 12) Od. β, 75.

μηλωτὴν καλοῦμεν καὶ τὴν αἰγείαν δοράν, τὴν δὲ τῶν προβάτων ἔνιοι οἰέην. τῶν δὲ ἀρχαίων Ἀττικῶν τινες συναλιφὴν ποιούμενοι ᾤαν[13]) ἐκάλουν." καὶ φέρει καὶ χρῆσιν Ἑρμίππου ταύτην·

Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τὴν ᾤαν περιδεῖσθαι
περὶ τὴν ὀσφῦν[14]).

Restat tertius Eust. locus, ubi sine Aristophanis nomine totum fere fragmentum exhibetur[15]), Od. p. 1648. sq.: Ἰστέον δὲ ὅτι τε καθὰ οἱ νέμοντες τὰς αἶγας αἰπόλοι λέγονται καὶ οἱ τὰς βοῦς βουκόλοι καὶ βοῦται, καὶ οἱ τοὺς ἵππους ἱπποvόμοι καὶ ἱπποπόλοι, οὕτω καὶ οἱ τὰ πρόβατα νέμοντες ποιμένες καλοῦνται καὶ προβατεῖς καὶ μηλάται· τὸ δὲ ποιμαινόμενον πλῆθος ποίμνιον, Ὁμηρικῶς δὲ πῶυ [καθὰ καὶ ὁ μὲν περὶ σύας συβώτης, τὸ δὲ ὑπ' αὐτὸν συβόσιον, ὡς καὶ αἰπόλιον τὸ κατὰ τὸν αἰπόλον]. καὶ ὅτι μῆλα εἰ καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ πρόβατα, ὅμως καὶ τὰ πλείω τῶν τετραπόδων, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐγράφη, μῆλά τε καλοῦνται καὶ πρόβατα. Σοφοκλῆς γοῦν, φασί, τὸν Ἀχιλλέα τραφῆναι εἰπὼν ἐν τῷ Πηλίῳ πᾶν μῆλον θηρῶντα, δόξοι ἂν τὰ θηρία πάντα μῆλα καλεῖν· καὶ ὁ εἰπὼν δέ, „Μῆλα, βόας κεραοὺς καὶ ὄις καὶ πίονας αἶγας," καὶ τοὺς βοῦς ἐν τοῖς μήλοις τίθησι. Σιμωνίδης δέ, φασί, τὸν ταῦρον ὁτὲ μῆλον, ὁτὲ δὲ πρόβατον ὀνομάζει. Πίνδαρος δὲ τὰς τοῦ Διομήδους ἵππους πρόβατα καλεῖ. [ἐθέλει δὲ τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος (IV, 61. f.) ἐν τῷ· θύουσι δὲ καὶ τὰ ἄλλα πρόβατα, ἵππους δὲ μάλιστα.] Ὅμηρος δὲ ἐν τῷ, κειμήλιά τε πρόβασίν τε, δοκεῖ, φησί (l. φασί), τὴν τῶν ὅλων βοσκημάτων κτῆσιν πρόβασιν καλεῖν.

Primum vocabuli generalis νομεύς singulae species distinguuntur (quas uberius tradit Pollux VII, 184. sqq.); ubi paulo rariora sunt nomina προβατεύς[16]) atque inprimis μηλάτης, quod praeter Aristophanem Byz. solus testari videtur Hesy-

---

13) Eust. ὤαν et hoc loco et mox in Hermippi fragmento, de quo Meinek. Com. II. p. 405. 14) Eustathius ὀσφύν cum veterum et recentiorum plerisque. Equidem obtemperandum duxi Herodiano περὶ μον. λέξ. p. 31, 16. Cf. Arcad. p. 92, 11. Regg. prosod. Herm. p. 450. f. 15) Quo loco nostri grammatici vestigia agnovit iam Valck. in Herodot. IV, 61. 16) Cui vetustiorem auctoritatem conciliat titulus Antiphanis. Testantur idem Pollux

chius II. p. 592: Μηλατάν· τὸν ποιμένα. Βοιωτοί[17]). Gregum varia genera et nomina num plenius Aristophanes enarrarit, dubitari potest; nam suspecta sunt Eustathii (p. 1648.) verba, καθὰ καὶ ὁ μὲν κτλ., quae uncis notavi. Sed praebet variorum gregum recensum inprimis Schol. β, 474. Deinde μῆλα et πρόβατα non oves tantum dici, sed apud Homerum de caprinis quoque gregibus usurpari et apud posteriores poetas ad quaelibet quadrupedum genera transferri, docte grammaticus noster demonstravit. Hunc igitur ad fontem pleraque eorum redeunt, quae posteriores magistri eodem de argumento perhibent. Nominis μῆλον usum Homericum apte fulciit Aristophanes collata vocabuli μηλωτή similitudine, qua αἰγείαν item δοράν ait significari. Cf. Apoll. L. H. p. 458. et Hesychius: Μῆλα· κοινῶς μὲν πάντα τὰ τετράποδα, ὅθεν καὶ πᾶσα βύρσα, ὅ ἐστι πᾶν δέρμα, μηλωτὴ λέγεται, κατ' ἐπικράτειαν δὲ τὰ πρόβατα καὶ αἶγες: similiter Etym. M. p. 584. ubi pro περικράτησιν leg. ἐπικράτησιν. Erotian. p. 190: Ἰξαλῆ· τελείας αἰγὸς δέρμα, ἣν μηλωτὴν καλοῦσιν. cf. Hesych. vv. Ἰσθλή et Ἴσκλαι. Theognost. p. 9, 25: ἰσσέλη (f. ἰσσαλῆ) αἴγειον δέρμα. Exemplis ex Homero petitis (quorum prius etiam Scholia Ven. K, 485. memorant), si numerum quaeras, facile alia addideris, aptius non invenies. Obiter Aristophanes de v. μηλωτή disputans aliam ovini velleris appellationem ᾤαν memorat et Hermippeo loco comprobat: altero eiusdem poetae fragmento vocabulum muniit Pollux X, 182. cf. Hesych. T. II. p. 1584. Corripuit primam syllabam Ar. Daetal. fr. 27. ap. Phot. p. 313, 34. qui locus augeri potest ex Eust. p. 1828, 54. Verissime deinceps Homericum πρόβασις dicitur non de ovibus tantum intelligendum esse, sed ad gregum qualiumcunque possessionem spectare: idem igitur de Homerico nominis πρόβατον usu valet (Ξ, 124. Ψ, 550.). Soli Aristophani debentur quae accedunt Pindari, Simonidis, Sophoclis testimonia[18]), una cum hexametro, cuius auctorem

VII, 184. et Suidas, usurpat Philes de anim. 54, 2. 17) Editam lectionem toleravit Ahrens. de Dial. I. p. 186. Ni fallor Boeoti ποιμένα dixerunt μαλόταν. Lexicis eiiciatur μηλωτής receptum ex Hesych. II. p. 593. ubi scriptura μηλωταί litterarum ordini repugnat.

18) Vide Pind. fr. 305. 306. Bergk. Poett. lyr. p. 298. Simonid.

ignoro, *Μῆλα, βόας κεραοὺς καὶ ὄις καὶ πίονας αἶγας*. Mentio Herodotei loci (IV, 61.) ap. Eust. p. 1649. Aristophani videtur abiudicanda. Ceterum alii grammatici alios addunt poetarum locos, ut Hesiodeum *χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις* (Opp. 558.) laudatum vides in Schol. Ξ, 124. Etym. Gud. p. 479, 49: item *προβατικὸν χορὸν* ab Eupolide *τὸν ἐξ αἰγῶν* dictum memorant Schol. Π, 353. Eust. p. 1033, 44. Tandem epitomatores tradunt *πρόβατα* esse *πάντα τὰ τετράποδα*[19]), qui significatus Homero certe ignotus.

XLIII—LVIII. Eust. Od. p. 1761, 22: *ὁ δὲ σάνναν τοῦτον* (fr. XXII.) *παρασημηνάμενος Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς καὶ ἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις, οἷον*

XLIII. *ἄσιλλαν, σκεῦός τι ἰχθυηρόν, οὗ χρῆσις παρὰ Σιμωνίδῃ ἐν τῷ, Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τρηχεῖαν ἄσιλλαν, Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους ἐς Τεγέην ἔφερε.*

Nomen *ἄσιλλα* (quod ap. Eust. male *ἀσίλλα* scribitur) perrarum illud atque inter vetustiores scriptores sola Simonidis (Bergk. Poett. lyr. p. 793.) auctoritate munitum compluribus grammaticorum locis sagacissime vindicavit Hemsterh. in Hesych. I. p. 589. sq. De origine vocabuli coniecturam fecit Lobeckius Pathol. p. 150.

XLIV. *Προφέρει δὲ τὸ μοιχή καὶ μοιχίς ἀσυνήθη [δι' ὧν δηλοῦται ἡ μοιχαλίς].*

Vocabula *μοιχή* et *μοιχίς* quis usurparit nescio: tertium *μοιχαλίς* (cuius exempla collegit Lobeckius in Phryn. p. 452.) dubites hoc loco utrum Aristophanis sit, an ab Eustathio interpretationis loco additum.

XLV. *Καὶ τὸ στεφανόμιον, ὃ δηλοῖ, φησί*[20]), *παρ' ἡμῖν μὲν τὸν τόπον ἐν ᾧ ἑστιῶνται, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸν μισθὸν τοῦ πανδοχείου.*

Huc respicit fragm. Paris. §. 3. Quam Aristophanes in-

---

fr. 249. p. 806. Soph. fr. 911. Ceterum formam *μᾶλον* quae Simonidi tribuitur addubitat Ahrens. de Dial. Dor. p. 153. 19) Cf. Phot. Suid. all. In Apoll. L. H. p. 573. post *τετράποδα* praepositio *διὰ* addenda. Apud Erot. Gl. Hipp. p. 302. pro *καλεῖ* requiri videtur *καλεῖται*. 20) Vulgo *φασί*.

dicat duplicem nominis στεγανόμιον potestatem, eam in tanta locorum egestate non licet certo nunc assequi. Superiorum Alexandro scriptorum qui vocabulo usi fuerint, nullum opinor nunc tenemus: nihilominus ne Atticis quidem incognitum fuisse grammaticorum testimonia liquido indicant [21]). Singularem de Alexandrino vocabuli usu notitiam non habeo quo muniam: siquidem Ath. I. p. 8. D. ad Atticorum sese morem applicuit. Ipsum στεγανόμιον Atticis vernaculum esse negavit Lobeckius in Phryn. p. 641. num recte dubito. Namque ut vocalis α in componendis nominibus vel extra Doriensium fines aliquem usum obtinuit [22]), ita hac in quaestione ne illud quidem negligendum quod Pollux I, 74. (cf. X, 20.) tradit, ὁ δεσπότης τῆς οἰκίας στεγανόμος· παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι καὶ Αἰολεῦσιν ἑστιοπάμων ὀνομάζεται. Nimium autem ei rei Lobeckius tribuit, quod στεγανόμιον inter καινοφώνους λέξεις ab Aristophane numeretur, quo ne abuteretur cetera Eustathiani loci exempla monere poterant, cf. p. 181. n. 1.

XLVI. *Καὶ τὸ ἐπικοκκάζειν ὕβρει, ἢ κατά τινας ἐπικηκάζειν· ὅθεν παρὰ Ἀριστοφάνει τὸ „ἀντῳδὸς ἐπικοκκάστρια."*

Verbi ἐπικοκκάζειν auctorem ignoramus: quae res cum Papio suaserit ut ex ἐπικοκκάστρια fictum ab Aristophane suspicaretur (hunc enim debuit appellare, non Eustathium), nobis rei ab uno Aristophane traditae novum praestat exemplum: nam quin vere olim extiterit verbum ἐπικοκκάζειν, nil est cur dubites, cf. Aristophaneum περικοκκάζειν Eq. 697.

---

21) Vide Poll. I, 75: ὁ δεσπότης τῆς οἰκίας στεγανόμος — — ἔνιοι δ' αὐτὸν καὶ ναύκληρον ὠνόμασαν καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς καταγωγῆς μισθὸν ναῦλον, ὅπερ ἐνοίκιον οὐ παρὰ τοῖς πολλοῖς μόνον ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καλεῖται· παρὰ δὲ ἐνίοις καὶ στεγανόμιον. Quo respicit X, 20: ἐπεὶ καὶ τὸ ἐνοίκιον οὐ ναῦλον μόνον, ἀλλὰ καὶ στεγανόμιον ἔχεις προειρημένον. Hesychius: Στεγανόμιον· τὸν μισθὸν τὸν διδόμενον ὑπὲρ τῆς μονῆς τῷ πανδοκεῖ. Cf. Phot. p. 377, 10. 536, 3. Lex. Rhet. p. 302, 28. 22) Qua de re praeclare egit Lobeckius Parerg. in Phryn. c. IV. Item habes * διαυλαδρόμος et * δολιχαδρόμος Inscr. Smyrn. 3206, 9. * σταδιαδρόμος Inscr. Aphrodis. 2758. (ubi v. Boeckh. II. p. 508.), quae addi poterunt Lobeckii p. 661. Cf. λιχναφόρος et * κισταφόρος C. I. 2052.

Alterum *ἐπικηκάζειν* pro vitiosa Eustathii scriptura *ἐπιμηκάζειν* recte suffecit Lobeckius in Phryn. p. 452. Cf. Hesych. I. p. 1823: *Ἐπεκήκατο ἐπωνείδιστο.* Quae emendarim ex Eust. Od. p. 1402, 53: *ὅμοιον δὲ καὶ τὸ κηκάζειν, ὅθεν ἐπικήκαστον τὸ ἐπονείδιστον καὶ καταγέλαστον* [23]). Simplex *κηκάζειν* et usu Lycophronis et interpretationibus grammaticorum [24]) satis munitum: sed *κηκαδέω* suspectum habeo. Nostro loco quae adiungitur comici Aristophanis memoria, spectans ad Thesm. 1059. (unde *ἀντῳδὸς* pro Eustathiano *ἀοιδὸς* recepimus), num ab ipso Aristophane Byz. profecta sit potest dubitari.

XLVII. *Λέγει δὲ καὶ λαπίζειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ συρίζειν.*

Verborum *λαπίζειν* ex hoc loco inter Sophoclis fragmenta relatum (Dind. fr. 903.) grammatici *ἀλαζονεύεσθαι, ψεύδεσθαι* vel similiter explicant. Vide Bekk. Anecd. p. 277, 27. Phot. p. 208, 2. Etym. M. p. 556. f. unde in Hesych. v. *Λαπίζει· σταυροῦται,* verissime emendarunt *γαυροῦται.* Apud Eustathium pro *συρίζειν* fortasse scribendum *ὑβρίζειν*, duce Hesychio: *Λάζειν* (l. *Λαπίζειν*), *ἐξυβρίζειν.* Vitiose *λεπιστής* pro *λαπιστής* Theognost. p. 43, 28. Hesych. Etym. M. p. 436, 12.

XLVIII. *Καὶ βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι, οἷον· „ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς." ὅθεν, φησί, καὶ παρὰ Κρατίνῳ τὸ „λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συοβαύβαλος.*

Continua qua Eustathius hasce glossas percenset narratio effecit ut *βαυβᾶν* cum allato versiculo male Sophocli tribueretur; rectius verba *ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς* comico poetae tribueris, cf. Meinek. Com. Gr. ed. min. p. 1259. Ipsam de qua agitur glossam et Hesychius habet I. p. 709: *Βαυβᾶν· καθεύδειν*, et Euripidis (Syl. fr. 6.) Cau-

---

* *κοματροφέω* Inscr. Ther. Ross. III. n. 316. 23) Hinc si vere coniicio nomen *ἐπικηκαστής* (vel *ἐπικοκκαστής*) formavit Timo Phliasius ap. Diog. L. IX, 6. ubi quae vulgo perhibentur: *Τοῖς δ' ἔνι κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος αἰνικτὴς ἀνόρουσε,* merito addubitat Meinekius Ex. in Ath. I. p. 7. 24) Cf. Phot. p. 161, 3. Herod. Epim. p. 65. Eust. Od. p. 1786, 22. Hesychius II. p. 108: *Καικάσαι* (l. cum Ruhnkenio *Κηκάσαι*)· *καταγελάσαι.* II. p. 112:

tharique (Com. II. p. 835.) testimoniis munit Antiatt. p. 85, 10. ubi codex *βαβᾶν* praebet item atque apud Arcad. p. 149, 13: *βαβῶ τὸ καθεύδω* [25]). De Cratini quod accedit fragmento v. Meinek. Com. II. p. 187. quo duce *συοβαύβαλος* pro Eustathiana scriptura *συβαύβαλος* restitui.

XLIX. *Συνάπτει δὲ τούτοις ξενικὸν καὶ τὸ ἀρδαλῶσαι ἤγουν μολῦναι, προφέρων καὶ τὸ „τὴν μὲν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον"· καὶ τὸ „Αἰγύπτιος θοἰμάτιον ἠρδάλωσέ μου."*

Supplet hanc glossam Erotian. p. 98. ubi duorum quae Aristophanes servavit fragmentorum [26]) non verba referuntur, sed loci indicantur: *Ἄρδαλον, ῥύπον ἢ μολυσμόν· καὶ γὰρ τὸ μολῦναι ἢ ῥυπᾶναι ἀρδαλῶσαι λέγεται, καὶ ἄρδαλος ἄνθρωπος ὁ μὴ καθαρῶς ζῶν· μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Φερεκράτης ἐν Θαλάττῃ καὶ Φιλήμων ἐν Πανηγύρει.* Cuius glossae caput vel propter Pherecratis memoriam in *Ἄρδαν* mutandum est [27]). Item ex Aristophane Byz. derivatae sunt Hesychii gl. *Ἄρδα· μολυσμός*, et *Ἀρδάλους· εἰκαίους.*

L. *Παραδίδωσι δὲ καὶ ὅτι τὸ ἐσχάζοσαν παρὰ Λυκόφρονι, καὶ παρ' ἄλλοις τὸ ἐλέγοσαν, καὶ τὸ „οἱ δὲ πλησίον γενομένων φεύγοσαν", φωνῆς Χαλκιδέων ἴδιά εἰσιν.*

---

*Κακῆζει* (l. *Κηκάζει*)· *κακολογεῖ.* 25) Tertium locum Choerobosci addit G. Dindorfius Thes. Par. II. p. 197. qui in hoc scribendi genere recentioris linguae agnoscit vitium. Comparavit idem *Βαβώ*, ut apud Suidam et alibi (cf. Lobeck. Aglaoph. p. 823.) scribitur. Nec multum abludit illud quod saepius *έω* pro *εύω* in titulis (maxime Doricis, cf. Ahrens. de Dial. Gr. II. p. 188.) legitur, ut *ἐπισκεάζειν* et *σκεοθήκας* Inscr. Corcyr. 1838, b. *παρεσκεασμένων* Inscr. 2058, B, 12. *κατεσκέασεν* Inscr. 2344. (cf. *κατεσκέβασεν* Inscr. 2015. 3693.) *ἱεροκηρυκέω* Inscr. Delph. Ross. n. 70, 4. *προφητέοντος* C. I. 2855, 3. Librariis contra debetur forma *ὑπερδεδίσκηκας* ap. Phryn. Bekk. p. 67, 23. 26) Prius Pherecratis est, Philemonis alterum. Vide Meinekii Com. II. p. 276. IV. p. 18. Correptam a Pherecrate nominis *ἄρδα* terminationem tetigit Lobeckius in Phryn. p. 438. 27) Favet huic emendationi Galenus Gl. Hippocr. p. 442: *Ἄρδας* (l. *Ἄρδα*)· *ῥύπος τις καὶ ἀκαθαρσία, καὶ ἀρδαλῶσαι τὸ ῥυπᾶναι.* Erotiani scriptura decepit Lobeckium Pathol. p. 104. 245. qui ex hoc uno loco nomen *ἄρδαλος* tradit et adiectivi (*ὁ ῥυπαρός*) et substantivi (*ὁ ῥύπος*) vices sustinere.

Perstringuntur hoc loco imperfecta et aoristi II. act. verborum barytonorum 3. pers. pl. in -οσαν exeuntes. Qui metaplasmus cum in veterum libris paene obrutus sit [28]), sensim adeo increbruit ut in Bibliis Graecis sexcenties frequentetur atque hinc ad Byzantinos scriptores propagatus sit. Cf. Lobeck. in Phryn. p. 349. ubi addi potest ἔσχοσαν Scymni qui vulgo dicitur v. 695. ἐπήλθοσαν Fab. Aesop. 163. εἰςήλθοσαν Eust. Opusc. p. 83, 42. Compares librum Descript. of the Greek Papyri in the British Mus. I. (Lond. 1839.) ubi ἀφίλεσαν Papyr. XII, 15. ἐλαμβάνεσαν XIV, 30. De regione cui hunc idiotismum vindicent, grammatici inter se discrepant: quod Aristophanes [29]) Chalcidensibus tribuit, id e Lycophronis usu fortasse repetiit. Alii Boeoticas (cf. Ahrens. de Dial. Gr. I. p. 210. n. 3.) vel Euboicas (Bachm. Anecd. II. p. 200.), alii Aeolicas (Gramm. post Etym. Orionis p. 241.), Asianas alii (Heraclid. ap. Eust. Od. p. 1759, 35.) has formas dictitant. Denique Antiatt. p. 91, 14: Ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν καὶ τὰ ὅμοια Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. Λυκόφρων Ἀλεξάνδρᾳ (v. 21.)· ναῦται λίαζον κἀπὸ γῆς ἐσχάζοσαν. Cf. Sturz. de dial. Mac. et Alex. p. 58. sqq. Verba ab Aristophane allata οἱ δὲ πλησίον γενομένων ἐφύγοσαν (ita enim scribendum videtur) unde ducta sint ignoro.

Ἔτι καὶ τὸ στίμμι, περὶ οὗ ἀλλαχόθι ἐγράφη, θηλυκῶς προάγει, εἰπὼν ὅτι

LI. Στίμμις, ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνή· κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ ἐν τῷ „Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον“.

Huc respicit fragm. Paris. §. 8: Καὶ ἡ στίμις, οὐχὶ τὸ στίμι. Ubi quod significatur formam τὸ στίμμι omnino improbatam fuisse Aristophani, id luculentius demonstrat alter locus Eust. Il. p. 728, 52: τὸ στίμμι καὶ στίμμις εὕρηται λεγόμε-

---

28) Unum exemplum ἐπληροῦσαν Eur. Hec. 574. nunc a librariis male obscuratum servavit Choerob. Bekk. p. 1293. Cram. An. Ox. IV. p. 182, 17. 29) Quem sequuntur Choerob. Bekk. p. 1294. Cram. An. Ox. IV. p. 182, 19. Gramm. Bachm. An. II. p. 40. Tzetz. in Lyc. 21. 252. Cf. Ahrens. de Dial. Gr. I. p. 237. n. 5. Apud Tzetz. in Lycophr. pro Ἀττικῆς legendum Ἀσιανῆς:

τον θηλυκῶς. γράφει γοῦν τις οὕτω· στίμμις, ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων φωνῇ. φέρων δὲ καὶ χρῆσιν τὸ „Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον", ἁμαρτάνειν φησὶ τοὺς λέγοντας τὸ στίμμι. Quam Aristophanis sententiam falsam esse iudico. Nam sicut accusativus τὴν στίμμιν certissimis nititur testimoniis, ita nominativi ἡ στίμμις nemo habebit antiquiorem Aristophane Byz. auctorem, cuius commentum Pollux V, 101. aliique multi propagarunt. Similiter a neutris ζιγγίβερι, θλάσπι, κάππαρι, κιννάβαρι, κόμμι, πέπερι, σέσελι, σίνηπι s. σίνηπυ descendunt formae ζιγγιβέρεως, τῆς θλάσπεως, καππάρεως καππάριδος κάππαριν, κινναβάρεως κιννάβαριν, κόμμεως κόμμει κόμμιδι, πεπέρεως πεπέριδος πέπεριν πεπερίδων, σεσέλεως σέσελιν, σινήπεως σίνηπυν: nominativos ζιγγίβερις, θλάσπις, κάππαρις [30]), κιννάβαρις, κόμμις, πέπερις vel si alios audias πεπερίς, sim. grammaticorum error paruit, veterum Graecorum nemo unquam videtur usurpasse. Habes heteroclisiae speciem ita comparatae ut ipsum genus nominis in diversis casibus diversum existat: quam heteroclisiam et veteres artis magistri et recentiores viri docti quantum scio omnes neglexerunt. Eandem heteroclisiam ostendit Aristophaneum (τοὺς) τάχας παρὰ τὸ τάχα formatum fr. 687. sicut πάππαν, βρῦν, ψύτταν, μάμμαν, κάκκαν (p. 154. n. 6.). Interiorem rei caussam explanare studui in Philol. I. p. 358. sq. Ceterum pro στίμμι nonnunquam scribitur στίμη [31]) quam formam haud frustra librariorum errori tribuit Meinekius Com. III. p. 103.

LII. Ἔφη δὲ καὶ ὅτι ἡ μαγίς [ἀπὸ τῆς μάζης ἢ τοῦ μαστεύειν ῥηθεῖσα] παράγει τὸν μάγειρον, ὅς οὕτω, φησί, λέγεται παρὰ τὸ μαγίδας αἴρειν [32]) ἤγουν προςφέρειν.

Annotatiuncula parum digna nostro grammatico, cuius

---

monuerunt opinor iam alii. 30) Quod Charisius p. 79. tradit: „Capparim feminino genere dixit Varro de forma philosophiae II. Erit ergo haec capparis nominativo, nam et Graece feminine dicitur ἡ κάππαρις —" crederemus, si testem produxisset idoneum.

31) Cf. Phot. p. 538, 25. Sturz. de dial. Maced. et Alex. p. 112. Eodem referas στίβη Phryn. Bekk. p. 68, 18. Antiatt. p. 114, 7.

32) Malim ἀγείρειν cum Etym. G. p. 875, 49.

genuina possessio latet fortasse apud Helladium et Hesychium. Quamquam horum locorum ea nunc est conditio, quae non satis certum afferat indicium. Hesychius II. p. 520. haec: *Μαγίδες· οἷς ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι* [33]). *καὶ μᾶζαι ἃς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες.* Doctiora praebet Helladius ap. Phot. Bibl. p. 871: *καὶ ἡ μαγὶς δὲ ἀντὶ τῆς τραπέζης Αἰγύπτιον δόξει καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Δωριεὺς καὶ Κερκίδας ὁ μελοποιὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσατο τῇ λέξει καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς* [34]). Denique quod in Photii Lex. p. 240, 5. traditur: *Μαγίδες, μᾶζαι· καὶ τὰ τῇ Ἑκάτῃ συντελούμενα δεῖπνα. οὕτως Ἀριστοφάνης*, vulgo inter poetae fragmenta relatum vide an probabilius ipsi tribuatur grammatico. Cf. ibid. p. 290, 9: *Μαγίς· μάχαιρα* (l. *μᾶζα*). *καὶ μάγειρος ὁ τὰς μάζας μερίζων.* In superiore Eustathii loco pro *μαστεύειν* rescribendum *μάττειν*: cf. p. 462, 37. atque Etym. M. p. 572. f. unde corrigas Etym. Gud. p. 376, 50.

LIII. *Ἔτι λέγει καὶ δοκὸν τὴν δόκησαν καὶ ὑπόληψιν, οἷον· „τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ", ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει.* Quae supplentur ex Eust. Od. p. 1627, 43: *Ὅτι δὲ καὶ ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη τὸ γάλα τοῦ γάλα, ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους* (fr. LV.) *κεῖται, ὅπου φησὶν ἐκεῖνος καὶ ὅτι τὴν δόκησιν καὶ ὑπόληψιν δοκὸν ὁ Καλλίμαχος ἔφη, γράψας· „τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ", ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει. καί τις ἕτερος βάδον τὴν βάδισιν.*

Nomen *δοκός* pro *δόκησις* ante Callimachum (fr. 100.) dixit Xenophanes fr. 14. Eodem significatu usurpavit Demetrius Phalereus cuius memoratur liber *περὶ τοῦ δοκοῦ* ap. Diog. L. V, 31. Ceterum retinui Eustathii scripturam *δοκός* tum librorum fide commendatam [35]) tum auctoritate Gramm. in Cram. An. Ox. I. p. 223, 20: *δόκος πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ*

33) Similia Etym. M. p. 573, 2. ubi *μετάπολλοι* videtur nil esse nisi *μαγδαλιαί*. Quo nomine eadem in re utitur Galenus Gl. Hipp. p. 518. 34) Epicharmi (fr. 81. Ahr.) et Sophoclis (fr. 651.) memoriam servavit Pollux VI, 83. X, 81. 82. qui addit Cratini exemplum (Com. II. p. 31.). De Cercida cf. Meinek. Anal. Alex. p. 393. 35) Praeter Diog. L. V, 81. cf. Stob. Ecl. Phys.

δοκός ὀξυτόνου, τοῦ σημαίνοντος τὴν δόκησιν. Idem ni fallor praecipitur in Etym. M. p. 538, 47: τὰ εἰς κος μονογενῆ διβραχέα βαρύνεται· εἰ δέ τι ὀξύνεται, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σημαινομένου, ὡς ἔχει τὸ δοκός (vulgo δόκος) ἐπὶ τῆς δοκήσεως πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ δόκος (vulgo δοκοῦ). Aliter Eust. Od. p. 1967, 25: δόκος μὲν δόκησις ἢ ἀγχόνη, δοκός δὲ ὁ τῆς στέγης. Ex Aristophane repetitam crediderim gl. Hesychii: Δοκόν· τὴν ἀγχόνην. δοκός· σκοπή, προςδοκία· καὶ τὸ ἐν οἰκοδομῇ ξύλον. — Alterum βάδος ab Aristophane Av. 42. effictum multi tetigerunt [36]). In Hesychio vocabuli mentionem frustra quaesivi, ac suspicor verba καί τις ἕτερος βάδος τὴν βάδισιν deberi Eustathio.

Ceterum similes formas a grammatico nostro annotatas fuisse credibile est. Unde quod ap. Phot. p. 281, 8. legitur: Μάθος· λέγουσι τὴν μάθησιν. οὕτως Ἀριστοφάνης, num de poeta intelligendum sit (Dind. fr. 645. Bergk. p. 1215.) vehementer dubito. Ipse ut nomen μάθος rarissimum existimem ac vel in Aesch. Ag. 170. suspectum habeam, tum ceterorum grammaticorum adducor silentio, tum eo quod Herod. π. μον. λέξ. p. 36, 15. unum Alcaeum affert vocabuli auctorem [37]). Hinc Photii locum de grammatico malim intelligi. Hesychius: Μάθας· μαθήσεως. Nomen μάθη restituerunt Empedocl. 101.

LIV. Καὶ ὅτι παρὰ Αἰτωλοῖς τὸ τοῖς γέρουσι γερόντοις φράζεται, οἷον· „Μιλησίοις καὶ ταῖς συναρχίαις καὶ τοῖς γερόντοις“, καὶ τὸ παθήμασι παθημάτοις.

Plenior est alter locus Eust. Il. p. 279, 38. ubi postquam Eretriensium rhotacismum commemoravit, sic pergit: εἰ δὲ διὰ τὴν τοῦ ρ χρῆσιν μόνην ἐκληροῦντο οἱ Ἐρετριεῖς τὸ

II. p. 14. Procl. in Plat. Tim. p. 78. 36) Scholia: οἱ κωμικοὶ παίζειν εἰώθασι τὰ τοιαῦτα, ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει· „τισοφῶν ὦ ῥαψῳδέ“. Cod. V: τί σοφῶνος. Itaque restituendum: τίς ὁ φῶνος; ὦ ῥαψῳδέ. Scholiasta ut βάδος pro βάδισις, ita φῶνος pro φώνησις dictum putavit. Rectius opinor Theognostus p. 66, 17: φῶνος ὁ μεγαλόφωνος. Cf. Theodor. Prodr. in Notices et Extr. VI. p. 564: καὶ Λυγγεὺς (sic) μὲν ὧδε (l. ὅδε) ὁ ἀβλεπτῶν, ὁ δὲ ἄχειρ Βριάρεως, ὁ δὲ Ἡφαιστόπους (l. Ἥφαιστος) ἀρτίπους, ὁ δὲ ἀφωνότατος Στέντορος φωνότατος (l. φωνότερος). 37) Vide Alcaei fr. 102. p. 592. Bergk.: ἀπ πατέρων μάθος. Ubi refingendum

βαρβαρόφωνον, τίνες ἂν καλοῖντο οἱ Αἰτωλοὶ ἀλλόκοτα λαλοῦντες; ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης παρέπηξεν οἷς ἔφη περὶ καινοτέρων λέξεων. τὴν γὰρ γέροντος γενικὴν ἀναγαγόντες εἰς εὐθεῖαν γράφουσιν οὕτω· „Μιλασίοις καὶ ταῖς συναρχίαις καὶ τοῖς γερόντοις", τουτέστιν ἐπιστέλλομεν οἱ Αἰτωλοὶ τοῖς Μιλησίοις καὶ τὰ ἑξῆς· τὸ δ' αὐτό φησι φαίνεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ παθήματος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· „Μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις." Vides Aristophanem Byz. ducem extitisse erroris gravissimi eiusdem et frequentissimi atque ad ipsam nostram aetatem propagati de dativo plur. 3. decl. Aeolico. Sicut Aristophanes noster e dativis γερόντοις et παθημάτοις nominativos sibi finxit γέροντος et παθήματος, ut alii grammatici ex ἀγώνοις nom. ἄγωνος [38]), item summus Regimontanus philologus dat. ἤγυς (αἴγοις) Inscr. Boeot. 1569, a, 39. a nom. ἦγος (αἶγος) repetiit et criticus plerumque felicissimus accusativi commentum αἴγοις ausus est Sapphoni tribuere. Denique alii cum dativum invenissent ἐντυγχανόντοις (frustra tentatum et ab aliis et a Boeckhio Inscr. Delph. 1693, 8.), concluserunt inde ea participia homoeoclita in οντος aliquando fuisse formata. Sed mittamus somnia ista et miracula, quae nemo amplius audebit renovare. Tametsi enim nonnunquam binas habemus eiusdem nominis formas, quarum huius nominativus cum genitivo alterius forte concinat [39]), tamen dativi

---

puto ἀπ παθέων μάθος. 38) Grammatici plerique ita loquuntur quasi accusativo sing. ἄγωνον Aeoles dixerint. Atque id ipsum credidit Ahrens. de Dial. I. p. 120. Sed quod comparat ἄνδραν (not. 40) tum demum simile esset, si aut Aeoles ἄγωνον, aut ἄνδρον alii effinxissent. Interea Photius p. 7, 15. nil tradit nisi ἀντὶ τοῦ ὁ ἀγὼν dictum fuisse ἄγωνος. Iam novimus dat. pl. ἀγώνοις, novimus morem grammaticorum qui singulis casibus anomalis fere constanter ficticios nominativos supposuerint: neque amplius de vera istius ἄγωνος origine dubitabimus. 39) Quod cum in compositis adiectivis satis frequens sit (veluti διχόμην habes et διχόμηνος, τετραχοῖνιξ et τετραχοίνικος, τετράζυξ et τετράζυγος, πολυπῖδαξ et πολυπίδακος, πολύρρηνες et πολύρρηνοι, ὁμογάλακτες et ὁμογάλακτοι all.), ita ne in substantivis quidem adeo raro invenitur: quo pertinent δμώς et δμῶος, ἱερεύς et ἱέρεως, σκώρ et σκάτος, ἀνθέριξ et ἀνθέρικος, ἄμβιξ et ἄμβικος all. Compares gen. Ἱεράκου Inscr. Thess. 1772. voc. Σωτῆρε Inscr. Boeot. 1667. δελφῖνος (pro δελφίς dictum) Schol. η, 252. Alia post Koen. in Greg.

illi in quibus rectissime iam Ahrensius peculiarem potius tertiae decl. terminationem quam verum metaplasmum agnovit, prorsus ab hoc usu segregandi sunt. Nam παθημάτοις quid aliud est quam illae Latini sermonis formae quas pueri discunt, poematis, emblematis, aenigmatis cett.? Quibus formis ut ineptum fuerit portenta nominativorum sing. poematum, emblematum, aenigmatum subdidisse (quamquam falsum analogiae studium adeo genitivos poematorum, emblematorum, plasmatorum peperit, cf. Varr. ap. Charis. p. 114. Priscian. I. p. 347. Gramm. de Pronom. ap. Eichenf. et Endlicher. Anal. p. 129.): ita in Graecis vocabulis non magis tolerandum istiusmodi refugium, quod novis et inauditis formis linguam obruerit. Sic igitur apud Aeoles quoque genit. sing. παθήματος erat, et pluralis hunc in modum formabatur: παθήματα παθημάτων παθημάτοις παθήματα. Idem valet de ceteris. Illa vero αἶγος αἴγου, γέροντος γερόντου, ἄγωνος ἀγώνου, ἐντυγχάνοντος ἐντυγχανόντου, vana sunt grammaticorum commenta [40]. De ambitu illorum quos Aristophanes perstrinxit dativorum cf. Ahrensius Dial. Gr. I. p. 236. II. p. 230. E. Curtius Anecd. Delph. p. 90. sq. Nostri grammatici exempla nescimus unde petita sint. Versum Μὴ καταγελᾶτε κτλ. recte poetae comico tribuit Meinekius IV. p. 625. sq. Qui quod

---

Cor. p. 592. contulit Lobeckius Paral. p. 136. sqq. Qui quod Grammatico ap. Valck. Animadv. ad Ammon. p. 230. concessit γλαῦκος, ut in feminino nomine ferri nequit: aperte legendum γλαῦκα.

40) Similiter alias viri docti singulorum casuum anomalorum rationes parum caute expenderunt. Veluti cum notum sit accusativos sing. 3. decl. saepius pro α licenter in αν formari (cf. μητέραν Inscr. 1988, b, A, 10. γυναῖκαν C. I. 2089. 2472, f. θυγατέραν C. I. 2039. 2264, b. στυλλεῖδαν C. I. 3293. εὐσχήμοναν C. I. 2347, b, 3. Vol. II. p. 1061. ἀνδριάνταν C. I. 3676, 17. ἄνδραν C. I. 1781. 2472, e. Vol. II. p. 1088, a. Inscr. Ross. 261. ἥρωαν C. I. 2264, f. denique alia ap. Lobeck. Paral. p. 142.), mirifice errant, si qui hosce accusativos a nominativis in -ας vel -α repetunt: quod fecit Rossius Inscr. Gr. I. p. 20. II. p. 31. Nam si quando in femininis nominibus tales reperiuntur nominativi 1. decl. qui cum 3. declin. accusativis concinant (ut ἡ αἶγα, γλαῦκα, τρίχα, φρίκα: cf. Lobeck. Paral. p. 145.), ista tamen aetatis sunt longe recentioris: alterum -ας omni caret analogia. Itaque quam diu formae ὁ εὐσχήμονας et ἡ γυναῖκα repertae non fuerint, soli accusativi indicabuntur ad

huc trahebat *μηλάτων* pro *μήλων* dictum, id quidem ab hac caussa videtur alienum.

LV. *Καὶ Πλάτων δέ, φησίν, ὁ κωμικὸς ὁ πρόςωπος εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ πρόςωπον, καὶ ἀντὶ τοῦ γάλακτος ἢ γάλατος τοῦ γάλα ἔκλινε δισυλλάβως.* Cf. Eust. Od. p. 1627, 43: *Ὅτι δὲ καὶ ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη τὸ γάλα τοῦ γάλα, ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους κεῖται*, ac mox paucis interiectis (vide fr. LIII.), *καὶ ὅτι εὕρηται καὶ ὁ πρόςωπος ἀντὶ τοῦ πρόςωπον. καὶ οὐδέν τι τούτων, φησί, πεπαιγμένον ἐστίν, ἀλλὰ πάντα ἐσπούδασται.* De masculina nominis *πρόςωπον* forma adde Fragm. Paris. §. 9. et Eust. Il. p. 677, 29: *εἰ δὲ καινὸν τὸ πρόςωπας* (fictum e dat. plur. *προςώπασι*), *τί ἂν εἴη ὁ πρόςωπος, οὗ μνεία ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν;*

Forma *ὁ πρόςωπος* quam Platoni Com. II. p. 691. Aristophanes tribuit, haud immerito dubitationem movit Meinekii Hist. crit. p. 173. qui difficultatem ita studebat explanare ut lusus iocique caussa novam formam suspicaretur fuisse effictam: cui opinioni disertum Aristophanis testimonium refragatur. Interea novimus haud pauca vocabula in quibus generis enallage e numerorum diversitate pendeat [41]): eidem ordini *πρόςωπον* ascripserim, ac si *ὁ πρόςωπος* barbarum quid sonat, plurali numero *τοὺς προςώπους* vel Attico poetae facilius opinor concesseris. Hinc ad singularem numerum transtulisse Aristophanem quae de plurali valerent, secundum ea quae modo percensuimus exempla probabiliter licebit statuere. Sed certiora quibus muniatur haec suspicio non praesto sunt testimonia: nec videtur omnino praeter unum Aristophanem Byz. grammaticorum quisquam insolentioris formae servasse memoriam [42]). Alterum *τοῦ γάλα* pro *τοῦ γάλακτος* sive *γάλατος* dictum offensione caret ac vel similitudine formae *τῷ μέλι* ap. Philoxenum satis munitur, cf. Meinek. Com. III. p.

---

primae decl. similitudinem compositi. 41) Dico nomina *δεσμός*, *λύχνος* cum plur. formis *δεσμά*, *λύχνα* simil. V. Buttmanni Sprachl. I. p. 210. 42) Hesychii silentium non habet quod miremur, dummodo meminerimus, vocabula potius recondita quam formas minus legitimas illo lexico solere annotari: indidem intelligitur cur et genitivum *γάλα*, et praegressam annotationem de formis *γερόν-*

641. sq. Adde qui in Callimacho ἀγαθοῦ γάλα tentabat Valck. in Adon. p. 350. sq.: item Erotian. p. 116. cuius admonuit Meinek. Com. II. p. 691. Aristophaneam disputationem respicit Eust. Il. p. 916, 51: οὐ μόνον γάλα γάλατος καὶ πλεονασμῷ δὲ τοῦ κ γάλακτος, ἀλλὰ καὶ ἰσοσυλλάβως τὸ γάλα τοῦ γάλα, ὡς ἡ παλαιὰ δηλοῖ παράδοσις.

LVI. Εἴρηται δέ, φησί, καὶ τὸ ἀπόστηθι ἀπόστα, καθὰ δηλαδὴ καὶ τὸ κατάβηθι κατάβα παρὰ Ἀριστοφάνει.

Forma ἀπόστα e Menandro affertur, cf. Antiatt. p. 81, 12: Ἀνάβα, κατάβα, διάβα, ἀπόστα· Μένανδρος Ἐπικλήρῳ· ὅρα σὺ καὶ φρόντιζε κἀπόστα βραχύ. Lex. Bekk. p. 436, 14: Ἀπόστα· οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσι. καὶ παράστα [43]). Μένανδρος Παιδίῳ· ἐνταῦθ' ἀπόστα μικρόν. Δὶς ἐξαπατῶντι· ἐμοὶ παράστα κτλ. Alterius κατάβα Aristophanes auctor adducitur: cf. Vesp. 979. sq. Ran. 35. ubi scholia τὸ χῖ annotant appositum, ὅτι κατάβα φησὶ πρὸς τοὺς ἀξιοῦντας ὅτι κατάβηθι λέγεται μόνως. Item πρόβα Ach. 262. μετάβα Alex. Com. III. p. 387. Cf. praeter alios Thom. M. p. 191, 6.

LVII. Καὶ οἱ ἔμετοι ἐμίαι [ὡς κοχλίαι]. Εὔπολις δέ, φησίν, ἐπὶ τοῦ κακοφώνου τὸν ἐμίαν τίθησιν.

Nomen ἐμίας similiter ἔμετον esse dicit Galenus Gl. Hipp. p. 466: Ἐμίαι (vulgo ἔμιαι)· ἔμετοι. Ἀττικὸν τὸ ὄνομα [44]). Quam interpretationem falsam iudico et scribendum potius ἐμετικοί duce Eust. Il. p. 996, 39: ἐμίας, ὡς κοχλίας, ὁ ἐμετικὸς ἢ εὐεμής. Apparet ἐμίας referendum esse inter nomina illa quae amplificativa cum Lobeckio dixeris quaeque constat ad nimietatem qualemcunque usurpari depingendam et irridendam. Eupolis autem ἐμίαν appellavit hominem mala et incondita verba iactantem vel potius eructantem, metaphora Graecis ac Latinis scriptoribus satis familiari [45]). Ceterum

τοις et παθημάτοις omnino idem ignoret. 43) Suidas male ἀλλὰ inculcavit: οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν ἀλλὰ καὶ παράστα. Ubi quod Bernhardy optabat, οὐ μόνον ἀπόστα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ παράστα, doceri equidem velim num παράστα audacius sit quam ἀπόστα.

44) De Hesych. v. Ἐμειάς non liquet. 45) Ita interpretor Phryn. Com. II. p. 604: ἔμει καταμηλῶν· φλεγμονῆς γὰρ εἶ πλέως. Eodem referas Ar. Eq. 626: κρημνοὺς ἐρεύγων (ita pro ἐρείδων

uncis inclusi quae post *ἐμίαι* accedunt *ὡς κοχλίαι*, propter solam terminationem ab Eustathio ni fallor subiecta. De sede huius fragmenti cf. p. 175. sq. n. 25.

LVIII. *Ἐπὶ δὲ πᾶσι λέγει ὁ αὐτὸς γραμματικὸς καὶ μόμφον παρ' Εὐριπίδῃ τὴν μέμψιν λεχθῆναι.*

Scripsi *μόμφον* pro eo quod editur *μομφόν*. Euripidis locum accuratius indicat Antiatt. p. 107, 19: *Μόμφον· τὴν μέμψιν. Εὐριπίδης Πλεισθένει* (fr. VIII.). Adde Hesych. II. p. 617: *Μόμψεις· δύςκλεια. ἡ μόμφος.* Ubi pro *μόμψεις* (ita enim codex) legendum videtur *μόμφις* coll. Antiatt. p. 107, 18. quamquam non fugit me criticorum dubitatio.

LIX. Schol. Ven. Il. *Α*, 567: *ἀάπτους*] *ἐν δὲ ταῖς Ἀριστοφάνους Γλώτταις διὰ τοῦ ε ἐγέγραπτο ἀέπτους.* Cf. Eust. Il. p. 150, 17: *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς Γλώσσαις, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, ἀέπτους γράφει διὰ τοῦ ε, οἱονεὶ ἀρρήτους ἃς οὐ δύναταί τις εἰπεῖν, ἢ δυςπαρακολουθήτους, αἷς οὐ δύναταί τις ἕπεσθαι.* Similiter Etym. Crameri A. P. IV. p. 84, 23. Adde Schol. *N*, 318: *Ἀρίσταρχος ἀέπτους, ἄλλοι δὲ ἀάπτους*: ubi *Ἀριστοφάνης* pro *Ἀρίσταρχος* correxit Lehrsius.

Adiectivum *ἄαπτος* quantopere vexarit grammaticos nemo ignorat [46]. Hinc nolim gravius in Aristophanem invehi qui et ipse malam coniecturam admiserit, praesertim cum idem *ἄεπτος* in Aesch. Ag. 139. antiquitatis fide haud destitutum sit, cf. Schol.: *ἀέπτοις, τοῖς ἕπεσθαι τοῖς γονεῦσι μὴ δυναμένοις.* Aristophanem respicere videtur Hesychius I. p. 112: *Ἄεπτον· ἰσχυρόν, ἀνίκητον.* Ceterum quod Eustathius duplicem prodit Aristophanei *ἄεπτος* interpretationem, inde noli concludere ipsum haesitasse Aristophanem [47]), qui vix dubito quin *ἄεπτος* suum ab verbo *ἕπεσθαι* repetierit. Praeterea

---

probabiliter correxit Fr. Thierschius) *καὶ ξυνωμότας λέγων.* Adde quae dixi in Meinekii Com. Gr. edit. min. p. X. et copiosam silvam Boiss. in Eunap. p. 365. sq. 595. Item Lucian. I. p. 399. Tzetz. Chil. XI, 685. all.   46) In Schol. *Α*, 567. mirum est quod codex L. offert: *αἱ πᾶσαι ἀέπτους ἔχουσιν.* V. Lehrs. de Arist. p. 38. An *πᾶσαι* corruptum e *γλῶσσαι*?   47) Recte Lehrsius de Arist. p. 317: „Quod fluctuat (Eust.) in Aristophanis lectione interpretanda, iure dubites, num grammatici illius sententia ad haec tem-

quod de lectione Homerica non *διόρθωσις* sed *Γλῶσσαι* Aristophanis excitantur, id significat opinor in *διορθώσει* vulgatum *ἄαπτος* non fuisse attrectatum, unde porro concluseris Glossas absoluta demum recensione Homerica esse compositas.

LX. Fragm. Paris. §. 1: *Ὅτι ἔστι καὶ Ἀθηναία γυνή, ὥςπερ ἀνὴρ Ἀθηναῖος.*

Exhibuimus verba quomodo corrigenda duximus supra p. 83. Nominis gentilis *Ἀθηναῖος* femininum *Ἀθηναία* de sola dea, non de muliere Attica dici multi tradunt [48]). Quam regulam passim migrari recte Aristophanes annotat, cf. Antiatt. p. 77, 5. Schol. Ar. Av. 829. Steph. Byz. v. *Ἀθῆναι* et inprimis Suidas [49]), denique qui aperte nostri grammatici vestigia premit Hesychius (n. 48.). Neque ex solo poetarum sive ioco sive arbitrio fluxisse hanc licentiam ostendit titulus Atticus C. I. 803.

LXI. Schol. L. Il. *E*, 266: *ποινήν· ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ἐπαινετῆς ἐνεργείας· ὁμοίως καὶ ἄμυνα. φησὶ γὰρ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης τὸ ἀμύνεσθαι οὐ μόνον σημαίνειν τὸ κακῶς παθόντα ἀντιδιατιθέναι, ἀλλὰ τίθεσθαι καὶ ἀντὶ ψιλοῦ τοῦ ἀμείψασθαι. φέρει γὰρ χρῆσιν ἔκ τε Ἀλκμᾶνος τὸ „οὐ γὰρ πορφύρας τόσσος κόρος ὥστ' ἀμύνασθαι" καὶ Θουκυδίδου, „ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνασθαι."* Quae descripsit Eust. Il. p. 546, 27.

Plerumque *ἀμύνεσθαι* est mala malis propellere et re-

---

pora pervenerit."  48) Schol. Ar. Av. 829. Suid. Etym. M. p. 24, 54. Lex. cod. August. ap. Tittm. Praef. in Zon. p. LXXXI. Gramm. post Philem. p. 289. Cram. An. Ox. III. p. 273. sq. Inprimis vero Eust. Il. p. 84. Nonnulli interiorem huius legis rationem reddunt: velut humanitatem quandam agnovit Megaclides (vide Paus. et Ael. Dionys. ap. Eust. coll. Suid. v. *Ἀθηναίας* et depravatum Hesychii locum T. I. p. 127: *Ἀθηνᾶ· εἶδος αὐλοῦ. Μεγακλεῖ. Ἀθηναία, ἡ θεός, ἡ δὲ γυνή.* ubi scripserim: *Ἀθηνᾶ· εἶδος αὐλοῦ. Ἀθηναία, ἡ θεός· Μεγακλείδης. καὶ δὲ γυνή.*), Neptunum dicendi magistrum fecit is quem sequitur Varro ap. Aug. de Civ. D. XVIII, 9.  49) Ubi auctores rarioris usus laudantur Pherecrates Com. II. p. 267. Cantharus p. 836. Philemo IV. p. 20. In altera glossae parte accedunt Diphilus Com. IV. p. 378. et Pind. fr. 89.

ferre: per se ambigui est significatus ac simpliciter ὅμοια ὁμοίοις ἀμείβεσθαι significat. Quam in rem adduxit Aristophanis Alcmanis fragmentum (Bergk. p. 556.) et locum Thuc. I, 42. Adde Simonid. fr. 115. Bergk. p. 804. Cf. Lex. Rhet. p. 217, 12. Schol. Eur. Phoen. 695. Zon. p. 160. Philem. Lex. p. 235. Gramm. Coisl. p. 231. Suid. [50]), denique Hesych.

LXII. Schol. Od. ο, 397: ἀνακτορίῃσιν· ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ταῖς δεσποτικαῖς, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ὧν ἕκαστος ἄρχει [ὅθεν καὶ ὁ χειρῶναξ]. Recepit Eust. Od. p. 1785, 38: ἀνακτορίας δὲ ὕας. Ἀρίσταρχος μὲν τὰς δεσποτικάς φησιν, Ἀριστοφάνης δὲ ὧν ἕκαστος βόσκων ἀνάσσει, ὅ ἐστιν ἄρχει.

Consuetam Aristophani interpretandi simplicitatem in hac annotatione frustra quaesieris, nec diffiteor de scholiorum fide aliquantum me dubitare. Praeter Apoll. L. H. p. 132: ἔνιοι δὲ ταῖς ἡγεμονίαις (?) συνεπακολουθείτω (f. ὑσὶν ἐπ.)· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ταῖς τῶν ἀνακτόρων ὑσίν, ὅπέρ ἐστι βέλτιον, cf. Hesychius: Ἀνακτορίῃσι, ταῖς δεσποτικαῖς ἢ βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις. ὁ δὲ Ἡλιόδωρος, ταῖς ἀπὸ ἀνακτορίας.

LXIII. Schol. Ar. Nub. 1150: Ἀπαιόλη] Ἀριστοφάνης δὲ ὀξύνεσθαί φησι τὴν ἐσχάτην.

Discimus ex hoc loco de accentu nominis ἀπαιόλή fuisse dubitatum. Libri nostri paroxytonon tenorem constanter videntur perhibere (cf. Ar. Nub. 1150. Hesych. Zon. p. 247. Lex. Bekk. p. 419, 12. Eust. Il. p. 352, 33.): quem recentiores viri docti fere tenuerunt. Aristophanis Byz. sententiae ipso silentio videtur suffragari Arcadius p. 109, 14. de terminatione -ολη disceptans: τὸ δὲ ἐντολή, ἀνατολή, καὶ τἄλλα ἐκ προθέσεως ὀξύνονται. Ceterum pro Ἀριστοφάνης Lobeckius Technol. p. 256. n. 7. Ἀρίσταρχος exhibet, casu an consulto nescimus.

LXIV. Schol. Ar. Nub. 1007: ἀπραγμοσύνη δὲ φυτόν, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, ἐν Ἀκαδημίᾳ φυόμενον.

In Nubium versu σμίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης quae sit extremae vocis potestas, nemo dubitat. Plantam qui

---

50) Ex ultimis locis effecerunt Sophoclis fr. 833. perperam: nam quod ἀμύνεσθαι a Sophocle dictum annotatur ἀντὶ τοῦ ἀπα-

ἀπραγμοσύνην dixerit antiqiuorem nostro grammatico auctorem non habeo. Poeta igitur callida quadam ambiguitate ita nomen ἀπραγμοσύνη usurpasse videtur, ut plantam significarit et tranquillitatem honesti civis a caussarum rixis alieni intenderit. De grammatici nostri sententia cf. Hesych. I. p. 499: Ἀπραγμοσύνη· ἀργία, ἢ φυτὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ.

LXV. Fragm. Paris. §. 10: *Καὶ γόμος, ὁ φόρτος.*

Nomen γόμος de navis onere usurparunt Aesch. Suppl. 414. Herodot. I, 194. Demosth. p. 833, 11. quibus adde Moschionem (cuius Boiss. admonuit) ap. Ath. V. p. 207. C. Sequiores auctores ad quamlibet sarcinam transtulerunt, cf. Babr. 7, 10. sicut verbi γέμειν usum dilatavit Eubulus teste Antiatt. p. 86, 30. Aristophaneae annotationis consilium non magis ex Eustathio assequi licuit (cuius cf. pp. 1034, 13. 1469, 47.) quam e corruptela Hesychii: Γόμος· ζωμός.

LXVI. Eust. Od. p. 1455, 33: *Εὐριπίδης γὰρ ἐπὶ συνετοῦ εἴρηκε τὸ δριμύ, ὡς λέγει Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.*

Mentio Euripidis spectat ad Cycl. 104. ubi Ulixes dicitur δριμὺ Σισύφου γένος. De quo adiectivi δριμύς significatu cf. Stephan. Thes. Paris. II. p. 1680. sq. Anaxandr. Com. III. p. 168. Diversa tradit Hesychius I. p. 1034.

LXVII. Eust. Od. p. 1827, 47: *Καὶ γυμνασίου δέ, φασίν, ἐπιστάτης ὁ ἐπιμελητής. ἐνταῦθα δὲ μνηστέον τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους, εἰπόντος οὕτω ῥητῶς· „ἐπιστάτης ἐπὶ μόνου τοῦ χυτρόποδος δοκεῖ τοῖς πολλοῖς τάττεσθαι, καὶ τοῦ μεταίτου* [51]*), ὡς παρ' Ὁμήρῳ. ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι καὶ ὁ παιδοτρίβης οὕτω καλεῖται, τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων καθηγητῶν τάττειν οὔ φημι πάντως τὴν χρῆσιν δεικνύναι.“*

De multiplici nominis ἐπιστάτης usu copiosas grammaticorum disputationes proferre longum est [52]). Χυτρόποδος

---

λεξῆσαι, id spectat ad Oed. Col. 873. 51) Ita correxi quod Eust. habet μεταιτητοῦ. 52) Praeter Eust. Suid. all. cf. Hesychius: Ἐπιστάτης· ἐφέτης ἢ ἐπαίτης (f. μεταίτης), ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι. ἢ ἐπίτροφος (χυτρόπους?). ἢ διδάσκαλος. καὶ ὁ τακτικός, καὶ ὁ βραβευτής. καὶ ἄρχων τις Ἀθήνησι. καὶ ἐφεστηκώς. idem: Ἐπιστάτη· με-

mentio spectat ad Ar. Av. 436. ubi cf. Schol. De mendico (ὃς ἐφίσταται τῇ τραπέζῃ) nomen usurpatur Odyss. ρ, 455. Notionem illam quam Aristophanes a plerisque interpretibus neglectam dicit, ut ἐπιστάτης idem sit quod παιδοτρίβης, confirmare licet e Plat. Legg. XII. p. 949. A. Xenoph. Mem. III, 5, 18. Ultimo loco dubitat Aristophanes num ἐπιστάτης pariter de ceterarum artium magistris et καθηγηταῖς (sive διδασκάλοις) qualibuscunque usurpetur: certos enim locos desiderari. In quo recte videtur iudicasse: nam ἐπιστάτην esse διδάσκαλον scriptorum nemo probat, inter grammaticos asseverat Antiatt. p. 96, 12: Ἐπιστάτης, ἀντὶ τοῦ διδάσκαλος ὁμολογουμένως Ἀντιφάνης. Quae cum certo testimonio careant, infirmioris sunt auctoritatis.

LXVIII. Fragm. Paris. §. 17: Ζωὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τῆς περιουσίας, ὡς παρ' Ὁμήρῳ·

Ἡ γάρ οἱ ζωή γ' ἦν ἄσπετος, οὔτινι τόσση·
Δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι.

De victu nomen ζωή dici apud Homerum, ubi hoc uno eoque genuino significatu utitur, recte observat Aristophanes coll. Od. ξ, 96. sq. Annotarunt eandem rem multi alii, inprimis Eust. Od. p. 1752, 56: καὶ ὅρα ὅτι τε ζωὴν ἔφη τὴν εἰς τὸ ζῆν κτῆσιν καὶ χορηγίαν, οἷα διχῶς τῆς ζωῆς λεγομένης κατὰ τοὺς παλαιούς, ἐπί τε τῆς συνήθους δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τῆς περιουσίας. Adde Hesych. I. p. 1591.

LXIX. Erotian. Gl. Hipp. p. 180: Θράσσει. Βακχεῖός φησι κεντεῖ [53]), νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐρεθίζει. ἔστι δὲ ὀχλεῖ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης Ἀπαιτήσει φησί [54]) —. Θράσσειν, μαίνεσθαι, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός. θρίσσειν δέ φασι τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι.

Verbum θράσσειν esse i. q. ταράσσειν et grammatici tradunt et ostendit scriptorum usus: cf. Pind. Isthm. 6, 39. Aesch. Prom. 628. Soph. fr. 187. 812. Eurip. Pirith. [55]) Auct.

ταύτῃ, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι τῇ τραπέζῃ. 53) Vulgo κινεῖ: restitui κεντεῖ e Galen. Gl. Hipp. p. 460. f. 482. 54) Sequitur corruptum Sophoclis fragm. 187. cuius emendationem Th. Bergkius Ind. lect. acad. Marburg. hib. a. 1843—44. hanc proposuit: Γυναῖκα δ' ἐξελόντες ἢ θράσσει γε νῦν νόσου (vel οἴστρου) Μενέλεων γραβίοις ἐνημμένοις. 55) Testis est Hesychius: Θρᾶξαι· ταρά-

Rhes. 863. Cratin. II. p. 227. Plato (Ruhnk. in Tim. p. 93. sq.), all. Quo magis mirum est quod Aristophane auctore h. l. perhibetur *θράσσειν* esse i. q. *μαίνεσθαι*: quae non magis integra puto quam extrema illa de forma *θρίσσειν*, descripta ut videtur a Greg. Cor. p. 571: *καὶ θρίσσειν τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι, ἤτοι τὸ μαίνεσθαι.*

LXX. Eust. Od. p. 1680, 23: *Φέρεται ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους, ὅτι τὸ ἴσθι ἀντὶ τοῦ γίνωσκε οἶδεν*[56]) *Ὅμηρος, ἀντὶ δὲ τοῦ ὕπαρχε τὸ ἔσο τίθησιν, οἷον· „Καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε, ἄλκιμος ἔσσο". καὶ οὕτω μέν, φησί, παρ' Ὁμήρῳ ἔχει καὶ οὐκ ἄλλως· Ἀττικοὶ δὲ ἅπαντες τὸ ἴσθι ἐπὶ τοῦ ὕπαρχε τάττουσιν. Εὔπολις· „μὴ τρηχὺς ἴσθι", καὶ „ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ φθονερὸν ἴσθ' ἀνδρίον"* [*ἤγουν μὴ φθονερὸς ἔσο ἄνθρωπος*]. Huc spectat Fragm. Paris. §. 7: *καὶ ἴσθι ἀντὶ τοῦ ὕπαρχε.*

Observatio rectissima atque ad Homericarum formarum doctrinam haud inutilis, quae si reputaris quam arduum fuerit in grammaticae artis primordiis et supellectilis litterariae inopia certas quasdam leges ex interiori linguae scientia et attentissima lectione repetere, nequaquam videbitur levicula. De forma *ἔσο* vide Ahrens. Dial. Dor. pp. 321. 573: eandem satis notum est rursus apud posteriores scriptores emergere [57]). Duplicem Attici *ἴσθι* significatum tangit Schol. Plat. p. 333. et Ammon. p. 76. Aristophanis vestigia refert Hesychius: *Ἴσθι· γινώσκων ἔσο, γίνωσκε.* Ubi pro *γινώσκων* reponas quod statim corrector addidit *γίνωσκε.*

LXXI. Eust. Od. p. 1599, 14: *Ἥφαιστος — κυλλοποδίων λέγεται, ὡς παθὼν ἐπικύλλωμα ἢ κατακύλλωμα·*

---

*ξαι, λυπῆσαι. Εὐριπίδης Πειρίθῳ.* Quae G. Dindorfius et Wagnerus neglexerunt una cum altera eiusdem fabulae mentione Hesych.: *Ἐφέξεις* (*Ἔφεξις*), *χάριν, ἕνεκα, ἐπέχειν* (f. *ἔφεξιν*), *πρόφασιν. Εὐριπίδης Πειρίθῳ.* 56) Ita correxi Eustathii scripturam *εἶδεν.* Mox Homeri affertur Od. α, 302. Eupolidis fragmentum recepit Meinekius II. p. 554. sq. 57) V. Porph. Ep. ad Marc. 34. Eunap. p. 33. Syntip. p. 9. Theophyl. Sim. Ep. 44. Georgid. in Boiss. An. I. p. 34. 62. 64. Demophil. Sent. 2. Nili Sent. 19. Etym. M. p. 586, 25.

*ὧν ἀμφοτέρων μνησθεὶς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς οὐδέτερον αὐτῶν ἀνάττικον εἶναί φησιν.*

Nomina *ἐπικύλλωμα* et *κατακύλλωμα* (Papio ignota) nescimus quis usurparit; neque iuvant grammaticorum loci Eustathianae narrationi prorsus dissimiles. De v. *ἐπικύλλωμα* praeter leviores quasdam discrepantias concordant Etym. M. p. 361, 7. Gud. p. 199, 48. Gramm. Cram. An. Ox. II. p. 436, 25. Suid. hunc in modum: *Ἐπικύλλωμα· τὸ μετὰ τὴν τῶν ἄρτων διάρτισιν περισσευόμενον. κόλλιξ γὰρ ὁ ἄρτος. ὅθεν καὶ [τὸ ἰατρικὸν] κολλούριον ἀπὸ τοῦ κολλοβόν* [58]). [*καλοῦσι δὲ καὶ κύλληστιν τὸν Αἰγύπτιον.*] Ubi *ἐπικολλίκωμα* desiderabat H. Stephanus, *ἐπικόλλωμα* praebet Zonaras. Mihi nec de his liquet nec de Hesychii gl.: *Ἐπικτόλωμα· ἐπικορύφωμα.* Alterum nomen commemorant Photius p. 593, 17. sive Etym. M. p. 761, 37. et Suidas: *Τὸ κατακύλλωμα· τὸ πέρας καὶ ἀνωτάτω τῶν κακῶν.* Quae vereor ut labis sint immunia.

LXXII. Fragm. Paris. §. 4: *Καὶ καταφαγᾶς, ὁ ἀδηφάγος.*

Consilium Aristophanis aegre ex his elicias: fortasse ne Atticis quidem inauditum fuisse v. *καταφαγᾶς* ostenderat (cf. Lob. in Phryn. p. 433.): fortasse de accentu *καταφάγας* et *καταφαγᾶς* (nam dubium quod ap. Phryn. Polluc. VI, 40. Antiatt. p. 105, 20. scribitur *καταφαγάς*) disseruerat.

LXXIII. Fragm. Paris. §. 5: *Καὶ κοκκύζειν ἐπὶ τοῦ ἀλεκτρυόνος.*

Grammatici fere consentiunt gallos dici *ᾄδειν*, pro quo non fuerit nisi abusu comicorum maxime poetarum alterum *κοκκύζειν* substitutum [59]). Eodem spectat Aristophanis anno-

---

denique Elmsl. in Schol. Soph. Oed. C. 200. 58) Correxerunt *ἐπὶ τοῦ κολλάβου.* 59) *Ἄιδειν* et *κοκκύζειν* gallis tribuit Gramm. Valck. p. 229. cf. Herodian. Bekk. Anecd. p. 1452: *κοκκύζειν δὲ ἐπὶ ἀλεκτρυόνων καὶ κοκκύγων.* Cum Aristophane faciunt praeter alios Schol. Ar. Vesp. 817. Phryn. Bekk. p. 21. item Hesychius: *Ἄιδειν ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων λέγουσιν Ἀττικοί· κοκκύζειν δὲ οὔ φασιν ἐπ᾽ αὐτῶν πλὴν μωκώμενοι τοὺς ξένους.* Cf. Antiatt. p. 101, 4: *Κοκκύζειν τοὺς ἀλεκτρυόνας, Δίφιλος Πλινθοφόρῳ* (Com. IV. p. 407.).

tatio: ambitum quo ille observationem coercuerit, non licet amplius rimari. Non insolitum tamen hunc verbo κοκκύζειν usum fuisse, exempla a grammaticis servata satis probant; alia contulit Valck.: adde Ar. Eccl. 31. Arist. H. A. IX, 49.

LXXIV. Fragm. Paris. §. 11: Καὶ κοράσιον, ἡ κόρη. Nomen κοράσιον a grammaticis damnatum (cf. Lobeck. in Phryn. p. 73. sq.), vel apud probatos auctores aliquanto latius patuisse videtur quam nostrae reliquiae ostendunt. Certe etiamsi a Philippide discesseris, qui nomen traduxisse dicitur ὡς ξενικόν (Meinek. Com. IV. p. 477.), ipse Plato eodem usus est Epigr. 28, 1. in Bergk. Poett. lyr. p. 448. Quod Schol. Υ, 404. μᾶλλον Μακεδονικόν appellat (cf. Sturz. de dial. Mac. et Alex. p. 42. sq.), id labefactatur tum Boeotico titulo C. I. 1688, f. h. tum exemplis Keilii Inscr. Boeot. p. 108.

LXXV. Ath. IX. p. 384. D: κρεοκάκκαβος. κρέα δ' ἐστὶ ταῦτα συγκεκομμένα μεθ' αἵματος καὶ λίπους ἐν ζωμῷ γεγλυκασμένῳ. λέγειν δὲ οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς Ἀχαιούς, ὁ Μυρτίλος ἔφη.

Verba quibus Aristophanes grammaticus memoratur, patet aut mutila esse aut corrupta. Itaque Casaubonus et alii φησὶν post Ἀριστοφάνης inseruerunt coniectura parum certa. Cum Hesychius nomen κρεοκάκκαβος sive κρεωκάκκαβος ignoret, ne illud quidem plane exploratum utrum huc an alio Aristophanis grammatici mentio referenda sit. Ipsum nomen alibi non repertum quod cibi genus significet, ex etymo vocis et interpretatione Athenaei perspicitur.

LXXVI. Gramm. Cram. Anecd. Ox. I. p. 221. II. p. 455. Etym. M. p. 547. Gud. p. 355. Suidas: Κύρβεις· αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι — Ἀσκληπιάδης δὲ (ἐν τοῖς τῶν ἀξόνων ἐξηγητικοῖς) ἀπὸ Κύρβεως τοῦ τὰς θυσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐρέσιος — Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, οὐ τετραγώνους. Ἀριστοφάνης δὲ

---

Pollux V, 89: ἀλεκτρυόνας (sc. εἴποις ἄν) ᾄδειν καὶ κόκκυγας κοκκύζειν· Ὑπερίδης δὲ καὶ Δημοσθένης ἐπ' ἀλεκτρυόνων τὸ κοκκύζειν εἶπον. Denique vide exempla Eust. Od. δ, p. 1479: Heraclid. Com. III. p. 565. Cratin. II. p. 186. Sophocl. fr. 900. (ubi pro κοκκοβόας malim κοκκυβόας) Diphil. Com. IV. p. 421. Plat. Com.

ὁμοίας αὐτὰς εἶναι τοῖς ἄξοσι, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις θυσίας ἔχουσιν. ἀμφοτέρων δὲ τὸ κατασκεύασμα τοιοῦτο· πλινθίον τι μέγα ἀνδρόμηκες, ἡρμοσμένα ἔχων τετράγωνα ξύλα τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα καὶ γραμμάτων πλήρεις, ἑκατέρωθεν δὲ κνώδακας, ὥστε κινεῖσθαι καὶ περιστρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἀναγινωσκόντων.

De sede huius annotationis ideo quispiam dubitarit, quod paroemiographi nonnulli cyrbeon notionem perstringunt, unde erunt fortasse qui ad Pāroemias iubeant hanc observationem ablegari: nos ad glossas referre maluimus, quoniam Zenobii et Diogeniani narratio cum Aristophanis sententia omnino dissidet. De capite glossarum non constat; ne quis de Συγγενικοῖς cogitet, supra cautum est p. 132. Ipsum argumentum quod versatur in cyrbeon et axonum notione dirimenda, et veterum plurimi attigerunt, et recentiores homines docti sedulo illustrarunt: praeter superioris aevi commentarios (quos attulit Meinekius Anal. Alex. p. 143.) vide diligentissimam disputationem Prelleri in Polem. p. 87. sqq. Cum nostro grammatico fere consentiunt quae in Schol. Apoll. Rhod. IV, 280. de poeta Aristophane produntur: κύρβιας, στήλας· λέγει δὲ τοὺς ἄξονας ἐν οἷς οἱ νόμοι γράφονται, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικός. Ubi tametsi non ausim γραμματικός pro κωμικός substituere (praesertim cum Scholia Paris. omisso Aristophanis nomine nudum ὁ κωμικός praebeant), videndum tamen an epitomatoris levitas quae de grammatico dicta fuerant ad poetam transtulerit. Minus accurate Aristophanem sequitur Hesychius II. p. 385. De genere etiam nominis κύρβις monuisse nostrum grammaticum, coniicias ex Helladio ap. Phot. Bibl. p. 869. f.

LXXVII. Ath. XI. p. 485. D: Ἀμερίας δέ φησι τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι· Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος γένος εἶναι κύλικος. Accedit Pherecratis locus ac deinceps annotationes Nicandri, Lycophronis, Moschi, Artemidori Aristophanei.

Nomen λεπαστή sive λεπάστη[60]) plurimis comicorum poe-

---

II. p. 687. 60) Ambiguum nominis accentum testatur Ath. XI. p. 485. A. atque hinc Eust. p. 1246, 31. Solum oxytonon annotat

tarum testimoniis firmavit Athenaeus l. l. ubi afferuntur Aristoph. Pac. 916. fr. 209. Pherecr. Meinek. II. p. 294. Teleclid. II. p. 368. Hermipp. II. p. 400. Theopomp. II. p. 802. 808. Philyll. II. p. 858. Apolloph. II. p. 881. Antiphan. III. p. 23. Accedant Cratinus II. p. 201. et Anaxandr. III. p. 183. v. 26. Cum Aristophanis Byzantii interpretatione consentit Hesychius II. p. 450: *Λεπαστή· κύλιξ.* Ubi statim p. 451. sequitur: *Λεπαστίς*[61]) · *οἰνοχόη καὶ εἶδος κύλικος.* Vasis naturam eam fuisse ut poculis aeque ac pateris accenseri potuerit, docent illa *κύλικα, φιάλην, κώθωνα λεπαστήν.*

LXXVIII. Phot. p. 249, 19. sive Suidas: *Μασχαλίσματα· Ἀριστοφάνης*[62]) *παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἠλέκτρᾳ κεῖσθαι τὴν λέξιν ἔθος σημαίνουσαν. οἱ γὰρ φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινας ὑπὲρ τοῦ (τὴν) μῆνιν ἐκκλίνειν ἀκρωτηριάσαντες μόρια τούτου καὶ ὁρμαθίσαντες ἐξεκρέμασαν τοῦ τραχήλου διὰ τῶν μασχαλῶν διείραντες, καὶ μασχαλίσματα προςηγόρευσαν. σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὰ τοῖς μηροῖς ἐπιτιθέμενα ἀπὸ τῶν ὤμων κρέα ἐν ταῖς τῶν θεῶν θυσίαις.*

Gemina est Hesychii narratio II. p. 547. sq.: *Μασχαλίσματα. (οἱ) φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινας ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν ἐκκλῖναι ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τούτων, οἷον ὤτων, ῥινῶν, καὶ διείραντες* (cod. *ἐρείσαντες*) *ἐκρέμνων ἐκ τοῦ τραχήλου διὰ τῶν μασχαλῶν. καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἀπὸ τῶν ὤμων κρέα ἐν ταῖς τῶν θεῶν θυσίαις.* Voce *μασχάλισμα* quam tragicorum esse dicit Etym. M. p. 118, 22. Sophocles usus fuisse videtur in Troilo[63]). De argumento compares Schol.

---

epitomator Herodiani Arcad. p. 115, 3. eaque vulgaris est scriptura: sed *λεπάστη* cod. Pollucis X, 75. item recentiorum nonnulli, ut Valck. Opusc. I. p. 164. editor Photii p. 215, 1. denique Meinekius Com. III. p. 23. Qui hanc legem statuit, ut *λεπάστη* scribatur quoties substantivi nominis vim induerit. Qualis discriminis nec fidem aut in praeceptis grammaticorum aut in exemplaribus nostris reperio, neque causam assequor satis idoneam. Cf. Lobeck. Paral. p. 349. Ipse Meinekius suam legem non tenuit. 61) Scriptura suspecta: revoco formam paene oblitteratam *λεπαστής*, quam et Suidas testatur minus felicem Bernhardyi manum expertus, et Theopompi usus *κώθωνα λεπαστήν* (cf. Bergk. de Com. ant. p. 240.) certo confirmat. 62) Excidit opinor *φησί*: cf. supra fr. LXXV. 63) Suid. v. *Ἐμασχαλίσθη: Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ*

Soph. El. 445. Schol. Ap. Rh. IV, 477. Suid. v. Ἐμασχαλίσθη, Etym. M. p. 118. Arsen. p. 348. Apostol. XII, 42. all. Adde Hesych. II. p. 1399: Τόμια [64]) · τὰ ἀποτμήματα καὶ ἀκρωτηριάσματα τοῦ νεκροῦ. οἱ δέ, τὰ ἱερὰ ἃ σφάζοντες ὀμνύουσιν.

LXXIX. Schol. Ap. Rh. IV, 973: Ὁ δὲ ὀρείχαλκος εἶδος μέν ἐστι χαλκοῦ, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Ὀρείου τινὸς εὑρετοῦ γενομένου. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς μηδὲ ὑπάρχειν φησὶ τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. τὸν γὰρ ὀρείχαλκον, φησίν, ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μέν, μὴ εἶναι δέ· τῶν δὲ εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, καὶ [65]) Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐπισημαίνεται. Οἱ δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης καὶ Θεόπομπος ἐν λε'. Οὕτως οὖν ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ.

Collecticiae opes Aristophaneae disputationis ambitum minus liquido ostendunt. Interea ut Aristotelis saltem mentionem nostro grammatico vindicem (probabile autem est eidem Stesichori et Bacchylidis deberi testimonia, de quibus cf. Bergk. Poett. lyr. p. 652. 834.), persuadet Hesychius [66]): Ὀρειχάλκων · τῶν εἰκῇ διαδεδομένων εἶναι τοὔνομα. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτόν. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. De nomine

---

πλήρη μασχαλισμάτων εἴρηκε τὸν μασχαλισμόν, καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (alii libri addunt ἐμασχαλίσθη). Certe μασχαλισμόν Sophocles non dixit πλήρη μασχαλισμάτων. Tentabam εἴρηκε καὶ τὸ ἐμασχαλίσθη ἐν Ἠλέκτρᾳ. Ceterum et haec Troili mentio effugit Dindorfium et Schol. Plat. p. 417: μέλλει] ἔοικεν, φαίνεται, δοκεῖ, ὡς νῦν· παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Τρωίλῳ μένει (f. μέλει, quamquam vulgarem lectionem sequitur Hesychius). 64) Ita pro τομία scripsi cum Phot. p. 594, 17. 65) Mallem ὡς, nisi discreparent Paris. Scholia: καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμμ. σεσημείωται τοῦτο. 66) Quo auctore ad Glossas locum revocavi. Nam quod olim e nostro loco commentarios effici volebant quibus Apollonius Rhod. ab Aristophane fuerit illustratus, istud commentum (dudum ab aliis explosum, cf. O. Schneider. de Schol. Aristoph. p. 87. n.) eo magis miramur, cum ipsa Apollonii scholia originem observationis indicent: nam verba οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ referenda videntur ad nobilissimum Didymi opus, de quo cf. Meinekius Hist. crit. p. 14.

ὀρείχαλκος post Spanh. in Call. L. Pall. 19. multi disputarunt: v. Goettl. in Hes. Scut. 122.

LXXX. Schol. *K*, 334: πολιοῖο λύκοιο] λευκοῦ — ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τεφρώδους φησί· λέγει γὰρ μὴ εἶναι λύκον λευκόν.

Multiplex adiectivi πολιός usu haud mediocres Homeri interpretibus difficultates movit et varia procreavit commenta: cf. Apoll. L. H. p. 558. Schol. *I*, 366. *O*, 190. *T*, 267. Eust. p. 1183. f. 1897, 28. Eodem referendum quod Homericum πολιοῖο λύκοιο de albo lupo plerique acceperunt, quam interpretationem vel propter lupi colorem merito Aristophanes improbat, cf. Eust. Il. p. 809, 38. Vulgarem interpretationem sequitur cum aliis Hesychius: Πολιοῖο· λεύκου. Quod Schneidewinus Coni. crit. p. 98. Aristophanem suspicabatur legisse πελιοῖο λύκοιο, id mihi non probavit. Neque illud verum quod Papius tradit asinum πελίαν fuisse dictum; debetur commentum Etym. M. p. 659, 39. ubi pro πελίας ὄνος sine dubio legendum Πελίας ὄνομα.

LXXXI. Harpocr. p. 158, 12. Phot. p. 455. Suid.: Προκώνια· Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου. Δίδυμος δὲ προκώνια, φησί, πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν οὕτω φασὶν ὀνομάζεσθαι.

Accedunt haec: Ἔοικε δὲ καὶ ἐκ πυρῶν καὶ ἐκ κριθῶν γίνεσθαι. Δήμων δ' ἐν τῷ περὶ θυσιῶν φησίν· „καὶ προκώνιά ἐστι κάχρυς κατηριγμέναι μετὰ ἀρωμάτων." Crates dummodo recta sit Photii p. 455, 12. scriptura, πυροκώνια videtur finxisse: cf. Lex. Rhet. p. 294, 25. Etym. M. p. 700, 8. Ex Aristophane profecit Hesychius: Προκώνια· τὰ ἐκ τῶν μὴ πεφρυγμένων κριθῶν ἄλφιτα. Item Erotian. Gloss. Hippocr. p. 98: Ἄλφιτα προκώνια· τὰ γενόμενα ἐκ τῶν φρυκτῶν (l. ἀφρύκτων) κριθῶν οὕτως Ἀττικοὶ καλοῦσι. Cf. Galen. Gloss. Hippocr. p. 424. 548. Pollux VI, 77.

LXXXII. Fragm. Paris. §. 18: Σκινθαρίζειν ἐστὶ τὸ τῷ μέσῳ δακτύλῳ παίειν τινὸς τὸν μυκτῆρα· ῥαθαπυγίζειν δὲ τὸ σιμῷ τῷ ποδὶ τὸν γλουτὸν παίειν, ὡς εὕρηται ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνους.

Huc respicit Eust. Il. p. 861, 10: ῥαθαπυγίζειν — οὐκ ἀπέοικε τοῦ λὰξ ποδὶ κινεῖν, ὅπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται. ἔστι γάρ, φασί, σκινθαρίζειν μὲν τὸ τῷ μέσῳ δακτύλῳ παίειν μυκτῆρά τινος, ῥαθαπυγίζειν δὲ τὸ σιμῷ τῷ ποδὶ τὸν γλουτὸν παίειν, οὗ χρῆσις παρὰ τῷ κωμικῷ (Ar. Eq. 796.) ἐν τῷ· τὰς πρεσβείας ἀπελαύνεις ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων. A quibus paululum recedit p. 1818. f.: ἔστι γάρ, φασί, ῥαθαπυγίζειν τὸ πλατεῖ ποδὶ εἰς τὴν ἰσχία[67]) ῥαπίζειν. De vocabulo σκινθαρίζειν cf. Hesychius, qui Didymum[68]) interpretationis suae auctorem nuncupat: Σκινθαρίζειν· ἔνιοι σκαρίζειν[69])· τὸ γὰρ τῷ μέσῳ δακτύλῳ τὸν μυκτῆρα παίειν δηλοῖ, ὡς Δίδυμος. Eodem spectat mendosa glossa Hesychii et Suidae: Σκινθίζεται· λακτίζεται. Item Hesych. II. p. 1220: Σκυδίζει· λακτίζει. et p. 1224: Σκυνίζει· λακτίζει. Pro ῥαθαπυγίζειν quod complures grammatici praebent ῥοθοπυγίζειν[70]), id in Equitibus reponi iussit Küsterus: interea cum et aliis in vocabulis similem varietatem norimus (cf. Lobeck. Pathol. p. 295. n. 7.), et ῥαθαπυγίζειν veterum auctoritate optime munitum sit[71]), a tradita librorum scriptura non ausim deficere.

LXXXIII. Schol. *E*, 289: ταλαύρινον] Ἀρίσταρχος ψιλοῖ τὸ ρ· οὐ γάρ, φησί, σύνθετον δεῖ νοεῖν τὸν σχηματισμόν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν τὸν εὔτολμον καὶ ἰσχυρόν· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης.

Similiter omissa Aristophanis mentione Eust. Il. p. 524, 10. Philem. Lex. p. 150. De Aristarcheo placito cf. Lehrs.

---

67) Scribendum aut εἰς τὰ ἰσχία, aut εἰς τὴν ἰξύαν. 68) Quod suprà p. 77. sq. significavimus saepius Didymum Aristophanis sequi vestigia, his maxime docetur exemplis. De v. Ἀθηναΐα Didymum egisse testatur Steph. Byz. v. Ἀθῆναι: idem disputavit de nomine κύρβις (fr. 76.), cf. Prell. in Polem. p. 89. de vv. ὀρείχαλκος et προκώνια (fr. 79. 81.). Adde quae diximus p. 164. not. 69) Malim σκανθαρίζειν cum Poll. IX, 126. 70) Praeter Schol. Ar. et Suid. v. Thom. M. p. 825, 17: Ῥοθοπυγίζειν τὸ σιμῷ ποδὶ παίειν τὰ γλουτὰ καὶ ῥόθον ἤτοι ἦχον ποιεῖν ἐν τῇ πυγῇ· καὶ ῥοθοπυγισμός τὸ αὐτό. 71) Locis superioribus accedant Pollux IX, 126. et Hesychius: Ῥαθαπυγίζειν, ὅ τινες σκομβρίζειν, τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων, τὸ εἰς τὸν γλουτὸν σιμῷ ποδὶ τύ-

de Arist. p. 321. Verba ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης lucem accipient ex Hesych. II. p. 1342: Ταλαύρινον· ὑπομνηστικόν, τολμηρόν· „ταλαύρινον πολεμιστήν“, ubi alterum ταλαύρινον de coniectura addidi: vide tamen Meinek. Com. IV. p. 304.

LXXXIV. Schol. *O*, 606: τάρφεσιν ὡς βέλεσιν οἱ πλείους· καὶ ἡμεῖς δὲ συγκατατιθέμεθα· οὐ γάρ ἐστιν ἐπιθετικόν, ὡς ἀξιοῖ Τυραννίων. ὁ μέντοι Ἀριστοφάνης ἐκεῖνό φησιν, ὅτι ἐὰν μὲν τοῖς δάσεσιν ὡς βέλεσι, τάρφεσιν[72]), ἐὰν δὲ τὸ ἐπιθετικόν, ταρφέσιν ὡς ὀξέσιν.

Distinctio Aristophanis ab aliis propagata[73]) si rationem spectaris quam secutus sit probabilis videbitur, sin usum poetarum expenderis, nullo modo admittenda est. Certe si par est in rebus grammaticis analogiam sequi et formas quas eodem orbe complecti liceat, non divelli nec praeter necessitatem novorum thematum commentis augeri, auctor sim ut et substantivum τάρφος (de quo post Aristophanem egit Herod. ap. Etym. M. p. 747, 25.) et adiectivum ταρφειός ab Aristarcho (Schol. *M*, 158. Etym. M. p. 747, 20. all. ap. Lehrs. de Arist. p. 268.) commendatum soli imputetur grammaticorum errori. Scribendum igitur ταρφεῖαι νιφάδες et ταρφέσιν ὕλης ab adi. ταρφύς, quam formam testatur Aesch. Sept. 535.

LXXXV. Fragm. Paris. §. 2: Καὶ φέρνη, ἡ προίξ.

Exile fragmentum olim ad Suidae glossam referebam, ubi de duplici nominis φερνή accentu disseritur: Φερνή, προίξ· φέρνη, ἀμοιβή. παρά τισι δὲ καὶ φέρνη ἡ προίξ. Quae coniectura nunc videtur lubrica tum propter Suidae locum, ubi extrema illa παρά τισι δὲ κτλ. Gaisf. et Bernhardy non sine librorum auctoritate expulerunt, tum propter Aristophanei fragmenti fidem. Nam paroxytonon φέρνη dubitari potest utrum codici debeatur an Boissonadio, qui item in ceteris quos adduxit locis suo Marte barytonon reposuit. Accentus nominis fluctuat. Herodianus quidem unice probasse videtur oxytonon

πτειν. De forma σκομβρίζειν egimus p. 164. n. 72) Malim τάρφεσιν, ὡς βέλεσιν. 73) Cf. Schol. *E*, 555: τάρφεσι, ὡς βέλεσιν, ἀπὸ τοῦ τάρφος· ὅτε δὲ ἀπὸ τοῦ ταρφής (l. ταρφύς), ὡς ὀξέσι. Schol. *Λ*, 69: ταρφέα ὡς ὀξέα· νῦν γὰρ ἐπιθετικόν. Adde

φερνή[74]): alii (ut Lex. Bachm. p. 404, 29. Zon. p. 1802. Eust. Od. p. 1488, 44.) duplicem concedunt accentum: exemplaria nostra et recentiores critici tametsi plerumque φερνή exhibent, haud paucis tamen in locis barytonon aut retinuerunt aut asciverunt[75]).

LXXXVI. Erotian. Gloss. Hipp. p. 388: Φορίνης· πυρίνης. φησὶν οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.

Editur vulgo: Φορινοῦς πυκνῆς φησίν. οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός. Ubi pro φορινοῦς MS. St. φορικῆς, Eustach. et Foes. φορινῆς: pro φησὶν MS. D. φύσιν. Cum vero vel si quis Galen. Gloss. p. 592. contulerit, dubitari non possit quin ad nomen φορίνη haec spectet annotatio, depravatum πυκνῆς emendandum putavi ex Hesych. II. p. 1520: Φορίνη· ἡ παρ' ἐνίοις πυρίνη. Quamquam de hac altera forma πυρίνη nullum amplius novi testimonium. Nomen φορίνη proprium de suilla pelle (cf. Ath. IX. p. 381. C. Poll. VI, 55.) vel si malis de quolibet corio duro et crasso[76]), saepius grammatici testantur ad hominum crassiorum cutem fuisse translatum. Vide Harp. p. 182, 13: Φορίνης· Ἀντιφῶν Ἀληθείας β'. ὅτι καὶ ἐπ' ἀνθρωπείου δέρματος ἐλέγετο ἡ φορίνη, καὶ Ἀριστομένης ἐν Γόησι (Com. II. p. 732.) δῆλον ποιεῖ. Similiter Etym. M. p. 798, 34. et Suid. Adde Plut. Mor. p. 57. A. et Meinek. Anal. Alex. p. 149. Item Moschop. π. σχεδῶν p. 43: Φορίνη, τὸ δέρμα τοῦ χοίρου· παρά τισι δὲ

---

Eust. Il. p. 832, 19. 74) Vide περὶ μονήρ. λέξ. p. 33. f. coll. Arcad. p. 110, 23. Etym. M. p. 790. Quibus de locis disputarunt Ahrens. Dial. Aeol. p. 108. et Lobeck. Pathol. p. 187. Adde Theognost. p. 112, 28. 75) Ita paroxytonon φέρνη reperio ap. Diodor. II. p. 587. Artemidor. I. p. 115. Charit. p. 14, 6. MS. Iungerm. in Pollüc. III, 35. Hesych. vv. Γαμήλια et Δῶτις. Phot. p. 645, 5. Etym. Gud. p. 551, 6. Gloss. Vett. v. Φέρνη. Gloss. Octateuchi ap. Fabric. B. G. VI. p. 646. Adde v. l. Aeschin. F. Leg. §. 31. Similiter φέρνη praeter Boiss. scripserunt Gesn. et Gaisf. in Stob. Flor. 72, 3. Porsonus in Eur. Med. 952. (contra φερνή idem Phoen. 1603.), Osannus in Philem. p. 335. denique Meinekius Com. III. p. 183. v. 23. Quorum nullus usus sui rationem attulit. 76) De chamaeleontis pelle habet Aelian. H. A. IV, 33. de bubulo corio Gramm. Eust. p. 1915, 13. cf. Hesych. v. Κόλλοψ.

καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου. Denique Phryn. Bekk. p. 70, 26: Φορίνη· τὸ τῶν κρεῶν δέρμα ἢ τῶν ἰχθύων. Ubi κρεῶν aperte mutandum in χοίρων: pro ἰχθύων scripserim ἀνθρώπων, cuius vocis compendium saepe miras genuit corruptelas.

LXXXVII. Schol. Ψ, 104: φρένας λέγει οὐ τὸ διανοητικόν, ἀλλὰ μέρος τι τῶν ἐντὸς σώματος, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· „ἔν τε φρένες ἧπαρ ἔχουσι“ καὶ πάλιν· „ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται“. [ἔστιν οὖν ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον σῶμα.] οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.

Nomen φρένες de praecordiis primitus dici recte grammaticus noster observat allatis ι, 301. (unde ὅθι pro ἔν τε restituas) et Π, 481. Verba ἔστιν οὖν — σῶμα Aristophani abiudico. De re cf. Schol. Λ, 579. Eust. Il. p. 57. sq. 863. sq. inprimis vero Hesych.: Φρένες· μέρος τι τῶν ἐντοσθίων τὸ ὑπὸ ἥπατι κείμενον, τὸ διάφραγμα τοῦ στήθους.

LXXXVIII. Schol. γ, 244: Ἀριστοφάνης τὸ φρόνιν νῦν μὲν ἐπὶ τῆς φρονήσεως, ἐν δὲ τῷ „κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε“, τὴν καταφρόνησιν.

Φρόνις nomen in Odyssea bis usurpatum (γ, 244. δ, 258.) priore loco recte Aristophanes interpretatus est; altero loco, si vera scholiasta tradit, φρόνιν cum praepositione κατά iunxit (cf. Nitzsch. Anm. I. p. 181.), quam perversitatem vix Aristophani concesserim. Similiter Apoll. L. H. p. 699: Φρόντιν (l. cum Vill. φρόνιν), τὴν καταφρόνησιν. Item Schol. δ, 258. Eust. Od. p. 1495, 25. Hesychius: Φρόνιν· φρόνησιν τὴν (f. ἢ) καταφρόνησιν ἐκδοτέον (l. ἐκδεκτέον), οὐ τὴν λείαν, ὥς τινες.

LXXXIX. Fragm. Paris. §. 6: Καὶ ψελλός.

Locus profecto ψελλός, e quo observationem Aristophanis haud facile elicueris. Adiectivi ψελλός auctores habemus Aesch. Prom. 816. Poet. com. Meinek. IV. p. 628. sq. Arist. Probl. XI, 30. ubi ψελλότης cerni dicitur τῷ ἐξαίρειν ἢ γράμμα ἢ συλλαβήν. Adde proverbium obscurissimum ἡ ψελλὴ οὐ πιττεύω[77]). De grammaticis cf. Antiatt. p. 116, 18. Schol.

---

77) Ita editur Paroem. Append. III, 17. Suid. al. corruptela manifesta. Acumen proverbii recte iam Erasmus contendit in eo ver-

Plat. p. 350. Suid. Schol. Aesch. Prom. 816: *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ψελλιζόντων παιδίων καὶ ἄγνωστον ποιούντων τὸ λαληθέν*. Denique Hesychius: *Ψελλός· ὁ τὸ σίγμα παχύτερον* (al. *τραχύτερον*) *λέγων*. Gramm. Bekk. p. 357, 17. sive Hesychius I. p. 179: *Αἱ ψελλίζουσαι· αἱ ἀσήμως λαλοῦσαι*.

XC. Erotian. Gloss. Hipp. p. 392: *Χέδροπα. τὰ ὄσπρια οὕτω καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί. ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ κ γράφουσι κέδροπα. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς διὰ τοῦ χ γράφων, φησὶ χέδροπα τὰ παρ' ἄλλοις ὄσπρια.* [*εἴρηται γὰρ παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι, ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Γεωργικοῖς φησι· Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄνευ δρεπάνοιο λέγωνται.*]

Illustrati h. l. nominis diversae formae perhibentur. *Τοὺς καρποὺς τοὺς χέδροπας* habet Arist. H. A. VIII, 5. p. 594, b, 7. ubi tamen alii *χεδροπούς*, quod tueri fortasse licet ex Herod. Epim. p. 208. Item *τὸν χέδροπα* restituerunt auctori Agenis dramatis satyrici ap. Ath. XIII. p. 596. A. Cf. Suid. Etym. M. p. 808, 14. Gud. p. 563, 28. Orion. p. 163. Pluralem numerum *τὰ χέδροπα* habet Theophr.: item Pollux VI, 60. Adde Hesych. II. p. 1545: *Χεδροπά* (sic)· *ὄσπριόν τι· οἱ δὲ πανσπερμίαν. Χέδρωψ* (sic)· *πᾶν ὀσπρίων σπέρμα.* Mox idem *Χεδροπῶν*[78])· *ὀσπρίων*. De altera scriptura *κέδροπα* cf. Hesych. T. II. p. 215. et Phot. p. 152, 9. ubi legendum suspicor: *Κέδροπα· ὄσπρια. καὶ χέδροπα, οἷον χερόδροπα.* Nicandri mentio apud Erotianum mutila: cum enim verba *χειροδρόποι κτλ.* Ther. 752. legantur, Georgicorum locus videtur excidisse.

---

sari, ut quis blaesum se esse negaturus id ipsum non possit nisi blaese dicere. Genuina igitur forma videtur haec fuisse: *Α. Εἰ ψελλή. Β. Οὐ πιττεύω.* 78) Eundem accentum in Porph. de Abst. III, 18. praebent libri Monacenses 39. et 91.

## 8. Fragmenta dubia.

Subiungemus hac appendice eos locos quibus aut suspectum habeamus Aristophanis nomen, aut dubitemus utrum poeta dicatur an grammaticus. Nam sicut nomina propria gravissimis corruptelis fuerunt obnoxia, ita Aristophanem cum Antiphane, Aristotele, Aristarcho, Aristodemo aliis confundi, nemo mirabitur[1]). Item vero tritum illud *οὕτως Ἀριστοφάνης* de interpretatione grammatici ac de poetae usu aequo saepe iure potest accipi. Hinc poetae accesserunt quae aliena ab eo fuisse videntur (cf. ceterorum instar Phot. v. *Μάνην* supra p. 157.): item fuerunt qui comici poetae mentiones grammatico nostro obtruderent. Veluti Meierus ut alios quosdam locos ita Phot. v. *Κάνδυλος* p. 129, 15. sine idonea caussa grammatico tribuit: fortasse ne illud quidem verum est

1) Cur *Ἀριστοφάνης*, *Ἀριστοτέλης* sim. toties permutentur, docent nominum compendia: *ἀρι* Schol. Harl. *η*, 221. *ἀριστ* Boiss. Anecd. I. p. 81. Schol. *μ*, 75. 77. in Cram. A. P. III. p. 478. *ἀριστο* Phot. Lex. p. 212, 2. 492, 12. 496, 8. Boiss. Anecd. I. p. 97. al. Hinc Aristophanes et Aristoteles saepe de sede certant sicut fr. XCVI. Similiter *Ἀριστοφάνης* pro *Ἀριστοτέλης* Schol. B. Y, 252. Schol. Ar. Vesp. 1292. Etym. M. p. 110, 50. Suid. v. *Ἐμβεβλημένα*: rursus *Ἀριστοτέλης* pro *Ἀριστοφάνης* Schol. *B*, 447. Schol. *Δ*, 137. in Cram. A. P. III. p. 282. Gramm. Herm. p. 362. Demetr. de Eloc. §. 128. ubi cf. Goell. p. 120. Item *Ἀρίσταρχος* et *Ἀριστοφάνης* confundi solent, ut Antiatt. p. 101, 6: *Ἀρίσταρχος Βατράχοις*. Neque immerito coniicias Aristarchi longe celeberrimi grammatici nomen identidem pro Aristophane fuisse substitutum, sicut supra factum vidimus fr. LIX. cf. Schol. *M*, 54. et Schol. *λ*, 264. e Cram. A. P. III. p. 471, 19. a nobis p. 47. emendatum. Saepius etiam *Ἀντιφάνης* et *Ἀριστοφάνης* permutantur; cf. Meinekii Com. III. p. 16. 31. 40. all. quae confusio et in Schol. *I*, 73. emergit, et inde molesta est, quod de meretricibus etiam Antiphanes quidem disputavit, cf. Cap. VII, 5. Similes ambiguitates te-

quod Dindorfius et Bergkius (Com. II. p. 1212.) singulare poetae fragmentum inde effecerunt[2]); fuerunt certe qui Pac. 123. *κάνδυλον* legerent. Gravius lapsus est Cramerus qui grammatico Aristophani hanc ausus est nescio cuius etymologi doctrinam affingere (Anecd. Paris. IV. p. 99.): *Αἴσιμος· προσήκων, δίκαιος· — αἴσιμος καὶ ὁ χωλὸς καὶ ὁ ἄτιμος καὶ ὁ ἀμαθής. Ἀριστοφάνης*, nempe Eccl. 208. quod patet ex Suid. v. *Αἴσιμος*. Idem putabat Aristophanem Byz. laudari in Etym. cod. 2636. Anecd. Par. IV. p. 60: *Ἀργειφόντης, ει· παρὰ τὸ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν. Τρύφων δὲ διὰ τοῦ ι· ἤτοι γὰρ Ἀριστοφάνης, ὁ μεγάλως φανταζόμενος διὰ τοὺς ὀνείρους*. Immo Tryphon *Ἀργιφόντης* dictum putavit pro *Ἀριφόντης*, idque nil differre ab usitato nomine *Ἀριστοφάνης*: vide locos Gaisf. in Schol. Hes. Th. 84. Hinc apparet neque grammaticum dici nec poetam, et rectius scripseris: *ἤτοι γὰρ ἀριστοφάνης*[3]). Porro miramur loco Phrynichi Epit. p. 388.

---

tigimus p. 37. sq. Alia dabit Prellerus in Polem. p. 59. 2) Errorum genus haud infrequens. Velut ipse Meinekius Com. IV. p. 662. erravit cum anonymorum comicorum fragmentis accenseret locum Ar. Ran. 901: *ἀστεῖόν τι καὶ κατερρινημένον*. Nec magis probo recepta ibidem verba: *ἀνεβόησεν οὐράνιον ὅσον*, quae ducta videntur e Ran. 781: *ὁ δῆμος ἀνεβόα — νὴ Δί' οὐράνιόν γ' ὅσον*. Mitto similes lapsus eorum qui tragicorum poetarum et Aristophanis fragmenta collegerunt. Sed illud miror quod Aesch. fr. 327. legitur: *ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον*, receptum e Plat. Rep. VIII. p. 550. C. Neque enim *πόλει* Plato scripsit, quod ineptum est, sed *πύλῃ*: neque deperditum Aeschyli locum respexit, sed Sept. adv. Theb. 451. 570. 3) Veterum etymologiae dici vix potest quoties homines doctos eluserint. Vide v. c. locum intricatissimum (ut cum Osanno loquar) Cornuti de Nat. D. 7. ubi de nomine *Ποσειδῶν* agitur: *εἴτε λόγος καθ' ὃν ἴδιει ἡ φύσις, φύσει ἰδὼν ἐστιν· εἴθ' ὅσον πεδοσείων ὠνόμασται*. Quid *λόγος* sit nescio: sed hoc patet pro *φύσει ἰδὼν* legendum esse *Φυσειδίων*, et statim *εἴθ' οἷον Πεδοσείων ὠνόμασται*. Porphyrius ap. Euseb. Praep. Euang. Vol. I. p. 244. Gaisf.: (*Ἀθηνᾶ*) *ἔστι γὰρ τῆς φρονήσεως σύμβολον, Ἀθηνᾶ τις οὖσα*. Scribendum *Ἀθρηνᾶ τις οὖσα*: caussam periti intelligent. De eadem dea Theol. Arithm. p. 53: *καὶ ἔστιν οἷον Ἀθηνᾶ ἀθήλυντός τις*, ubi pro *Ἀθηνᾶ* requiritur *Ἀθηλᾶ*. Claudat agmen Schol. Eur. Troad. 983. de nomine *Ἀφροδίτη*: *οἱ δὲ Ἀβροδίτην ἀβροδίαιτόν τινα οὖσαν· μόνη γὰρ οὐκ οἶδε πολεμήια ἔργα*. Locum sanabis transpositione hac: *οἱ δὲ ἀβροδίαιτον, Ἀβροδίτην τινὰ οὖσαν.*

decipi potuisse Schneidewinum in Simonid. p. 234. nec probabile arbitramur quod idem de grammatico Aristophane intelligi iubebat mentionem Stephani Byz. v. Ἄργυννος, cf. Intelligenzbl. z. A. L. Z. 1847. p. 476. Denique Westermannus Biogr. Ind. p. 471. grammaticum nostrum dici putavit ap. Suid. v. Θεόπομπος: ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας κατὰ Ἀριστοφάνην. Piget plura afferre ac licebit errores transire nulli amplius nocituros. Restat ut dubia quaedam frustula apponamus, in quibus ultra testium nostrorum egestatem ascendere nobis non licuerit.

XCI. Hesych. I. p. 6: Ἄανθα· εἶδος ἐνωτίου παρὰ Ἀλκμᾶνι ἢ Ἀριστοφάνει.

Eadem Etym. Cram. A. P. IV. p. 84, 18. ubi tamen Ἀάνθα scribitur. Glossa non minus incerta quam Aristophanis possessio. In verbis ἢ Ἀριστοφάνει (quae Schneidewinus Symb. cr. p. 117. ad scripturae varietatem rettulit) grammatici Aristophanis memoriam recondi post Rankium de Hesych. p. 101. suspicatus est C. Schwenckius Mus. Rhen. a. 1843. p. 160. qui ex similitudine nominis ἄνθεμον hoc loco ἄνθα (i. e. ἄνθη) explicatum primitus fuisse coniecit.

XCII. Phot. p. 72, 21: Ἤ ποθεν· ἀμόθεν. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Particulam ἀμόθεν interpretationis loco usurpari non videtur credibile. Recte igitur Ruhnkenius in Tim. p. 26. ex Suida correxit: Ἀμόθεν· ποθέν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Quam emendationem si acceperis, dubitare licet utrum poeta dicatur Aristophanes an grammaticus. Vide comici fr. 580. De ipso ἀμόθεν locis a Ruhnkenio annotatis accedant Etym. M. p. 95, 22. Gud. p. 50, 35. Moschop. περὶ σχεδ. p. 149. denique Hesychius.

XCIII. Suidas: Ἀνασηκῶσαι. ἀνταποδοῦναι ἢ ἀναλαβεῖν, ὥςπερ οἱ ἱστάντες· οἷον ἐξισῶσαι τῷ λείποντι ἢ πλεονάζοντι. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Verbum ἀνασηκοῦν similiter interpretantur Phryn. Bekk. p. 19, 29. Etym. M. p. 100. quo utroque loco deest Aristophanis mentio. Quam de grammatico accipiebat Gaisfordus.

Nos cur poetae verbum ἀνασηκοῦν abiudicetur idoneam caussam non assequimur; insuper quominus de grammatico cogitemus, obstare videtur silentium Hesychii. Itaque poetam malumus intelligi cum Dindorfio (fr. 583.) et Bergkio Com. II. p. 1205.

XCIV. Epim. Hom. in Cram. An. Ox. I. p. 83, 8: ἀνόπαια· ὀπή, ὀπαία καὶ ἀνόπαια, ἡ καπνοδόχη· οὕτως Ἀριστοφάνης. τοὺς γὰρ ἀρχαίους οἴκους ἐν τῇ ὀροφῇ τὰς ἀναπνοὰς ἔχειν.

Verba ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο quantas antiquitus turbas excitarint neminem fugit. Compares quae l. l. sequuntur: Κάσσιος δὲ Λογγῖνος· „ὄρνις δ' ὥς Πανόπαια", ἵν' ᾖ χελιδὼν ἀπὸ τῆς Πανόπης, ἤγουν ἡ Φωκική[4]), ἐπειδὴ ἐν Αὐλίδι τῆς Φωκίδος τὰ παρὰ (l. περὶ) Τηρέως λεγόμενα μυθολογεῖται. καὶ ἡ Πανόπη δὲ Φωκικὴ πόλις. ἢ ἀνόπαια ἡ ἀόρατος[5]). ἄλλοι δὲ ὀνοματικῶς ἐκδέχονται ὄνομα ὄρνιθος. Alia Schol. α, 320. Apoll. L. H. p. 140. Anecd. Bekk. p. 406, 4. al. Commentum supra exhibitum num Aristophanis sit dubito; fortasse Ἀριστοφάνης ortum ex Ἀριστόνικος: vide Etym. M. p. 627, 40. Gud. p. 431, 47. Orion. p. 119, 27. 188, 5.

XCV. Schol. Harl. ν, 247. in Cram. A. P. III. p. 484: ἀρδμοί, ποτισμοί, ἔνθα ποτίζουσι τὰ ζῶα. ἀρδμός, ἐκτατέον τὸ α ὁμοίως τὸ ἄρδω ὁ Ἀριστοφάνης.

Suffeci ποτισμοί pro ποτιμοί: praeterea legendum puto, ὁμοίως τῷ ἄρδω· οὕτως Ἀριστοφάνης. Ipsa observatio num grammatici sit Aristophanis, vehementer dubito. Hesychius: Ἀρδμός· ποτισμὸς ἐν ποταμῷ.

XCVI. Ammon. p. 24: Ἄρρωστος καὶ ἀρρωστῶν διαφέρει. ἄρρωστος μὲν γὰρ ὁ νοσῶν· ἀρρωστῶν δέ ἐστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τὰ κατὰ τὰς ὀρέξεις, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν.

Eadem fere Etym. Gud. p. 82, 51. ubi pro Ἀριστοφάνης legitur Ἀριστοτέλης. Utrius genuinum sit nomen, non

4) Ita legendum. Codex ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια — ἀπὸ τῆς ὀπῆς ἤγουν ἡ φωνητική. 5) Malim ἢ ἀνόπαια ἀοράτως. Cf. Herod. ap. Schol. et Eust. α, 320.

ausim decernere. Res ipsa falso ab Ammonio et Etym. Gud. traditur; veram distinctionem servavit Herenn. Philo p. 158: Ἄρρωστος ἀρρωστοῦντος διαφέρει. ἄρρωστος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τι κατὰ τὰς ὀρέξεις· ἀρρωστεῖ δὲ ὁ νοσῶν. οὕτως Ἀριστογεῖ (sic) δοκεῖ. Hesychius nil nisi Ἀρρωστία· νόσος, ἀσθένεια.

XCVII. Hesych. I. p. 859: Γρίσων· ὗς. Ἀριστοφάνης δὲ ὄνομα δρομέως, νενικηκότος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάδιον. Similiter Etym. M. p. 241, 49: γρίσων ὁ χοῖρος· Ἀριστοφάνης δέ φησι δρομέως ὄνομα. Zon. Lex. p. 452: γρίσων ὁ χοῖρος, καὶ ὄνομα δρομέως παρὰ Ἀριστοφάνει. Cf. Eust. Od. p. 1926, 56: γρίσσων ὁ χοῖρος κατὰ γλῶσσαν.

Poetae tribuit Bergkius Aristoph. fragm. p. 1208. sq. Cum vero Aristoteles de Olympionicis et Pythionicis disseruerit (Diog. L. V, 26. cf. Plut. V. Sol. 11. Hesych. v. Βοῦθος περιφοιτᾷ.), huic probabiliter Küsterus vindicavit quae Albertius ad Aristophanem grammaticum censebat referenda. Cursorem Γρίσωνα non alium intellexerim quam qui vulgo Κρίσων appellatur, cf. Plat. Prot. p. 335. f. Legg. VIII. p. 840. A. Diod. Sic. XII, 5. XXIII, 29. all. E forma Γρίσων depravatum videtur illud quod Papius habet Τρίσων.

XCVIII. Etym. M. p. 286, 23. sive Zon. p. 571. sq.: Δρᾶμα. λέγεται δὲ δράματα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν θεατρικῶν μιμηλῶς γινόμενα, ὡς ἐν ὑποκρίσει, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης· ἐπειδὴ ἐν ἱερῷ Ἡρακλέους δειπνοῦντες ἐγίνοντο χορός. καὶ τὰ ἐκ συσκευῆς δὲ καὶ κακουργίας δρώμενα κατά τινος ὑπό τινων δράματα.

De grammatico haec dici statuit Tittmannus, qui admonuit similium locorum Lex. Bachm. p. 201. et Suidae. Hesychius: Δράματα· ποιήματα, πράξεις, ἢ λόγος περιέχων ὑπόθεσίν τινα. Non liquet.

XCIX. Etym. M. p. 625, 24: ὅθεν καὶ τὸ ἐνικλᾶν· τοῦτο δὲ ὁ Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἀντιλέγειν φησί· τὴν γὰρ ἐν πρόθεσιν ἀντὶ τῆς ἀντί εὑρίσκει, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Αἴαντι, οἷον· τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω, ἀντὶ τοῦ ἀντιστάτην. Ὧρος.

Aiacis indicatur v. 104. unde λέγω scripsi pro λέγει. Aristophanem Sturzius poetam intelligit, nisi forte Homerum potius Orus voluerit. Neque credibile Aristophanis Byzantii interpretationem referri.

C. Etym. M. p. 539, 38: Κροαίνω· τὸ κτυπῶ καὶ ἠχῶ. Ἀριστοφάνης τὸ τοῖς ποσὶ σκιρτᾶν καὶ κροτεῖν. Cf. Etym. Gud. p. 348, 7: Κροαίνειν φησὶν Ἀριστοφάνης τὸ τοῖς ποσὶ κροτεῖν καὶ σκιρτᾶν.

Duplicem verbi κροαίνειν veteres agnoscunt potestatem, ut sit aut κρούειν τοῖς ποσίν, aut ἐπιθυμεῖν. Ita Hesychius, Phot. Suid. alii. Prioris significatus auctorem habent Homerum, alterius Archilochum[6]). De Etymologici loco sic iudicat Dindorfius Aristoph. fragm. p. 246: „Verbum Homericum est κροαίνειν. Aristophanem dicere videtur grammaticum." Probabiliter opinor: nisi forte ipsum Ἀριστοφάνης corruptum est.

CI. Erotian. Gloss. Hippocr. p. 312: Πικερίῳ· βουτύρῳ. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν, ὅτι Θόας ὁ Ἰθακήσιος ἱστορεῖ παρὰ Φρυξὶ πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον.

Cum titulus Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς ὑπομνήμασι per se admodum suspectus sit, tum auget dubitationem silentium Hesychii: cuius quas Rankius p. 101. sq. huc arcessivit glossas Βούτυρον et Ἔλφος, eae a nostro loco alienissimae sunt. Denique ignoro quis sit Thoas Ithacesius. De nomine πικέριον cf. Galen. Gloss. Hipp. p. 544. Zon. p. 1551.

---

6) Cf. Schol. Ven. Ζ, 507: οἱ νεώτεροι ἐπιθυμεῖν, ὡς Ἀρχίλοχος. Recepit inter Archilochi fragmenta Bergkius Poett. lyr. p. 497. f. Merito; quamquam pro Ἀρχίλοχος a Meinekio olim commendabatur Ἀρίσταρχος, a Liebelio Ἀντίμαχος.

# Caput quintum.

## Aristophanis *Παροιμίαι.*

Proverbiis colligendis et explanandis quantum apud Graecos docti homines studium impenderint, tam accurate nuper ostendit F. G. Schneidewinus praef. Corp. Paroemiogr. Vol. I. ut successoribus omnem fere disputandi materiam praeripuerit: statim igitur ad Aristophanis institutum praevertamur paucis describendum. Cum superiore aetate philosophi Peripatetici hisce in rebus expatiati essent, inter grammaticos primus quantum scimus Aristophanes Byzantius eundem angulum diligenti cura amplexus est. Cuius cum *ἄμετροι παροιμίαι* in Schol. Ar. Av. 1292. afferantur, unde necesse est metrica et pedestris orationis proverbia distinxerit, verissime iam Schottus monuit de nostro grammatico intelligendum esse testimonium Marcelli Ancyratis ap. Euseb. adv. Marc. p. 16. C. (ed. Colon. a. 1688.) sive Paroem. Gott. I. p. XXIII: *δυςεύρετόν τι πρᾶγμα τὸ τῆς παροιμίας καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι δοκεῖ. διὸ καί τις τῶν παρ᾽ αὐτοῖς σοφῶν συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρως λεχθείσας παροιμίας, εἰς αὐτὰς γέγραφεν ἓξ βιβλία, δύο μὲν τῶν μετρικῶν, τῶν δὲ ἀμέτρων τέσσαρα.* Ita enim hunc locum restitui in Philol. I. p. 354. n. 7. Quodsi ambitum Aristophanei operis et universam descriptionem aliquatenus aestimare possumus, accuratius tamen rationem qua paroemias digesserit non tenemus: non ad litterarum seriem copias eius directas fuisse, et per se credibile est et e fr. VI. luculenter apparet. Interpres Aristophanes ubique simplicitatem quandam secutus est ac saepius primus rectam viam aperuit.

## 1. Μετρικαὶ παροιμίαι.

I. Suid.: Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτραν. Ἀριστοφάνης. ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων.

Recte Dindorfius aliique grammaticum intellexerunt Aristophanem, quem vel metri species comico poetae nullo modo consentanea, vulgaris vitae usui facile concedenda [1]) manifesto arguit: nam coniecturae ὑποδήματ' ipsa proverbii ratio repugnat, quandoquidem dexter pes non calceos admittit, sed unum requirit calceum. Verissime Aristophanes de iis proverbium intelligit qui temporibus callide inserviant atque ut lucrum reportent quam maximum, sui dissimiles existant et diversissima quaeque committant. Formam ποδονίπτρα praebet etiam Gramm. Bachm. Anecd. II. p. 310. f. et codex Paris. Pollucis II, 196. Interea nostro loco praestat fortasse εἰς ποδάνιπτρον scribi. Certe antiquius videtur α in commissura admissum: cf. Odyss. τ, 343. 504. Aristoph. Com. fr. 290. Amips. Com. II. p. 701. Diocl. II. p. 838. C. I. 3071. Lob. in Phryn. p. 689. Stesichorus quantum scimus nec ποδονιπτήρ usurpavit, nec ποδανιπτήρ: Ath. X. p. 451. D. hoc tantum dicit, pelluvium λιθαργυρέου nomine eum significasse.

II. Schol. Soph. Ai. 745: Εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται. Εἰς παροιμίαν ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει.

Grammatici Aristophanis caussam agi, luculenter demonstrat verbum ἀναγράφειν. Quod non de poëta dicitur qui carmina litteris consignet, sed ut nostrum verzeichnen, eintragen, magistratus proprium est vel scribae, qui rem qualemcunque in tabulas et indices referat: compares εἰς κατάλογον, ἐν στήλῃ ἀναγράφειν et similia [2]) cum translato usu μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψει Plat. Gorg. p. 506. C. κείσεταί σοι εὐ-

---

1) Suidas: Ἄλλα μὲν ὁ Λεύκωνος ὄνος φέρει, ἄλλα δὲ Λεύκων. Quod Bernhardy proposuit, ἄλλα μὲν οὖν Λεύκωνος ὄνος, ad sententiam incommodum est, metri caussa non necessarium.

2) Exempla tituli suppeditant, quorum usus constans flagitare videtur, ut Diog. L. VII, 11: ἐγγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τοῦ δήμου ἐν στήλαις δύο, restituatur ἀναγράψαι. Cf. Meierus

ἐργεσία ἀνάγραπτος Thuc. I, 129. Hinc ad scriptorem transfertur litteratum eum qui indices quosdam condat eorumque ordinibus hanc vel illam rem inserat. Cf. Bentl. Opusc. p. 509. Bast. Epist. crit. Append. p. 35. O. Iahn. in Mus. Rh. N. F. IV. p. 479. f. adde mox fr. III. IV. XI. Sophoclis versum in proverbium cessisse, praeter grammaticum nostrum nemo videtur tradidisse.

III. Zenob. VI, 40: Χάραξ τὴν ἄμπελον. παροιμία, ὅταν ὑπὸ τοῦ σώζοντος τὸ σωζόμενον ἀπατηθῇ. ἀναγράφει δὲ αὐτὴν κακῶς Ἀριστοφάνης· Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.

Consignavit grammaticus noster eam proverbii formam quam praierat Ar. Vesp. 1291. quod interpretes Zenobii fefellit, ut ἀναγράφει Ἀριστοφάνης de poeta acciperent: tu vide quae modo diximus fr. II. Offensionem movet κακῶς, pro quo tentabam καὶ οὕτως: certe vituperii rationem non perspicio. Pro πάθῃ ex aliorum locorum consensu scripsi ἀπατηθῇ. De ipso proverbio cf. Apostol. XX, 54. Zon. p. 1146. Macar. p. 236. Eust. Il. p. 1163, 33. alia apud Schneidewinum. Eodem spectat quod de genere nominis χάραξ praecipitur: cf. Lob. in Phryn. p. 61. sq.

IV. Harpocr. p. 85, 14: Ἔργα νέων. τοῦτο καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους Ἡσιόδου φησὶν εἶναι. παροιμία τίς ἐστιν, ἣν ἀνέγραψε καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς οὕτως ἔχουσαν· Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Cf. Apostol. IX, 36. Sententiam versus Hesiodei fr. 179. certatim alii poetae expresserunt, ut Pindarus fr. 213. Eurip. Menalipp. fr. 23. Belleroph. fr. 13. Item e poeta deprompta suspicor quae Append. Paroem. IV, 6. et Suidas [3]) habent, Νέοις μὲν ἔργα, βουλὰς δὲ γεραιτέροις.

V. Hesych. T. II. p. 816: Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. Ἀριστοφάνης. ἐπεὶ δοκεῖ τοῖς ἐς Κόρινθον εἰςπλέουσι ξένοις χαλεπή τις ἡ πόλις εἶναι διὰ τὴν τῶν ἑταιρῶν γοητείαν. [ἐσπούδαζον γὰρ περὶ τοῦτο οἱ Κορίνθιοι καὶ ῥαθύμως διὰ τοῦτο διῆγον.] Hor. Ep. I. 17.

Att. Diaeteten p. 50. 3) Ubi duorum librorum scriptura γεραι-

Aristophanes utrum poeta dicatur an grammaticus, mihi sicut Dindorfio in Ar. Com. fr. p. 246. incertum videtur; nisi forte ipsa versiculi indoles et forma communem magis vitam sapit quam tersissimi poetae ingenium. Hesychianae interpretationis ut priora verba ex Aristophane Byzantio repetita sint, extrema certe (ubi περὶ τοῦτο pro ἐπὶ τοῦτο restituimus) novellam sapiunt originem. De Corinthiorum luxuria et meretricibus (quarum catalogum praebet Schol. Ar. Plut. 149.) omnia nota sunt [4]). Parodiam nostri proverbii, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς, habet Nicolaus comicus IV. p. 580. v. 26.

## 2. Ἄμετροι παροιμίαι.

VI. Zenob. I, 52: "Ἀκεσίας ἰάσατο· ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἰωμένων. ὅλην δὲ Ἀριστοφάνης ἐν τετάρτῳ ἀμέτρων ἐκφέρει, λέγων· Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο. Ἀκεσίας γάρ τις ἐγένετο ἰατρὸς ἀφυὴς ὃς τὸν πόδα τινὸς ἀλγοῦντος κακῶς ἐθεράπευσεν. Cf. Diogenian. II, 3. Apostol. II, 23. Arsen. p. 35: Ἀκεσίας ἰάσατο. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἰωμένων. καὶ Ἀριστοφάνης· Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο.

Locum Zenobii exhibui prout correxit Dobraeus: libri Ἀριστοφάνης ἐν τετραμέτροις ἐκφέρει. Quae scriptura effecit ut poetam vulgo intelligerent Aristophanem: cui opinioni neque istud ἐν τετραμέτροις favet, neque ipsa verba Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο, quae me iudice tetrametrum non efficiunt. Hinc simul corruit audax Gaisfordi commentum Ἀρχίλοχος ἐν τετραμέτροις. Necesse igitur grammaticum Aristophanem intelligi cum Bernhardyo in Suid. Vol. I, 1. p. 158, 14. Inde ἐν τετραμέτροις non dubito quin ab emendatore librario invectum sit pro vetustiore lectione ἐν τετραμέτρων, i. e. ἐν τετάρτῳ ἀμέτρων. Nomen Ἀκεσίας quamquam cum affinibus (Keil. Anal. p. 108.) haud infrequens fuit, hoc tamen pro-

---

τέροισι non debebat invitis numeris admitti. 4) Veterum locos congessit Leutschius in Zenob. V, 37. Hinc materiam petierunt comoediae Κορινθία s. Κορινθιαστής inscriptae. Ad Philemonis Corinthiam rettulerim Hesych. v. Κυνόφαλοι (Meinek. Com. IV. p. 642.) ubi pro φυλή scribendum suspicor Φιλήμων.

verbio quemlibet significat Asclepiadem iactabundum simul et ignarum. Hinc recte Gramm. Bekk. p. 371, 19: *Ἀκεσίας ἀντὶ τοῦ ἰατρός.* Geminum proverbium *Βουλίας δικάζει* usurpavit Sophr. fr. 105.

VII. Zenob. I, 54: *Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος· ἐπὶ τῶν ἀπειθούντων — ἢ ἐπὶ τοῦ πολλὰ ἰδόντος καὶ πολλὰ ἀκούσαντος, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν.*

Interpretatio Aristophanis simplex et nativa contortulis aliorum machinis longe praeferenda. Vestigia grammatici nostri servavit Diogenianus II, 5. unde *εἰδότος* pro *ἰδόντος* susceperim.

VIII. Zenob. III, 63: *Ἐν ὅλμῳ εὐνάσω. οἱ μὲν Ὅλμον μάντιν φασίν· οἱ δὲ τοὺς ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντας μαντικοὺς γίνεσθαι, ὅθεν καὶ παροιμίαν γενέσθαι. καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός φησιν, ὡς οἱ ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντες μαντικοί, καὶ τοὺς τρίποδας τοῦ Ἀπόλλωνος ὅλμους καλεῖσθαι, καὶ Ἀπόλλων ὑπὸ Σοφοκλέους ἔτολμος.*

Similiter Prov. Bodl. 375. ubi vitiose legitur *ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησίν, ὡς οἱ ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντες γραμματικοί.* Aristophanem secutus est Paus. ap. Eust. Il. p. 836, 43. et Schol. *Α*, 147. in Valck. Anim. ad Ammon. p. 184. Cf. Hesych. Etym. M. p. 344, 38. denique Suid. ubi *μάντιν* in *μαντεῖον* abiit. De multiplici usu nom. *ὅλμος* sive *ὄλμος* (cf. Diog. L. IX, 27. Herod. *π. μ. λ.* p. 10, 32. Muetzell. de Em. Theog. p. 45.) plurimi veterum disseruerunt, praeter Spanh. in Callim. p. 448. sq. et Valck. Anim. ad Ammon. p. 183. sq. vide Etym. G. p. 425, 50. Sophoclis indicatur fr. 875. *Ὅλμος* nomen restituendum Arcad. p. 59, 3.

IX. Schol. Ar. Av. 1463: *λέγεταί τις Κερκυραία μάστιξ. Φρύνιχος Σατύροις· „Κερκυραῖαι δ' οὐδὲν ἐπιβάλλουσι μάστιγες." ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν ἤδη ἐλθεῖν. Ἀριστοφάνης δὲ τὸ Κερκυραία μάστιξ λέγων φησὶν οὕτως· „διὸ καὶ τὰς κώπας αὐτῶν ἐλεφαντίνας ἐποιήσαντο καὶ τῷ μεγέθει περιττάς. ὅθεν καὶ ἡ Κερκυραία ἐπεπόλασε μάστιξ καὶ εἰς παροιμίαν ἦλθε."*

Cf. Zenob. IV, 49. et Hesych. v. *Κερκυραία μάστιξ*: qui loci cum Aristotelis memoriam prodant (*ὑπερηφάνους γὰρ*

συμπραγοῦντας τοὺς Κερκυραίους φησὶν Ἀριστοτέλης γενέσθαι), Coraesio suaserunt, ut in Scholiis Aristophanicis Ἀριστοτέλης pro Ἀριστοφάνης reponeret. Interea quae hic de proverbio Κερκυραία μάστιξ, illic de Corcyraeorum ingenio extant, minime cogunt ut eundem arbitremur utriusque annotationis auctorem. De Phrynichi fragmento cf. Meinek. Com. II. p. 597. Proverbium usurpat praeter alios Eust. Opusc. p. 305, 72. Ineptit Winckelmannus in Antisth. fr. p. 56.

X. **Photius** p. 237, 12. et **Suid.**: *Λύσιοι τελεταί, αἱ Διονύσου. Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρακῶν καὶ φυγόντες ἐς Τροφωνίου, κατ᾿ ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θραξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους, καὶ Διονύσου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. ὡς Ἀριστοφάνης δὲ διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἄμπελον.*

Cf. Apostol. XII, 35. Arsen. p. 340. qui loci suaserunt ut proverbiis accenseremus interpretationem a Meiero olim ad Atticas Glossas relatam. Nec tamen repugnarim, si quis aut Boeotum intelligi iubeat Aristophanem, aut Ἀριστόδημος pro Ἀριστοφάνης malit substitui. Quae nomina confusa habemus apud Phot. p. 333, 8. cuius corruptelam propagarunt Suid. v. Ὁμολώιος Ζεύς. Apostol. XIV, 40. Arsen. p. 381.

XI. **Hesych.** T. II. p. 955: *Πηλέως μάχαιρα. παροιμία, ἣν ἐκ πλήρους Ἀριστοφάνης ἀναγράφει οὕτω· Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ ὁ Πηλεὺς τῇ μαχαίρᾳ. ἐδόκει γὰρ σωφροσύνης γέρας εἰληφέναι.*

Consentiunt fere **Phot.** p. 428, 3. et **Suid.**: *Πηλέως μάχαιρα, παροιμία. ταύτην ἀναγράφει καὶ Ἀριστοφάνης οὕτως· Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.* Grammatici Aristophanis caussam agi, non poetae (cuius ceterum cf. Nub. 1063: *ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε διὰ τοῦτο τὴν μάχαιραν*), ostendit verbum *ἀναγράφειν* (de quo diximus fr. II.) ac dudum viri docti agnoverunt: cf. Dindorf. de Aristoph. fragm. p. 19. sq. et qui ad metrica proverbia minus probabiliter hanc mentionem revocabat Schneidewin. praef. Paroemiogr. p. XI. Auctores proverbii diligenter annotavit Leut-

schius in Zenob. V, 20. De fabula ab artificibus subinde proposita vide quos excitat Walzius in Arsen. p. 351.

XII. Schol. Ar. Av. 1292: Πέρδιξ ὄνομα καπήλου. χωλὸς δὲ ἦν οὗτος. — ἀπὸ τούτου δέ φασι τὴν παροιμίαν Πέρδικος σκέλος, ἧς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς ἀμέτροις παροιμίαις μνημονεύει.

Claudum cauponem Perdicem saepissime ut videtur a comicis poetis irrisum [5]) multa notant proverbia, Περδίκειος πούς (Suid.), Πέρδικος καπηλεῖον (App. Prov. IV, 66.), denique illud Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος (App. II, 65.) sive simpliciter Πέρδικος σκέλος, quo Pamphilus utitur ap. Ath. I. p. 4. D. et identidem usus dicitur Hegemo Thasius, qui versibus explendis illud sarmentum lepide inculcabat. V. Meinekium Ex. in Ath. I. p. 2. haud immemorem similis proverbii Κήπιδος σκέλος.

XIII. Etym. M. p. 736, 23: Συρβηνός ὁ ταραχώδης, ἀπὸ τῶν αὐλούντων μετὰ θορύβου. — καὶ συρβηνέων χορός, ὁ τεταραγμένος καὶ συώδης· ἀπὸ τοῦ ταῖς κυσὶν ἐπιφωνουμένου συρβάβυττα τὸν τάραχον· καὶ σύρβη, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.

Locum corruptissimum iuvat Photius, ubi eiusdem glossae membra tribus locis feruntur, p. 557, 9: Συρβηνεύς ὁ ταραχώδης· ἀπὸ τῶν αὐλούντων μετὰ θορύβου —. καὶ συρβηνέων χορός, ὁ τεταραγμένος καὶ συώδης· ἀπὸ τοῦ τοῖς ὑσὶν ἐπιφωνουμένου. p. 559, 1: Συώδης ἀπὸ τοῦ τοῖς ὑσὶν ἐπιφωνουμένου [6]). p. 557, 7: Συρβάβυττα. καὶ τὸν τάραχον τύρβη· ὡς Ἀριστοφάνης. Unde in Etym. M. reponas primum Συρβηνεύς [7]), deinde ὑσὶν vel συσὶν pro κυσίν, denique nisi gra-

---

5) Vide potissimum Ar. Av. 1294. et fr. 148. ubi vulgaris lectio: καὶ μὴν χθές γ' ἦν Πέρδιξ χωλός magis ipso Perdice claudicat. Libri autem χθὲς γὰρ ἦν: unde restituimus καὶ μὴν χθὲς παρῆν Πέρδιξ ὁ χωλός. Quam coniecturam probat Meinekius Com. Gr. ed. min. p. XI. 6) Inertem laciniam Suidas male propagavit. 7) Formam συρβηνός quamvis et Lobeckius Pathol. p. 192. concesserit, et Schneidewinus in Zenobio VI, 1. reposuerit, non magis veram iudico, quam frequentiorem scripturam συρβήνης (cf. Zenob. VI, 1. Suid. Vol. II, 2. p. 984, 3.). Verissime Meinekius

vior est corruptela, καὶ τὸν τάραχον σύρβην. Vitium utrique grammatico commune habes in verbis ἀπὸ τῶν αὐλούντων μετὰ θορύβου, ubi necesse est scribatur ἐπὶ τῶν αὐλούντων [8]): item συρβάβυττα, cuius loco restituimus σύρβα τύρβα duce Macario p. 432: Σύρβα τούρβα· ἐπὶ τῶν ἀτάκτως καὶ μετὰ θορύβου διαπραττομένων. Cf. Aeschyl. fr. 309. et Hesych. T. II. p. 1315: Σύρβα· μετὰ θορύβου. Adde quae de vv. σίττα, ψίττα, χύρρε similibusque ἐπιφθέγμασι supra diximus p. 161. sq. Ceterum Paroemiis hunc Aristophanis locum ascripsi duce Meiero Ind. schol. hib. Hal. a. 1842. p. XII. n. 90. fidem secutus inprimis Zenobii VI, 1. sive Prov. Bodl. 857.

---

Com. II. p. 67. 8) De confusis ἀπό et ἐπί cf. supra p. 160. n. 23. et Boiss. in Aen. Gaz. p. 180. sq. Adde Euseb. Dem. Euang. p. 208. D: τὰς πάλαι περισπουδάστους ἐκείνας ἀνθρωποθυσίας τάς τε αἰσχρὰς καὶ ἐπιρρήτους περὶ θεῶν διηγήσεις. Ubi pro ἐπιρρήτους manifesto legendum ἀπορρήτους. Item Nemes. de N. H. p. 363: φυσικῶς γὰρ ὁρῶντές τινας πάσχοντας συστελλόμεθα, ὡς εἴρηται καλῶς καὶ Μενάνδρῳ τὸ „φοβούμενοι τὸ θεῖον ἐπὶ τοῦ σοῦ πάθους". Menandri versum (Meinek. Com. IV. p. 291.) intelligerem si scriberetur: ἀπὸ τοῦ σοῦ πάθους.

# Caput sextum.

## Aristophanis comm. in Callimachi Πίνακας et argumenta fabularum Aristophani tributa.

1. Cum Ptolemaei reges immensam librorum copiam splendidissima munificentia et liberalitate undique collegissent, necesse fuit volumina illa digeri, ex argumenti natura et aetatum successione ad ordines suos revocari, denique indicibus litteratis consignari et accurate describi. Cui muneri quanto studio et sedulitate, quam circumspecto iudicio et doctrina homines eruditi bibliothecae Alexandrinae praefecti incubuerint, vel e tenui qua imbuti sumus rei notitia abunde perspicimus. Primum igitur curarunt Alexandrini grammatici, ut veterum scriptorum exemplaria secundum dicendi genera componerentur, quod officium ita inter se partiti sunt, ut alii tragicorum, alii comicorum poetarum, alii aliorum scriptorum curam susciperent. Deinde in singulis dicendi generibus temporum ordini opera litterata astrinxerunt, et quae cuiusque auctoris scripta ferrentur collegerunt et disposuerunt. Sic tandem iis licuit universas bibliothecae opes ad catalogos quosdam sive πίνακας revocare, quibus non solum singulos omnium auctorum libros percenserent, sed etiam de praestantia eorum ac fide iudicium interponerent atque ingenium artemque scriptorum in censuram vocarent, denique ambitum singulorum voluminum apposito cuiusque initio et fine additoque versuum numero significarent. Pluribus rem persequi a consilio nostro alienum, praesertim cum alii satis accurate quantum nunc licet singula excusserint [1]). Itaque ut potiora quaedam delibemus,

---

1) Inprimis cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. I. p. 134. sqq. Praecipuos πινακογράφους recenset Meinekius Hist. crit. p. 9. sqq. quicum compares quae de didascaliis post Casaub. Anim. in Ath. VI, 7. exposuit Boeckhius Corp. Inscr. Vol. I. p. 350. Στιχομετρίαν accuratissime persequitur Ritschelius de bibl. Alex. p. 91. sqq.

primi in digerendis veterum scriptorum operibus versati produntur Alexander Aetolus et Lycophro Chalcidensis, quorum tragicos ille, hic comicos poetas ordinavit. Vide Script. de comoed. in Cram. Anecd. Par. I. p. 6. sive Meinek. Com. II. p. 1237: Ἰστέον ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προτραπέντες τὰς σκηνικὰς διώρθωσαν βίβλους, Λυκόφρων μὲν τὰς τῆς κωμῳδίας (cf. Clinton. F. H. III. p. 503.), Ἀλέξανδρος δὲ τὰς τῆς τραγῳδίας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς σατυρικάς. Quibus Zenodotum addit auctor Scholii Plautini (Ritschl de bibl. Alex. p. 3. Meinek. Com. II. p. 1243.): *Alexander Aetolus et Lycophron Chalcidensis et Zenodotus Ephesius impulsu regis Ptolemaei Philadelphi cognomento, qui mirum in modum favebat ingeniis et famae doctorum hominum, Graecae artis poeticos libros in unum collegerunt et in ordinem redegerunt, Alexander tragoedias, Lycophron comoedias, Zenodotus vero Homeri poemata et reliquorum illustrium poetarum.* Celeberrimus vero extitit ac principem in hisce occupationibus locum sibi vindicavit Callimachus, de quo significationem habes Anonymi ap. Meinek. Com. II. p. 1238: ὧν (βίβλων) τοὺς πίνακας ὕστερον Καλλίμαχος ἀπεγράψατο, et Scholii Plautini: *Callimachus aulicus regius bibliothecarius, qui etiam singulis voluminibus titulos inscripsit**). Plenum uberrimi operis titulum Suidas indicat T. II. p. 232. ubi Callimachi afferuntur πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κʹ καὶ ρʹ, quibus continuo accedit singularis capitis inscriptio, Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν (ita enim probabiliter correxerunt pro διδασκάλων). Item aliae partes laudantur, ut ἡ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφή ap. Ath. XV. p. 669. D. E. et ὁ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίναξ Ath. VI. p. 244. A. XIV. p. 643. F. Indidem tragoediarum et comoediarum mentionem repetit A. Heckerus Comm. Call. p. 4. Reliquias per saturam congestas praebet Ernest. p. 470—472. quibus prae-

*) Cum iis quae ex Anonymo Crameri et Scholio Plautino attulimus, compares Schol. in Aristoph. Prolegg. nuper edita ab H Keilio in Mus. Rhen. N. F. VI. p. 110.

ter ingeniosam disputationem Ahrensii de D. D. p. 229. adde Schol. Ven. Eur. Androm. 446. Eidem negotio alii sese grammatici addixerunt, velut Pergameni πίνακες memorantur ap. Dionys. Hal. de Dinarcho iud. 11. cf. ibid. 1. Ath. VIII. p. 336. D. Cf. Steph. Byz. v. Ἄβδηρα: πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται. v. Αἶνος: τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος, ὡς Τήνιος, οὕτω γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι. Sed quotcunque eandem provinciam administrarunt[2]), eos omnes obscuravit Callimachei operis praestantia, cuius virtutes potius quam delicta effecisse videntur, ut Aristophanes Byzantius munus a magistro inchoatum persequeretur. Quod qua ratione fecerit, paucis videbimus.

Laudatur igitur ap. Ath. IX. p. 408. F. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας: cuius tituli quamvis vaga sit notio, nemo tamen nunc probarit pristinam quorundam (ut Fabricii B. Gr. III. p. 822. 823. Harl.) interpretationem eam ut Aristophanes adversus Callimachum disputasse traderetur; quis enim censeat Callimachei operis rationem adeo Aristophani displicuisse, ut peculiari libro eam sibi sumeret impugnandam, aut quis veterum de Callimachi et Aristophanis dissidio vel tantillum memoravit? Rectius igitur commentarium cum Bernhardyo Hist. litt. Gr. I. p. 135. et Heckero Comm. Call. p. 27. sq. intelligas, sive malis supplementa et additamenta tum ad ditandam Callimacheorum πινάκων materiem collata, tum paulo liberius evagata atque observationes sive historicas sive grammaticas complexa. Utrumque idoneis locorum testimoniis facile potest demonstrari. Operae enim a Callimacho susceptae ulterius producendae et e novis quae allatae essent librorum copiis locupletandae Aristopha-

2) Quod Cratetem inter πινακογράφους rettulerunt Casaubonus et alii, eius rei fidem desidero; certe Athenaei locus a Meinekio Hist. crit. p. 13. adhibitus (VIII. p. 336. E.) nil comprobat. Nec magis exploratum habeo de Carystio Pergameno, cuius opus περὶ διδασκαλιῶν (Ath. VI. p. 235. E.) huc referunt. Probabilius eo in campo versatos dixeris Demetrium Scepsium et Apollonidem Nicaenum, cf. Harpocr. p. 103, 17: ἐν ἐνίοις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἀναγράφει, εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῷ τάδε κτλ. Ita enim scripserim, cum vulgo legatur Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. ἀναγράφουσι

nem intentum fuisse, et per se probabile est, cum vetustatis monumenta nisi lente anquiri non potuerint, et perspicue indicat Ath. VIII. p. 336. E. de Alexidis Asotodidascalo haec afferens: *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι, πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, οὐ περιέτυχον τῷ Ἀσωτοδιδασκάλῳ, ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα· οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδ' οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.* Fortasse idem opus spectabat Cicero Callimachi et Aristophanis studia consocians de Orat. III, 33, 132: *An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios qui vulneribus, alios qui oculis mederentur? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante, tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur, atque ut alius aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret?* cf. id. de Fin. V, 19, 50: *Quem enim ardorem studii censetis fuisse in Archimede —? quantum Aristoxeni ingenium consumtum videmus in musicis? quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris duxisse?* Unde colligimus commentarios Aristophanis una cum praestantissimo Callimachi opere hominibus doctis tam Graecis quam Romanis aliquamdiu primarium fuisse omnis litterarum historiae fundamentum. Eodem referas Schol. Ar. Nub. 967: *Τηλέπορόν τι βόημα] καὶ τοῦτο μέλους ἀρχή. φασὶ δὲ μὴ εὑρίσκεσθαι, ὅτου ποτ' ἔστιν, ἐν γὰρ ἀποσπάσματι ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ εὑρεῖν Ἀριστοφάνη· τινὲς δέ φασι Κυδίδου* [3]) *τινὸς Ἑρμιονέως· „Τηλέπορον τι βόαμα λύρας".* Quo e loco cura Aristophanis in perscrutandis bibliothecae Alexandrinae opibus collocata facile intelligitur [4]). Eundem vero Aristophanem

---

*δὲ ἐν αὐτῷ τάδε.* 3) Plerique nunc edunt *Κυδίου* de coniectura Bernhardyi. Mihi potius scribendum videtur *Κηδίδου.* Quod Cydiam vulgo tradunt patria fuisse Hermionensem, eum errorem iam dimitti iubeo. 4) Alii quidam loci falsa interpretatione huc revocati poetam significant Aristophanem, non grammaticum. Ita locum Etym. Gud. p. 474, 26. sive Cyrill. in Cram. A. P. IV. p. 188:

id sibi sumpsisse, ut doctorum hominum more peculiares quasdam observationes ab argumento magis remotas arcesseret, ostendit fragmentum VIII. ab Athenaeo traditum. Neque improbabile est, de fide et integritate singulorum quos recenseret librorum diligenter Aristophanem circumspexisse ac dubitationes de tralaticio huius illiusve operis auctore conceptas ipsis hisce Callimacheorum *πινάκων* supplementis explicasse. Certe quod Hesiodo Scutum et *Ὑποθήκας Χείρωνος* abiudicavit, eam sententiam non video quo loco aptius explicare potuerit. Eidem operi assignamus tum quae de ordine Pindaricorum carminum, de numero fabularum Sophoclearum, de partitione Platonicorum dialogorum protulisse dicitur, tum iudicia de complurium scriptorum dignitate nobis prodita.

I. Argum. Hes. Scut. (edit. Goettl. p. 108.): *Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ϛ'. ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης οὐχ ὁ κωμικός, ἀλλά τις ἕτερος γραμματικὸς ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου.* Quintil. I, 1, 15: *Quidam litteris instituendos qui minores septem annis essent non putaverunt —. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt qui ante grammaticum Aristophanem fuerunt; nam is primus Ὑποθήκας, in quo libro scriptum hoc invenitur, negavit esse huius poetae.*

Coniunxi duas notitias ipsa re arctissime nexas, quas cur huc rettulerim manifestum. Quae primo loco affertur Aristophanis suspicio dubitari potest quo maxime pertinuerit. Nam scholiastae verba *ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου ἀλλ' ἑτέρου τινὸς κτλ.* aegre definias utrum caussam prodant ab ipso Aristophane allatam, cui sine dubio luculentiores *ἀθετήσεως* rationes suppetebant, an e sequioris grammatici ingenio prodierint. Posterius credidit F. A. Wolfius, qui cum dicat suspicionem Aristophanis ad totos *Καταλόγους* pertinuisse (Prolegg. p. 218, n. 90.), aperte censuit non scuti Her-

*Πολύιδος* — *οὕτως δὲ καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται ὑπὸ Ἀριστοφάνους*, de grammatico Alexandrino dictum putarat Heckerus Comm. Callim. p. 27. quam opinionem retractavit p. 152. Similem Westermanni errorem de Suid. v. *Θεόπομπος* supra p. 231. perstrinximus.

culei descriptionem Aristophani improbatam fuisse, sed primos Ἀσπίδος versus (1—56.) nunc alieno loco inculcatos, olim in Catalogo lectos. Nec desunt quibus Wolfii ratio commendetur. Tametsi enim cur ad omnes Catalogos Aristophanis suspicionem dilatemus caussam non assequor, initium tamen Scuti haud pauca continet quae vix ac ne vix quidem Hesiodo concesseris [5]). Rursus quod scholiasta contendit ipsum Scutum utpote ieiunam Homerici exemplaris imitationem ab Aristophane fuisse damnatum, id similibus aliorum scriptorum annotationibus commode fulcias [6]). Unde Scutum Aristophani suspectum fuisse eo lubentius crediderimus, cum insequentia scholiastae Hesiodei verba aperte de Scuto intelligenda sint: *Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα τοῦτο, ἄλλως δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ. ἄλογον γάρ φησι ποιεῖν Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητέρος ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα.*

Deinde quod *Χείρωνος Ὑποθήκας* (Goettl. fr. 178—186.) Hesiodo Aristophanes abrogavit, in eo aliorum consensu haud destitutus fuit, cf. praeter alios Cic. ad Att. VII, 18: *etsi illud ψευδησιόδειον (ita enim putatur) observo, Μηδὲ δίκην.*

Ceterum calidius egit Wolfius, qui quascunque de libris Hesiodeis prolatas vidisset suspiciones, eas omnes ab Aristophanis Byzantii auctoritate iusserit repeti. Quae si vera esset opinio, secundum Pausaniae locum not. 6. ascriptum sola *Ἔργα* Hesiodo Aristophanes reliquisset: qualis temeritatis cur Aristophanes reus agatur, caussa non extat.

---

5) Insolentia videntur adv. *τόθεν* v. 32., mensura nominis *Ἠλεκτρύων*, adi. *φερεσσακής* v. 13. *ὑπὲρ σακέων πνείοντες* v. 24., denique forma aperte vitiosa *βλεφάρων κυανεάων* v. 7. quae Homerico et Hesiodeo *ἐάων* non satis excusatur, sed cum formis *μοτάων, νησάων, Σειρηνάων* similibus (cf. Ahrens. de Dial. Dor. p. 228. sq.) proxime videtur componenda. 6) Cf. Bekk. Anecd. p. 1165: *βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ Ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου.* Similiter Theodos. Goettl. p. 54. Gramm. Cram. A. O. IV. p. 315, 24. Schol. Dionys. Thr. p. 672, 8. Accedat Paus. IX, 31, 4: *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι (f. ἐποίησεν) οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον.*

II. Cic. ad Att. XVI, 11, 2: *Quod vereris ne ἀδόλεσχος mihi tu: quis minus? cui ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.*

Improbanda videtur sententia Bergkii, qui poetam Aristophanem h. l. intelligi voluit Comm. de reliq. com. Att. ant. p. 7. atque improbavit Schneidewinus ibid. p. 439.

III. Thom. M. Vit. Pind. (Vol. II. p. 5. Boeckh.): ὁ δὲ ἐπινίκιος οὗ ἡ ἀρχὴ „Ἄριστον μὲν ὕδωρ" προτέτακται ὑπὸ Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικὰ διὰ τὸ περιέχειν τοῦ ἀγῶνος ἐγκώμιον καὶ τὰ περὶ τοῦ Πέλοπος, ὃς πρῶτος ἐν Ἤλιδι ἠγωνίσατο.

Pindarica carmina disponens quibus rationibus Aristophanes ductus fuerit, certo nunc dici non potest: biographus quod affert, fide caret. Probabiliorem caussam petas e Luciani Somn. 7: (ὁ Πίνδαρος) ὕδωρ ἄριστον εἰπὼν εἶτα τὸ χρυσίον θαυμάζει, εὖ ποιῶν, ἐν ἀρχῇ εὐθὺς τοῦ βιβλίου κάλλιστόν τι ᾀσμάτων ἁπάντων.

IV. Auct. Vitae Sophocl. ed. Brunck. p. X: ἔγραψε δὲ (Sophocles), ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα· τούτων δὲ νοθεύεται δέκα ἑπτά.

Ad commentarios Callimacheorum πινάκων hanc mentionem referendam monuit iam Ritterus in Didymi quem dicit Opusc. p. 52. De numero Sophoclearum fabularum cf. Suid. v. Σοφοκλῆς: ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ', ὡς δέ τινες καὶ πολλῷ πλείω, et quos affert Bernhardy Hist. litt. Gr. II. p. 800.

V. Syrian. in Hermog. Vol. IV. p. 101: ὅθεν καὶ Μενάνδρῳ τῷ κάλλιστα τὸν βίον μιμησαμένῳ [7]) ἀπὸ τῶν τοιούτων αἱ ὑποθέσεις πᾶσαι συμπληροῦνται· εἰς ὃν καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς εὐστοχώτατα εἶπεν ἐκεῖνο· „Ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο;"

De Menandro quam honorifice Aristophanes Byzantius indicarit, praeter hunc locum docet Epigr. Brunck. Anal. III. p. 269. ubi secundum ab Homero gradum ei dicitur vindicasse:

---

7) Cod. Ven. ἐκμιμησαμένῳ. Sequentia ibidem sic leguntur: πᾶσαι ὑποθέσεις ἐκ τῶν τοιούτων ἠθικῶν συμπληροῦνται, διόπερ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς εὐστοχώτατα πεποίηκεν εἰς αὐτὸν ἐκεῖνο.

*Ἀλλά σε δεύτερ' ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον*
*Γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.*

Quae ipsa mentio ad *Πίνακας* videtur referenda. Simile Goethii iudicium comparavit R. Schmidtius de Callistr. p. 22. Celeberrimum vero Aristophanicum illud, *ὦ Μένανδρε καὶ βίε κτλ.* Quo splendido praeconio laudatur ea Menandri dexteritas, in qua summum comicae poeseos fastigium haud pauci veterum iudices collocarunt, dico felicissimam vitae vulgariumque morum imitationem, virtutem ab aliis quoque identidem in Menandro laudatam [8]. Ceterum in Aristophanis voce pro *ἐμιμήσατο* complures reposuerunt *ἀπεμιμήσατο.* Utrum praeferendum sit, e codicum pendebit auctoritate, de qua Walzius silet. Si tamen *ἀπεμιμήσατο* ipsis libris commendetur, quod Aristophanis verba trimetrum efficiant, id fortuitum crediderim.

VI. Diog. L. III, 61. ubi de Platone philosopho disseritur: *ἔνιοι δέ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς διαλόγους. καὶ πρώτην μὲν τιθέασιν ἧς ἡγεῖται Πολιτεία Τίμαιος Κριτίας, δευτέραν Σοφιστὴς Πολιτικὸς Κρατύλος, τρίτην Νόμοι Μίνως Ἐπινομίς, τετάρτην Θεαίτητος Εὐθύφρων Ἀπολογία, πέμπτην Κρίτων Φαίδων Ἐπιστολαί, τὰ δ' ἄλλα καθ' ἓν καὶ ἀτάκτως.*

Platonis dialogos constat ab veteribus criticis diversissima ratione fuisse coniunctos. Trilogiae Aristophanis nec temerariae omnino videntur neque habere admodum quo commendari possint.

VII. Diog. L. X, 13: *κέχρηται δὲ (Ἐπίκουρος) λέξει κυρίᾳ κατὰ τῶν πραγμάτων, ἣν ὅτι ἰδιωτική ἐστιν, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς αἰτιᾶται. σαφὴς δ' ἦν οὕτως ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ τῆς ῥητορικῆς μηδὲν ἄλλο ἢ σαφήνειαν ἀπαιτεῖν.*

Epicureum dicendi genus cur Aristophanes vituperarit, e philosophi reliquiis facilius colligas quam e Diogene, ubi vulgo scribitur *ὅτι ἰδιωτάτη ἐστιν,* qua lectione deceptus est

---

8) Cf. Quintil. X, 1, 69. Gramm. in Ammon. Lips. p. LIII. [illegible]odos. Goettl. p. 58. sq. all. Sed quod Schaeferus in Walz. [illegible] III. p. 440. sq. coniiciebat *βιολόγον* Menandrum fuisse di-

Gros. in Philodem. p. LXXIX. Verum si quis Epicuri sermonem intueatur, cuius potiora specimina composuit Bakius in Cleomed. p. 426. sqq., is dubitare non poterit quin displicuerit Aristophani vilis ille ac plebeius loquelae color et spurcities quaedam subrustica. Itaque cum Bakio scribendum putavi *ἰδιωτική* 9), de qua voce attulisse sufficiet illud *τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἰδιωτικῶς λεγόμενον* apud Eust. et alibi saepissime obvium.

VIII. Ath. IX. p. 408. F: *Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρός καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι· παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρός, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι· ἔοικε δ' ὁ γραμματικὸς τοῦτο πεφυλακέναι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς.* Cf. ibid. p. 410. B: *σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι κατὰ χειρός ἔλεγον, οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός φησιν, ὅτι πρὶν φαγεῖν οἱ Ἀττικοὶ κατὰ χειρός ἔλεγον, μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι ἀπονίψασθαι* 10). Ex Athenaeo profecit Eust. Od. p. 1401, 19: *Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικός φησι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρός, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. τοῦτο δὲ παρ' Ἀττικοῖς ἴσως πεφύλακται.*

Probant Aristophanis observationem sequiores grammatici plerique, cf. Ammon. p. 21. Schol. Ar. Vesp. 1216. Lex. Segu. p. 432, 25. Suid. v. *Ἀπόνιπτρον*. Thom. M. p. 3. sq. Nec dubium quin verissime Aristophanes statuerit. Luculentissimum exemplum praebet Ar. Vesp. 1216. sq.: *ὕδωρ κατὰ χειρός· τὰς τραπέζας εἰςφέρειν· δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ'· ἤδη σπένδομεν.* Item *κατὰ χειρὸς ὕδωρ* de aqua ante coenam adhibita dicitur Ar. Av. 464. fr. 427. adde Meinek. Com. III.

---

ctum, fide caret: cf. Meinek. Com. IV. p. 650. f. 9) Simili vitio inquinatus est Euseb. Praep. Euang. XV. p. 816. B: *Σωκράτους τοίνυν ἀκουστὴς ἐγένετο Ἀντισθένης Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα; ὃς ἔφη τοῦ ἥδεσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον εἶναι.* Ubi pro *Ἡρακλεωτικός* scribendum *Ἡρακλειότατος*. Respicitur illud quod de Antisthene tradit Diog. L. VI, 3: *ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν, συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου.* 10) Vulgo *τὸ νε-*

p. 502. IV. p. 435. 563. Sophr. fr. 50. De opposito ἀπονίπτεσθαι cf. vel Antiphanes Com. III. p. 21. 74. Praeterea grammatici (cf. Lobeck. in Phryn. p. 327.) observant κατὰ χειρός Attice dici, non κατὰ χειρῶν. Reperitur tamen aliquoties κατὰ χειρῶν, verumtamen quod memorabile est, semper de lavatione post coenam solita: ita praeter Philyllium et Menandrum (Meinek. Com. II. p. 857. IV. p. 208.) Antiphanes III. p. 147. unde haud fortuitum duco quod Philoxenus Δείπνου initio κατὰ χειρός, sub finem κατὰ χειρῶν dixit [11]. Contra qui κατὰ χειρός de aqua post coenam adhibita dixerit unum habeo Demonicum (Meinek. Com. IV. p. 570.), cuius locus ne ipse quidem dubitatione vacat. Translate Attici τὸ ῥᾷστον πάντων καὶ εὐχερέστατον κατὰ χειρὸς ὕδωρ καλοῦσιν: vide Meinek. Com. II. p. 339. 362. et Hesych.: Κατὰ χεῖρα· ἕτοιμα, εὐχερῆ: ubi pro χεῖρα malim χειρός, similiter atque in Plut. Mor. p. 50. C. et Ptolemaeo q. d. Ascalonita (Fabr. B. Gr. VI. p. 158.): κατὰ χεῖρας δὲ ὕδωρ αἰτῆσαι πρὸ τοῦ φαγεῖν καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν.

---

2. Ab universa hac opera in veterum libris colligendis et digerendis posita non multum distant ὑποθέσεις complurium fabularum grammatico nostro tributae, de quibus statim dicemus. Argumenta autem sive summaria singulis fere Graecorum dramatis praefixa quae nunc feruntur, tam aetate quam indole sive praestantia inter se sunt diversissima. Inprimis vero maxime differunt ὑποθέσεις soluta oratione compositae et numeris vinctae. Nempe cum prosae orationis summaria quantumvis ceteris in rebus dissimilia plerumque praeter argumenti expositionem tum de scena, choro singulisque personis, tum de tempore quo fabulae actae fuerint, tum de mytho et diversa ratione qua eandem materiem suo quisque poeta consilio aptarit, tum de titulo, fide, similibus rebus haud in-

---

ψασθαι, quod correxi. 11) Vide Bergk. Poett. lyr. p. 851. fr. 1. et p. 854. fr. 2, 40. De usu numeri pluralis unus fortasse nobis obest Clemens Alex. Strom. V. p. 673: ἀλλὰ καὶ ὁ θύτης Δίων ὁμοίως φαίνεται γράφων· „καὶ βέδυ λαβὼν κατὰ χειρῶν καταχέου καὶ ἐπὶ τὴν ἱεροσκοπίην τρέπου“. Nam apud Eust. Od. p. 1402, 45. κατὰ

docte disserant, ἔμμετροι contra ὑποθέσεις in eo subsistunt, ut nudum argumentum numeris innumeris quam brevissime decantent. Cum igitur prior ordo multa continere soleat scitu dignissima et ex integerrimis doctrinae fontibus derivata, alterius generis ne tantillum quidem est quod non ex ipsis fabulis etiam nunc possit colligi et ab versificatore mediocri adeo melius pronuntiari. Quodsi de tempore cui utrumque genus debeatur computationem ineamus liberam neque praeiudicatis opinionibus obcaecatam, utrum sit genus antiquius nemo ambiget, ac vel invita librorum auctoritate prosae orationis argumenta priori aevo deberi censebimus. Contra libri nostri cum ἀμέτρων ὑποθέσεων auctores ignorare soleant, metricas plerasque ad ipsum referunt Aristophanem Byzantium. Quam narrationem nimis secure hucusque propagatam ne parum considerate videar reiicere, curam ab veteribus in hisce argumentis collocatam paulo altius lubet repetere.

Signiferum studiorum istorum novimus **Aristotelem**, cuius διδασκαλίας et Diog. L. IV, 26. testatur, et grammatici saepius afferunt [12]). Magistri vestigia presserunt discipuli, cf. Plut. adv. Epicur. p. 1096. A: τίς χορὸς — οὕτως ηὔφρανεν Ἐπίκουρον καὶ Μητρόδωρον, ὡς Ἀριστοτέλην καὶ Θεόφραστον καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δικαίαρχον οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλιῶν καὶ τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν; Ubi Theophrasti significatur liber περὶ κωμῳδίας, Diog. L. V, 47. Ath. VI. p. 261. D. Qui accedit Hieronymus Rhodius amplum περὶ ποιητῶν opus condidit (Ath. XIV. p. 635. F.), cuius singulae partes laudari solent. Denique qui tertio loco appellatur Dicaearchus, eum de argumentis Sophoclearum quarundam et Euripidearum fabularum disputasse testatur Sextus Emp. p. 697: (ὑπόθεσις λέγεται) ἡ δραματικὴ περιπέτεια, καθὸ καὶ τραγικὴν καὶ κωμικὴν εἶναι λέγομεν καὶ Δικαιάρχου τινὰς ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου ἢ

---

χειρῶν in communi sententia usurpatur. 12) Cf Casaub. Animadvv. in Ath. VI, 7. et Meinek. Hist. crit. p. 5. sq. Falso Bernhardy Hist. litt. Gr. II. p. 557. ad tragoediam hasce διδασκαλίας restringit. Refragatur quod Photius p. 338, 19. et alii habent: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Διδασκαλίαις καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφήν

(l. καὶ) Σοφοκλέους μύθων. Quam mentionem ex ipsis Argumentis nostris fulcire licet, cf. Argum. Soph. Ai. et Oed. R. quibus accedat locus nunc depravatus, Arg. Rhesi: Πρόλογοι δὲ διττοὶ φέρονται· ὁ γοῦν δικαίαν ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως· „Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος". Ubi pro inepto δικαίαν certa emendatione revocamus Δικαίαρχος [13]). E diverso eiusdem opere petitum videtur quod Argum. Ar. Ran. traditur: (τὸ δρᾶμα) καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος. Deinceps grammatici Alexandrini cum monumenta litterata colligerent, intentiore studio hasce quae in ὑποθέσεσι tractari solent quaestiones expenderunt eorumque operae potiores quas habemus mentiones debentur. Ita praeter Callimachum et Eratosthenem qui obiter huiusmodi res attigerant, dedita opera complurium fabularum argumenta enarrasse videtur Aristophanes [14]), cuius ni fallor ea in hoc genere fama extitit, ut sequioris etiam aevi ὑποθέσεις ad eundem referrentur. Neque inter Pergamenos grammaticos defuerunt qui hisce studiis vacarent, ut Carystius περὶ διδασκαλιῶν scripsit teste Ath. VI. p. 235. E. Ultimo loco involavit hanc provinciam sedulitas Byzantinorum homi-

---

Ὄνου σκιάν. 13) Nomina propria et appellativa saepe confusa esse nemo ignorat. Plutarcho de Is. et Osir. p. 359. A: ναῶν — κρυπτὰ καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχόντων στολιστήρια Θηβαίοις ἐοικότα καὶ σηκοῖς. pro Θηβαίοις reddas θίβαις, quo de nomine dixit Ungerus Theb. Parad. p. 73. In Steph. Byz. v. Ἄρμα p. 79, 20. ed. Dind. pro Ἕρμα, Ἑρματίτης scribas ἕρμα, ἑρματίτης. Ibidem v. Αὐλαί p. 95, 8. Σιδήτης pro σιδήτης. In titulo Rossii Hellenik. I, 2. p. 97. (ubi Ἀλλιανόν non debebam sollicitare) pro Ματρῶνα scribendum videtur ματρῶνα, de quo nomine cf. C. I. 2822. Mire Osannus in Philem. p. 301: Διονύσιον ὡς προβαλίσιον] *Vocem neque ego neque lexica norunt.* Sed Προβαλίσιον certe lexica. Ibidem — ut hoc addam — p. 297. legimus: Γαύνακα οὐ γαυνάκιον] *Aliunde equidem non novi has voces, neque norunt lexica.* Scribendum erat: Γυναῖκα οὐ γυναικάριον, duce Antiatt. p. 87, 4. Idem Osannus p. 296: Βλάθας τοὺς ἀγροίκους] *De hac voce in lexicis frustra quaesita nihil equidem habeo compertum.* Pro βλάθας legendum βλάκας. 14) Certum rei testimonium non extat. Nam quod loco Etym. v. Πίναξ p. 672, 27. Aristophanis nomen restitui iussit Bernhardy Hist. litt. Gr. I. p. 185., ea coniectura plus unam admittit dubitationem. Cf. Alph. Heckerus Comm. Callim. p. 29.

num, quorum greges vetustiorum grammaticorum bona diripiebant, constructas illorum dapes suis usibus aptabant doctrinamque veterem ad eas quas nunc videmus angustias extenuabant. Nomina ignoramus, nisi quod Thomae Magistro Arg. Ran. III. tribuitur: ipsorum argumentorum indoles Tzetzas, Triclinios, similis ingenii homines haud obscure videtur prodere. Sat multos autem eidem negotio deditos fuisse, vel e numero argumentorum quibus Aristophanis praesertim fabulae oneratae sunt, certo apparet.

Hucusque nomina scriptorum qui aut praeparasse ὑποθέσεων materiam aut propagasse viderentur, brevi indice percurrimus; internas horum studiorum vicissitudines si quaeris, initium magis et finem designare licet, quam interiacentes mutationes perpetuae historiae filo deducere. Gravissimum illud quod omnes hae quaestiones initium duxerunt a didascaliis s. tabulis publicis quibus poetarum certamina inscribebantur, monumentis pretiosissimis quorum paucula nunc habemus fragmenta: hisce igitur tabulis colligendis et interpretandis mature homines docti incubuerunt, atque hinc repetita sunt quaecunque de actione singularum fabularum argumenta nostra afferunt [15]). Quae mentiones cum alias uberiores sint, alias admodum exiles, sponte indicant, argumenta nostra post tot tantasque vicissitudines nil esse nisi fortuita quaedam et disiecta fragmenta: id quod aliarum quaestionum inaequalitate confirmatur, velut de mythologicis rebus argumenta Aesch. Sept. Eur. Med. et Phoen. doctrinam produnt uberrimam, alias (ut in Aesch. Eum. et Soph. El.) fontes paene exaruerunt: ac paucissimis omnino nostrorum argumentorum quaestiones illi loco destinatae aut omnes aut pleraeque tractantur: alias aut negliguntur aut brevissime delibantur.

Quodsi ab Aristotelis inde discipulis usque ad Byzantini aevi egestatem plurimi homines eadem in palaestra se exercuerunt, Aristophanis grammatici dummodo extiterint un-

15) Disertas didascaliarum mentiones habes in Arg Soph. Ai. et Oed. R. item Ar. Pac. Eaedem ab aliis grammaticis passim laudantur, saepissime in Scholiis Aristophanicis. Res e didascaliis petitas omissa earum mentione praebent argumenta Aesch. Agam. Soph. Oed. C. Ant. Phil. Eur. Alc. Med. Hipp. Rhes. Arist. Ach.

quam ὑποθέσεις nemo mirabitur non integras nobis servatas, et quae nunc splendido nomine ornentur, fidei esse aut exiguae aut nullius. Inprimis metrica argumenta patet ab eo esse alienissima. Etenim ne illud dicam quod ipsum metricarum ὑποθέσεων institutum Byzantinam potius fabricam redolet atque ieiuna argumenti expositio vix dignam praebebat Alexandrinis studiis occupationem, certe omnem de Aristophane nostro suspicionem redarguit dicendi genus, quod Tzetzarum potius quam Alexandrinorum hominum ingenio convenit. Aliquantum excellit argumentum Oedipi Regis quibusdam Sophocleae fabulae flosculis distinctum: in ceteris tam versus interdum monstrosi (cf. Arg. Eccl. v. 2. Eq. v. 10.) et verba quaedam sequioris aevi propria (ut ὀπτάνεται Arg. Pluti 4.), quam narrandi negligentia et temeritas atque ineptia certum praebet infimae aetatis indicium. Denique Aristophanei nominis fides quam sit in hisce tentaminibus ambigua, vel inde colligas, quod in nonnullis argumentis Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ inscriptio optimorum codicum fide caret (vide Argum. Ar. Plut. coll. Pac. et Eccl.). Hinc licebat opinor metricas istas ὑποθέσεις omnino abiici: interea ne quid omisisse dicerer, eum modum tenui, ut admitterem quae in libris nostris Aristophanis grammatici nomen prae se ferrent; plura ut ascisceremus, virorum doctorum coniecturae non persuaserunt[16]). Eandem rationem secuti sumus in solutae orationis argumentis, quorum tria videntur Aristophani grammatico vindicari, duo Antigonae et Medeae haud spernenda, tertium Baccharum exile ac fere nullius pretii, nullum ab interpolatorum manibus intactum.

## 1. Ὑποθέσεις ἄμετροι.

I. Arg. Soph. Ant.: Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ. Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόςταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀνῄρηται· ἐφ᾽ ᾗ καὶ Αἵμων δυςπαθήσας διὰ

Eq. Nub. Vesp. Pac. Av. Lys. Ran. Plut.

16) Itaque nec Philoctetae ὑπόθεσιν ἔμμετρον recepimus, neque argum. Ar. Nub. Lysistr. Ran., quibus et ipsis — ni fallor G. Dindorfio auctore — Aristophanis grammatici nunc nomen praefigitur.

τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο. ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωίδα ἱστορούμενα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ὡς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπρησθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους· Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι. [τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης.] Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦτο Αἵμονι δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

V. 4. ἀνῄρηται] Malim ἀνηρέθη. Verba τὸ μὲν δρᾶμα — Ἀντιγόνης (7—14.) teste G. Hermanno desunt in Par. et edd. vet. primum a Brunckio edita. Quorum extrema a nobis uncis circumsepta non dubium quin interpolatori debeantur. V. 9. καταπρησθῆναι vox suspecta. V. 10. Λαοδάμαντος] Ita recte dudum emendarunt pro Λαομέδοντος (cf. Apollod. III, 7, 3.). V. 15. φωραθεῖσα μετὰ τοῦτο Αἵμονι] Vulgo φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος, Dresd. Turn. et quae hanc sequuntur editt. φωραθεῖσα τῷ Αἵμονι: recepi coniecturam G. Wolffii de Soph. schol. Laur. var. lect. p. 27. qui admonuit Scholii Soph. Ant. 1350. V. 17. Μαίονα] Sic emendavi pro Μαίμονα, cf. Il. Δ, 394. V. 22. θάνατος Αἵμονος om. Ald. Iuntt. Quae sequuntur v. 23. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα κτλ. impugnare studuit F. Ritter Wiener Iahrb. d. Litt. 1844. Vol. CVIII. fasc. 4. et in Didymi Opusc. p. 60. sq. argumentis parum idoneis. V. 25. λέλεκται — δεύτερον] Ordo chronologicus et e didascaliarum indicibus repetitus. Similiter Argum. Vat.

Eur. Alc.: τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ'. Cf. Ritschl. Parerg. Plaut. I. p. 322. sq.

II. Arg. Eur. Med. Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ. Μήδεια διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα ἔχθραν τῷ ἐκεῖνον γεγαμηκέναι Γλαύκην τὴν Κρέοντος θυγατέρα ἀπέκτεινε μὲν Γλαύκην καὶ Κρέοντα καὶ τοὺς ἰδίους υἱούς, ἐχωρίσθη δὲ Ἰάσονος Αἰγεῖ συνοικήσουσα. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Κορίνθῳ, ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν πολιτίδων. ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι. οὐ σώζεται.

V. 3. Γλαύκην teste Elmsleio om. Arsenius, fortasse recte. V. 5. συνοικήσουσα] Libri συνοικήσασα: em. Scaliger quem alii secuti sunt, cf. Schaef. in Greg. C. p. 532. παρ' οὐδετέρῳ i. e. *neque apud Aeschylum neque Sophoclem*, quod moneo propter annotationem Elmsleii. V. 8. κατὰ τὴν ὀγδ. ἑβδ. ὀλ.] anno primo. V. 10. indicantur fabulae ab Euripide in certamen commissae, Medea, Philoctetes, Dictys, denique Θερισταί drama satyricum mature perditum. Pro σώζεται Bentleius requirebat σώζονται, ni fallor praeter necessitatem.

III. Arg. Eur. Bacch. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ. Διόνυσος ἀποθεωθεὶς μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφάς, ἠνάγκασε Πενθέα διασπάσαι. ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.

V. 1. Ἀριστοφάνους γρ.] Ita codex Pal., ὑπόθεσις Βακχῶν Aldus. A Laur. istud argumentum omnino abest, vide Elmsl. V. 4. post κεῖται fortasse καὶ excidit.

## 2. Ὑποθέσεις ἔμμετροι.

IV. Arg. Soph. Oed. R. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις.

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.

εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς
ἄκων ἔπεφνε Λάιον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος,
ᾔσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά.
Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
ὅπως πύθοιτο τοῦ κακοῦ παυστήριον,
ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα,
τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
δισσαῖσι χερσὶν ἐξανάλωσεν κόρας,
αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.

Praeter libros Sophocleos qui Aristophanis grammatici nomen praefigunt, apposuit hoc argumentum Arsenius p. 402. V. 2. ξένων Ars. V. 7. θανάσιμον] al. θνήσιμον, quae forma suspecta est. Arsenius: Σφιγγὸς δὲ θανάσιμον ἐκλύσας μέλος. V. 11. vulgo πύθηται, usus codex πύθοιται, unde πύθοιτο Brunckius. V. 15. revocavi scripturam quam plurimi libri videntur tueri, cf. Valck. in Eur. Phoen. p. 223. Arsenius: δισσαῖς τε χερσὶν ἐξανάλωσε κόρας. Vulgo ἐξετύφλωσεν, in quo glossema genuini verbi agnovit Brunckius, qui coniecit: πόρπαισι δισσὰς ἐξανάλ. κόρας. Nil iuvat interpolatio codicis nescio cuius Brunckiani: κόρας κατησβόλωσεν αὐτὸς ὀμμάτων πόρπαξι δεινῶς ὑστερηθεὶς τοῦ φάους. V. 16. αὐτή τε μήτηρ Arsenius.

V. Arg. Ar. Ach. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.
Ἐκκλησίας οὔσης παραγίνονταί τινες
πρέσβεις παρὰ Περσῶν καὶ παρὰ Σιτάλκους πάλιν,
οἱ μὲν στρατιὰν ἄγοντες, οἱ δὲ χρυσίον·
παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων τε μετὰ τούτους τινὲς
σπονδὰς φέροντες, οὓς Ἀχαρνεῖς οὐδαμῶς
εἴασαν, ἀλλ' ἐξέβαλον· ὧν καθάπτεται
σκληρῶς ὁ ποιητής. [αὐτὸ τὸ ψήφισμά τε
Μεγαρικὸν ἱκανῶς φησι καὶ τὸν Περικλέα
οὐκ τῶν Λακώνων τῶνδε πάντων αἴτιον,
σπονδὰς λύσιν τε τῶν ἐφεστώτων κακῶν.]

Quae in fine leguntur (v. 7—10.) αὐτὸ τὸ ψήφισμά τε κτλ. cum codex Rav. ignoret, uncis notavi: difficultates ut ex-

pedirem frustra laboravi. V. 8. ὡς ἱκανῶς Aldus: ὡς delevit Brunckius. V. 9. οὐκ τῶν Λακώνων nihili est: tentabam olim κοὐ τὸν Λάκωνα, coll. Acharn. 309. sq. V. 10. σπόνδάς λύσιν τε] Non intelligo. Scripserim σπονδάς τε λύσειν, *foedere solutum iri Athenienses a malis instantibus.*

VI. Argum. Ar. Eq. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.
Παράγει τινὰ Κλέωνα τὸν καλούμενον
Παφλαγόνα καὶ ἔτι βυρσοπώλην πικρότατα
κατεσθίοντά πως τὰ κοινὰ χρήματα·
ἐν παραλογισμῷ διαφέροντ' ἐρρωμένως
ἀλλαντοπώλην, εὐθέως σκατοφάγον,
πεισθέντα τ' ἐπιθέσθαι σὺν ἱππεῦσίν τισι,
ἐν τῷ χορῷ παροῦσι, τῇ τῶν πραγμάτων
ἀρχῇ Κλέωνός τ' ἐν μέσῳ κατηγορεῖν.
ἐγένετο τοῦτ'· ἐξέπεσεν ὁ Κλέων παγκάκως·
ὁ δὲ σκατοφάγος ἔτυχε προεδρίας καλῆς.

V. 1. Παράγει] Ἀνάγει liber Matrit. V. 2. καὶ ἔτι] κἄτι Brunckius et al. V. 4. ἐν] Ita V. Ald. κἂν Kusterus: equidem καὶ praetulerim. παραλογισμῷ cod. Ven., vulgo παραλογισμοῖς. De vocabulo cf. Boiss. in Zachar. Mityl. p. 404. διαφέροντα pro διαφοροῦντα emendavit Kusterus. V. 5. εὐθέως suspectum. Vulgo τε addunt auctore Brunckio. V. 7. ἐν τῷ χορῷ παροῦσι] Dindorfius Poett. Scen. (Lips. 1830.) τοῖς ἐν χορῷ παροῦσι. V. 8. Scripsi κατηγορεῖν, vulgo κατηγορεῖ.

VII. Arg. Ar. Vesp. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.
Φιλοῦντα δικάζειν πατέρα παῖς εἴρξας ἄφνω
αὐτός τ' ἐφύλαττεν ἔνδον οἰκέται θ' ὅπως
μὴ λανθάνῃ μηδ' ἐξίῃ διὰ τὴν νόσον·
ὁ δ' ἀντιμάχεται παντὶ τρόπῳ καὶ μηχανῇ.
εἶθ' οἱ συνήθεις καὶ γέροντες, λεγόμενοι
σφῆκες, παραγίνονται βοηθοῦντες σφόδρα
ἐπὶ τῷ δύνασθαι κέντρον ἐνιέναι τισὶ
φρονοῦντες ἱκανόν. ὁ δὲ γέρων τηρούμενος
συμπείθετ' ἔνδον διαδικάζειν καὶ βιοῦν,
ἐπεὶ τὸ δικάζειν κέκρικεν ἐκ παντὸς τρόπου.

„V. 2. οἰκοῦντα θ' V. οἰκοῦντα γ' Ald. — 4. παρόντες ἐκ ταυτοῦ κακοῦ R., qui hunc versum proximo postponit". Duebner in Schol. Aristoph. p. 450.

VIII. Arg. Ar. Pac. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.

*Τῷ Διὶ φράσαι σπεύδων τὰ κατ' ἀνθρώπους* [κακὰ]
*Τρυγαῖος ἐθέλων ἀναπετέσθ' ὡς τοὺς θεοὺς*
*ἐξέτρεφεν ὄρνιθ'· ὡς δ' ἀνέπτη, κατέλαβεν*
*Ἑρμῆν μόνον ἄνω. κᾆτ' ἐπιδείκνυσιν φράσας*
*τὸν Πόλεμον ἐν βυθῷ τ' ἀπῃωρημένον*
*ἀέρος, ἕτοιμόν τ' ὄντα πρὸς κακουχίαν*
*τὴν πρότερον, Εἰρήνην δὲ κατορωρυγμένην,*
*ἣν ἱκέτευσαν οἱ κατ' ἀγροὺς ἀνάπαλιν*
*πορεῖν τὸ μέλλον. ἡ δ' ἐπένευσε καὶ τότε*
*ἀπάγουσιν αὐτὴν ἐκ βερέθρου καὶ τἀγαθά.*

Omittunt argumentum Rav. et Ald. Verba mutila et corrupta nonnullis in locis supplere studui et emendare. V. 1. de coniectura κακὰ addidi. V. 2. editur: Τρυγαῖος θέλων * * ὡς τοὺς θεούς. Lacunae signa nescio utrum de suo arbitrio an e librorum fide posuerit Dindorfius, qui pro θέλων suasit ἐλθών: equidem scribendum duxi ἐθέλων et supplevi ἀναπετέσθαι. V. 3. vulgo legitur ἐξέτρεφεν ὄρνιθας: expectarimus ἐξέτρεφε κάνθαρον, interim Dindorfii coniecturam recepi. V. 4. Ἑρμῆν verissime restituit Dindorfius: V. μὴν, G. μή. Mox κατεπιδείκνυσιν V. Sequens versus scribitur vulgo: τὸν πόλεμον βρύθηται ἀπηρτημένον. Dindorfius: *duorum,* inquit, *versuum reliquiae confusae videntur.* Tentavi medelam hanc, ut scriberem ἐν βυθῷ τ' ἀπῃωρημένον. Ne βυθὸν ἀέρος mirere, Trygaeus et Mercurius cum in aethere sint, aerem recte dici possunt despicere. V. 6. ἀέρος emendavi pro ἀέριος. V. 7. τὴν πρότερον vulgo copulant cum Εἰρήνην, equidem ad κακουχίαν malo referri. V. 8. ἣν de coniectura addidi. V. 9. Locus corruptissimus sic vulgo scribitur: ποεῖν. τὸ μέλ βαδ' ἐπένευσε καὶ τότε, ubi ποεῖν τὸ μὲν καδδ' ἐπένευσε G. „Hic quoque duorum versuum laciniae." *Dindorfius.* Ei quam ipse proposui coniecturae velim ut meliora alii substituant. V. 10. ἀπάγουσιν αὐτὴν τὴν] τὴν delendum intellexit Dindorfius. Qui post τἀγαθά suspicatur nonnulla excidisse. Sed fortasse καὶ e proximo

versu huc retractum est: quod si concesseris, tentare licebit *ἀπάγουσιν αὐτὴν ἐκ βερέθρου γεγηθότες.*

IX. Arg. Ar. Av. *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.*

*Διὰ τὰς δίκας φεύγουσιν Ἀθήνας δύο τινές·*
*οἳ πρὸς τὸν ἔποπα, τὸν λεγόμενον Τηρέα,*
*ἐλθόντες ἠρώτων ἀπραγμόνων πόλιν.*
*εἷς δ' ὄρνις ἔποπι συμπαρὼν μετὰ πλειόνων*
*πτηνῶν διδάσκει, τί δύνατ' ὀρνίθων γένος,*
*καὶ πῶς ἐάν περ κατὰ μέσον τὸν ἀέρα*
*πόλιν κτίσωσι, τῶν θεῶν τὰ πράγματα*
*αὐτοὶ παραλήψοντ'. ἐκ δὲ τοῦδε φαρμάκου*
*πτέρυγάς τ' ἐποίουν· ἠξίωσαν δ' οἱ θεοί,*
*ἐπίθεσιν οὐ μικρὰν ὁρῶντες γενομένην.*

V. 3. displicet imperfectum *ἠρώτων*, cui vitio dummodo fas sit mederi, scripserim *ἔρονται τῶν*. Pro *ἀπραγμόνων* Dindorfius Poett. Scen. (Lips. 1830.) *ἀπράγμονα*. V. 5. *δύναιτ' ἂν* cod. Ven. V. 8. *φαρμάκου*] *φάρμακον* Dind. Poett. Scen.

X. Arg. Ar. Eccl. *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.*

*Ἐν τοῖς Σκίροις τὰ γύναι' ἔκρινεν ἐν στολαῖς*
*ἀνέρων προκαθίζοντα, γενομένης ἐκκλησίας,*
*περιθέμεναι πώγωνας ἀλλοτρίων τριχῶν.*
*ἐποίησαν οὕτως. ὑστεροῦντες οὖν στολαῖς*
*ἄνδρες γυναικῶν ἐκάθισαν· καὶ δὴ μία*
*δημηγορεῖ περὶ τοῦ λαβούσας τῶν ὅλων*
*τὴν ἐπιτροπὴν βέλτιον ἄρξειν μυρίῳ·*
*ἐκέλευσέ τ' εἰς κοινὸν φέρειν τὰ χρήματα*
*καὶ χρῆσθ' ἅπασιν ἐξ ἴσου ταῖς οὐσίαις*
*καὶ ταῖς γυναιξὶ μετατίθεσθαι τοὺς νόμους.*

Omittit cod. Rav. V. 1. *ἔκρινεν*] Malim *ἔκριναν*, item v. 2. *ἀνδρῶν*. V. 8—10. secutus sum Duebnerum, qui haec annotat: „*τὸ κοινὸν* Ald. Articulum om. *Γ*. 9. *χρῆσθαι Γ*, Ald., quae sequentia omittit addita ex *Γ*." Dindorfius Poett. Scen. hanc offert clausulam: *ἐκέλευσέ τ' εἰς τὸ κοινὸν εἰςφέρειν ὅλα τὰ χρήματ' ἄνδρας· ὡς κεκρίσθαι τοῖς νόμοις.*

XI. Arg. Ar. Plut. *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.*

*Μαντεύεται δίκαιος ὤν τις καὶ πένης,*

*εἰ μεταβαλὼν πλούτου τυχεῖν δυνήσεται.*
*ἔχρησεν ὁ θεὸς συνακολουθεῖν ᾧπερ ἂν*
*ἀνέρι περιτύχῃ. Πλοῦτος ὀπτάνεται τυφλός.*
*γνοὺς δ' αὐτὸν ἤγαγ' οἴκαδ', ἄλλους δημότας*
*καλέσας μετασχεῖν, εἶθ' ὑγιάσαι τὰς κόρας*
*ἔσπευδεν· εἰς Ἀσκληπιοῦ δ' ἀπήγαγον.*
*ἡ δ' ἀναφανεῖσ' ἄφνω Πενία διεκώλυεν.*
*ὅμως ἀναβλέψαντος αὐτοῦ, τῶν κακῶν*
*οὐδεὶς ἐπλούτει, τῶν δ' ἀγαθῶν ἦν τἀγαθά.*

Aristophanis grammatici nomen ignorat Reg. ubi nudum *ἄλλως* praefigitur. V. 3. *ἀκολουθεῖν* Reg. V. 4. *ἀνδρί*] *ἀνέρι* correxit Dindorfius. *περιτύχοι* Rav. *Πλοῦτος ὀπτάνεται τυφλός*] *ὀπτάνεται τούτῳ ὁ Πλοῦτος τυφλὸς ὢν* Reg. Olim edebatur *Πλοῦτος δ' ὀπτ. τυφλός*, quod correxit Hemsterh. V. 8. vulgo *ἡ δ' ἄφνω Πενία διεκώλυσεν*, Regius *κἂν ἡ Πενία τοῦτο διεκώλυεν*. Recepi coniecturam Dindorfii. V. 9. *ὅμως*] *οὕτως* coniecit Dindorfius.

# Caput septimum.

## Ceteri Aristophanis libri.

### 1. *Περὶ ἀναλογίας*.

Nobilissima apud veteres grammaticos extitit ac plurimorum studiis et contentionibus nutrita fuit illa quam dicimus de linguae analogia et anomalia controversia, primum in philosophorum scholis praeformata, deinde ad grammaticam disciplinam traducta, ad interpretationem et crisin Homericorum maxime carminum adhibita, a Latinis grammaticis suscepta, denique Byzantinae aetatis barbarie obruta. Quo de argumento quamvis obiter multi dixerint, tamen cum Rudolphus Schmidt promisso (cf. Stoic. gramm. p. 33.) non steterit, nemo hucusque inventus est, qui satis perite rem sine dubio accurata quaestione dignam pertractandam susciperet. Nam Laur. Lerschius (Die Sprachphilos. d. Alten, dargestellt an dem Streite über Analogie u. Anomalie d. Spr. Bonn. 1838.) veram huius controversiae indolem et vim adeo sive ignoravit sive neglexit, ut vix praeparasse iustam disputationem censendus sit. Neque audemus nunc in tantis rei difficultatibus de natura ac decursu huius litis accuratius exponere; interea ut quid ante Aristophanem ea in quaestione elaboratum fuerit, aliquatenus perspiciatur, saltem fastigia rerum paucis lubet perstringere; longiore disputatione eo facilius supersedebimus, cum ipsius Aristophanis minus illustris hoc in campo opera extitisse videatur.

Primum igitur — ut Gellii X, 4. verbis utar — apud philosophos quaeri solitum, *φύσει τὰ ὀνόματα* sint an *θέσει*.

Cuius controversiae originem si circumspicias, ultra sophistarum aetatem vix licebit ascendere: nam quae de prioribus philosophis traduntur, nec multa sunt nec satis certa. Sophistae autem non ornate tantum, sed recte etiam atque argute dicendi laudem sectantes ipso rhetoricae artis usu ad linguae copias perscrutandas delati sunt, atque quamvis hic illic non sine iuvenili quadam audacia egerint, primi tamen extiterunt philologi et consueta iudicandi libertate grammaticas quaestiones moliti sunt. Iam Protagoras ὀρθότητα quandam orationis posuit, ita quidem ut nomina cum rerum natura congruere tum putaret tum audax novator iuberet. Saltem in generibus nominum discernendis sicubi vulgaris sermo ab vera rei natura desciisse videretur, vitiosum quem putaret dicendi usum refingere sive potius — ut ex ipsius mente loquamur — ad rationis leges et integritatem revocare non dubitavit. Alio in campo similes fuerunt conatus Prodici, qui de notionibus verborum quaesivit ac synonyma vocabula distinguens (cf. Spengel. Συναγ. τεχν. p. 48. sqq.) eo et ipse progressus est, ut tralaticium morem ad severiorem rationis trutinam exactum corrigeret: vana opera, nisi leges consuetudine et fortuito arbitrio maiores dominari in lingua humana credidisset. Verum quod gravissimum erat, ut elementa cuiusque vocis examinarentur, ut ostenderetur quomodo singulis in vocabulis ipse sonus alias raucus alias mollis et vocalium consonarumque iunctura cum rei significatu congrueret, eam provinciam satis lubricam attigit Hippias, ἐπιστάμενος auctore Plat. Hipp. mai. p. 285. D. διαιρεῖν περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν. Quae studia postea a Stoicis diligentius exculta (cf. R. Schmidt. Stoic. gr. p. 23. sqq.) non poterant tentari nisi ab iis qui in lingua luculentas agnoscerent rerum imagines et linguam e naturali potius necessitate quam ex hominum arbitrio repeterent. Hanc sententiam aliquatenus iam corroboratam primus ut videtur impugnare studuit Democritus (cf. Mullach. p. 148. sq.), opponens primum vagam plurimarum vocum notionem, quae non unam certamque rem significent, sed multa simul ac satis diversa pro hominum arbitrio comprehendant, deinde 2. abundantiam diversarum quibus eadem res

significetur appellationum, tum 3. concessam unicuilibet nominis mutationem (ubi eundem hominem dicit Aristoclem et Platonem, eundem Tyrtamum et Theophrastum fuisse appellatum), denique τὴν τῶν ὁμοίων ἔλλειψιν sive quam nos diximus anomaliam grammaticam, ubi illud affert quod φρόνησις ab verbo φρονεῖν descendat, δικαιοσύνη simile quo referatur verbum non habeat. Conclusit igitur si nominibus propria cuiusque rei natura exprimeretur, necesse fore certam rem certo significari vocabulo: nunc cum et eadem vox diversas potestates accipiat, et eadem res multiplici ratione appelletur, inde apparere ex hominum potius consensu quam interna necessitate vim cuiusque vocis esse repetendam. Tertium argumentum nil est nisi alterius una species: ultimo loco quod accedit, a proposito deflectit et ad quaestionem de analogia et anomalia inclinat postea demum pertractatam. Deinceps oppositas sibi sententias Plato diiudicare conatus est et ioca seria miscens in Cratylo ita conciliavit, ut neutram per se stare posse ostenderet; quamquam igitur linguae ὀρθότητα quandam agnovit, tamen non solum tutius putavit res ipsas quam nomina imagines earum subinde obscuriores intueri, sed concessit etiam caeco quodam hominum arbitrio plurima novata esse licentius et turbata. Secutus est Aristoteles, qui tametsi τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν ψυχῇ παθημάτων σύμβολα esse agnoscit, tamen quoniam non eaedem omnibus voces communes sint, ideo recte φύσει, inquit, τῶν ὀνομάτων οὐδέν ἐστιν: cf. Lersch. Sprachphilos. I. p. 37. sq. Cum igitur hominum arbitrio in sermone fingendo partes quasdam tribuat, temere tamen eos grassatos esse aut interiorem rerum naturam perinde habuisse verissime negat. Quo decreto quaestionem de lingua φύσει an θέσει orta profligatam dixeris; nec magni momenti est quod Epicurus protulit, e cuius sententia homines primum sonos quosdam effuticios φυσικῶς κινούμενοι ediderint, ὡς οἱ βήσσοντες καὶ πταίροντες καὶ μυκώμενοι καὶ ὑλακτοῦντες καὶ στενάζοντες, ac deinde ista communia omnibus rudimenta pro peculiari cuiusque gentis indole perpolierint et *pro vario sensu varia res voce notarint*[1]).

---

1) Consulto omisi Diodorum Cronum, qui cum ipse eius-

Hanc de linguae origine quaestionem ab Aristotele optime solutam, cum grammatica studia coepissent efflorescere, excepit altera quodammodo cum illa cohaerens, quae longe mox gravior extitit neque exiguam in grammatica disciplina excolenda potestatem habuit, dico illam de linguae analogia vel anomalia controversiam, qua non origo amplius sed interior linguae natura agebatur. Sicut consentaneum erat in lingua quae quodam naturae instinctu esset procreata, easdem ubique leges servari ac summam regnare aequalitatem, ita vicissim formarum dissimilitudinem iam Democritus protulerat, qua linguam soli hominum arbitrio deberi ostenderet. Hinc sponte ad explorandam linguae naturam res delata est, quam disceptationem Stoici philosophi artis conditores praeformarunt, Alexandri grammatici dedita opera persecuti sunt atque ad dubitationes grammaticas et criticas ex similium analogia solvendas converterunt. Inter Stoicos inprimis Chrysippus memoratu dignus est, cuius libri περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας πρὸς Δίωνα, eo collati ut ostenderet *similes res dissimilibus verbis et similibus dissimiles esse vocabulis notatas*, Crateti adversus Aristarchum disputanti primarium quo niteretur suppeditarunt fundamentum. Post hosce Chrysippi conatus (de quibus cf. R. Schmidt Stoic. gr. p. 30. sqq.) primus analogiam grammaticam rimari et finibus suis circumscribere aggressus est Aristophanes Byzantius. Quem peculiari libro hoc de argumento commentatum fuisse indicat opinor Varro de L. L. X, 68. (ed. Bip. p. 177.) *tertium* (analogiae) *genus est illud duplex quod dixi, in quo et res et voces similiter proportione dicuntur, ut bonus*

---

dem quaestionis arbitrium sibi arrogarit, eo tamen quo abusus est argumentandi genere veram litis naturam prorsus ignotam sibi fuisse arguit. Nempe ut ex solo hominum arbitrio rerum nomina fluxisse demonstraret, servos suos hunc Ἀλλαμήν, alia illum particula appellavit, quasi aut primi vocabulorum inventores similem ineptiam admisissent, aut cuiusvis tenebrionis somnia ipsius continuo linguae usu propagarentur. Ceterum Diodori huius commenta tradit Ammonius in Aristot. de Interpr. p. 103. Brand. Cf. Cramer. Anecd. Ox. IV. p. 328, 31. et (quem locum a Lobeckio Paralip. p. 193. n. 10. frustra tentatum iam Mehlhornius huc referendum vidit)

*malus*, *boni mali; de quorum analogia et Aristophanes et alii scripserunt.* Item haec potissimum studia respicit Sext. Emp. adv. Math. p. 608, 21. Aristophanem cum Aristarcho et Cratete copulans: *Γραμματικὴ — κοινῶς μὲν ἡ τῶν ὁποιωνδηποτοῦν γραμμάτων εἴδησις, ἐάν τε Ἑλληνικῶν ἐάν τε βαρβαρικῶν, ἣν συνήθως γραμματιστικὴν καλοῦμεν, ἰδιαίτερον δὲ ἡ ἐντελὴς καὶ τοῖς περὶ Κράτητα τὸν Μαλλώτην Ἀριστοφάνην τε καὶ Ἀρίσταρχον ἐκπονηθεῖσα.* Verum sicut hi loci parum nos iuvant, ita cetera quae nobis supersunt testimonia imaginem Aristophaneae de analogia doctrinae non praebent nisi obscuram ac paene evanidam. Nec mirum, quandoquidem tam cautum ubique Aristophanes iudicem egit, ut vix posset videri nimio quodam analogiae studio ductus omnem inaequalitatem esse extincturus. Aristarchus demum ea severitate atque adeo violentia inconcinnam Homericorum carminum dissimilitudinem exaequare studuit tantoque rigore quae statutis legibus repugnare viderentur aut correxit aut damnavit, ut hinc summam sibi admirationem devinciret ac praestantissimi critici nomen reportaret, illinc acerrime impugnaretur. Sic Aristarchus et Crates duces quodammodo illius controversiae extiterunt ac signiferi, quo effectum est, ut et nostri grammatici et aliorum eadem in caussa occupatorum nimis mancam habeamus notitiam. De Aristophane pauca servavit Varro, qui postquam quattuor verborum origines explanandi gradus distinxit, infimum quo etiam populus veniat, secundum quo grammatica escendat antiqua, tertium quo philosophia perveniat, quartum ubi sit aditus ad rerum initia, L. L. V, §. 9: *Quodsi*, inquit, *summum gradum non attigero, tamen secundum praeteribo, quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubravi.* Ubi etymologicae artis tertius gradus Cleanthi philosopho, grammatico Aristophani secundus tribuitur. Quale iudicium nemo mirabitur ab eo scriptore prolatum, qui in etymologiis nil intentatum reliquerit atque audacissima quaeque et amplexus sit et postularit artificiosae originationis miracula, qualia Cleanthes haud pauca edidit[2]). Aristophanes Byzantius etymologicam artem

---

Herod. π. μον. λέξ. p. 32, 11.

2) Vide exempli caussa ridicula

rarius capessitam quantum nunc scimus tam ieiune administravit, ut ingeniosarum alucinationum captatoribus admodum probari vix potuerit. Similem de Aristophane existimationem alius prodit Varronis locus L. L. VI, §. 1. 2. (IV. p. 51. Bip.): *In hoc dicam de vocabulis temporum — si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem. huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater, et illi in quibus si non tantum acuminis, at plus litterarum [in quo] est, Aristophanes et Apollodorus, qui omneis verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba literas alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo et turdario et turdelice*[3]). Utrumque locum huc referre non dubito, quamquam ad ipsam hancce quaestionem neuter magni est ponderis. Adde tertium locum, quo universa saltem ratio ab Aristophane probata significatur, L. L. IX, §. 12. (ed. Bip. VIII. p. 129.): *pictores Apelles, Protogenes, sic alii*[4]) *artifices egregii non reprehendundi quod consuetudinem Miconos, Dioris, Arimnae etiam superiorum non sunt secuti: Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus?* Cuius loci lectio incerta, sententia apertissima, quam recte expressit O. Muellerus p. 200. sq. Denique restat unus paulo gravior locus Charisii Inst. gramm. p. 93: *Analogia est, ut Graecis placet*, συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων: *eaque generalis est; specialis vero est quae spectatur nunc in rebus nunc in rationibus occupata. Cui Graeci modum istiusmodi condiderunt*: ἀναλογία ἐστὶν συμπλοκὴ[5]) λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει. *Huic*

---

de complurium deorum nominibus commenta ap. Macrob. ed. Bip. Vol. I. p. 286. 291. 292. 301. Praeterea cf. quae de Cleanthe Varronis duce subtiliter nuper disputavit L. Krahner comm. de Varrone ex Marc. Cap. Satura suppl. c. I. (Progr. gymnas. Friedland. 1846.) p. 5. sqq. 3) Ultima vox corrupta, nec desunt antea quae emendatione indigeant. Verba *in quo* uncis seclusi, repetita ut videtur e praegressis *in quibus*. 4) Vocula *sic* ab h. l. absona. Fortasse pro *sic alii* legendum *Silanio*. 5) Vulgo: „ἀνα-λογία est ἐν συμπλοκῇ." Obtemperavi Lerschio Sprachphilos. I

*Aristophanes quinque rationes dedit, aut ut alii putant, sex: primo ut eiusdem sint generis de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quarto numeri, quinto syllabarum, item soni sexto. Aristarchus discipulus eius illud addidit, ne unquam simplicia compositis aptemus.*

Quo loco quid prodatur, ne quis Lerschianam adoptet interpretationem[6]), paucis significabimus. Nempe quod Varro identidem monuit, in binorum quorumlibet nominum analogia examinanda cavendum esse, ne ex singularum quarundam formarum consensu ubique continuo eandem aequalitatem requiramus, idem probe attendit Aristophanes, docens ille quarum maxime rerum, ne falsa analogiae specie decipiamur, ratio habenda sit. Primo igitur loco genus nominis considerandum est, quoniam eaedem saepe terminationes pro generis diversitate diversam sequuntur declinationem; deinde cum saepius fiat, ut diversorum nominum aut diversi casus aut iidem casus in numeris diversis forte concinant, similitudo ea requiritur, ut iidem casus eiusdem numeri consentiant; porro interdum monosyllaba nomina alias sequuntur regulas, alia polysyllaba, itaque syllabarum ratio habenda est; ultimo loco gravissimus est accentus quo uno saepe formae discernuntur visu eaedem, re diversissimae. Omisi exitum tertio loco memoratum, cuius mentio dubito num genuina sit. Etenim analogiam in nominum declinatione conspicuam definiens quid aliud quam exitum s. terminationem Aristophanes spectarit?

6) Ipsissima Lerschii verba haec sunt (Sprachphilos. I. p. 62.): „Lässt sich nun auch aus diesen wenigen Andeutungen der Alten kein System mehr reconstruiren, so sehen wir doch, wie das Geschlecht der Hauptwörter schärfer von ihm fixirt, die Lehre von den Casus ausgebildet, die Unterscheidung von Singular, Dual und Plural genauer regulirt, Sylben und Endformen treuer beobachtet und der Accent (sonus) in seiner äussern Erscheinung erst jetzt geschaffen wurde." Habes praeconium Aristophanis haud vulgare, quo merita in Aristophanem cumulantur quanta in alio quolibet grammatico frustra quaesieris. Iste tamen splendor et omnino est commenticius et in Charisii loco ne una quidem syllaba significatus; nec possum satis mirari Lerschii ingenium, qui superioris loci singula verba e nexu divulserit suisque commentis exornarit, sententiam eorum quae revera traduntur, prorsus neglexerit.

Proinde exitus in quo totius rei cardo versatur, e cuius consensu omnem analogiam expendi necesse est, aut omnino debebat omitti, aut alio loco erat afferendus. Ex hac igitur re a posterioribus grammaticis male addita commode repetieris quod Charisius utrum quinque an sex analogiae rationes ab Aristophane allatae fuerint, dicit dubitari. Sic generales quas Aristophanes statuit analogiae leges etiamnunc assequimur atque in hisce totius quaestionis rationibus (quibus ipse Aristarchus unam addidit simplicium et compositorum nominum differentiam) circumspectum grammatici nostri iudicium quivis laudabit. Exempla quibus sine dubio singulas rationes illustrarat, omnino nunc desiderantur.

## 2. Περὶ αἰγίδος.

Libelli *περὶ αἰγίδος* quod fuerit consilium, quae ratio, ex uno quo utimur Eustathii testimonio non liquet; ac ne illud quidem certo constat num vere Aristophani nostro debeantur quae Eustathius ea de disputatione refert, siquidem Scholia nostra Homerica in rebus simillimis non Aristophanem appellant auctorem, sed Aristotelem. Fortasse igitur Eustathius qui Aristophanis Byzantii volumina non magis quam nostrum quispiam noverat, vitiosa sui exemplaris lectione deceptus ad Aristophanem grammaticum bona fide transtulit res ab eo alienas.

E u s t. Il. p. 603, 28: *Ὁ δὲ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἴδιόν τι σύγγραμμα περὶ αἰγίδος προεντεγκὼν ἄλλα τέ τινα λέγει οὐ πάνυ γλαφυρὰ καὶ ὅτι Ὅμηρος τοῖς πάθεσι καὶ τοῖς δι᾽ αὐτῶν ἀποτελουμένοις πράγμασιν ὁμωνύμους τινὰς ἐφιστᾷ δαίμονας εἰδωλοποιουμένους μυθικῶς, ἐφ᾽ ὧν καὶ τὸ ἀποτελοῦν [ἤγουν παρασκευαστικὸν] νοεῖται καὶ τὸ ἀποτελούμενον κακὸν ἐναργῶς. Ἔρως γοῦν καὶ Πλοῦτος καὶ Ἔρις καὶ Ὕβρις καὶ Δεῖμος καὶ Φόβος καὶ Κυδοιμὸς καὶ Βροντὴ καὶ Ἀστραπὴ καὶ ἄλλα μυρία ὁμωνύμως δηλοῦσι τὸ* (f. *δηλοῦσί τοι*) *εἰδωλοποιίαν τε δαιμονιώδη καὶ τὸ ἐκεῖθεν σύμπτωμα. Ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις λέγει ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι τὸ συνεστραμμένον πνεῦμα καὶ καταράσσον ἄνεμον κατάρη λέγουσιν ὁ Ἀλκαῖος καὶ ἡ Σαπφὼ διὰ τὸ καταφερῆ ὁρμὴν ἔχειν.*

Recte huius loci quisquis auctor fuit observavit imprimis apud Homerum plurimis affectibus vel actionibus peculiares quosdam praefici daemones ficticios sive figuras — ut ita dicam — symbolicas, quibus et caussa efficiens et effectus, τὸ ἀποτελοῦν καὶ τὸ ἀποτελούμενον, significetur [7]). Demonstratur igitur solere Homerum haud paucas notiones quas dicimus abstractas oculis nostris subiicere eo quod vitam iis ac divinam potestatem impertiat, velut Ἔρις fingitur dea rixae, terroris deus Φόβος. Quae observatio cur in disputatione περὶ αἰγίδος locum habuerit, ostendit Il. *E*, 738. sqq.:

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
δεινήν, ἣν πέρι μὲν πάντη Φόβος ἐστεφάνωται·
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή.

Exempla Eustathii tum ex Homero, tum ex supparibus poetis petita sunt. Iam in Iliade leguntur Ἔρις, Δεῖμος, Φόβος, Κυδοιμός: Ἔρως deus primum invenitur Hes. Theog. 116. Πλοῦτος Hymn. in Cer. 489. Ὕβρις Pind. Ol. 13, 10. Quae accedunt Βροντή et Ἀστραπή, spectare videntur ad Hes. Th. 140:

γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας,
Βρόντην τε Στερόπην (al. Ἀστερ.) τε καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον.

Hinc Ἀστεροπή Eustathio reddiderim. Ceterum nemo Cyclopes credet femininis usos fuisse nominibus: Hesiodeae igitur formae recte existimantur non Βροντή et Ἀστεροπή, sed Βρόντης et Ἀστερόπης, quos nominativos ipsius antiquitatis fide habemus munitos.

Haec de argumento sufficiant: nova exempla congerere, infinitae fuerit disputationis. Sed haud scio an omnis haec observatio a consueto Aristophanis more dissideat ac philosophi magis ingenium sapiat quam grammatici. Iam Scholia B. Il. *E*, 741. sive Od. λ, 634. haec produnt: φησὶ δ' Ἀρι-

---

7) Qua de re doctissime egit Porphyr. ap. Schol. Il. Θ, 1. et Menand. περὶ ἐπιδεικτ. in Walz. Rhett. IX. p. 151. sq. Adde Philop. de Mundi Aet. XVIII, 7: πάντα γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ ὄντα [illegible] πεποιήκασι, καὶ οὐ μόνον πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἀνθρώπινα πάθη καὶ ἔργα· τὸν πόλεμον, τὴν ἔριν, τὸν φθόνον, τὰς λιτάς· „καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο", τὴν ἄτην, τὸν ὄγκον, τὸν ὕπνον, τὴν χαράν, τὴν ἐπιθυμίαν, τὸν ἔρωτα καὶ πάντα ἁπλῶς ἀγαθά τε καὶ τὰ χείρονα, ὡς

στοτέλης ὅτι μήποτε ἐν τῇ ἀσπίδι οὐκ αὐτὴν εἶχε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, ὥςπερ οὐδὲ τὴν ἔριν οὐδὲ τὴν κρυόεσσαν ἰωκήν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς Γοργόνος γιγνόμενον τοῖς ἐνορῶσι πάθος καταπληκτικόν. Quae tametsi non gemina sunt, tamen ita comparata videntur ut supplementum ex Eustathiani auctoris disputatione petendum admittant et propemodum requirant. Eam ob caussam quae Aristophani tribuit Eustathius, dubitari potest an de Aristotele intelligenda sint: quamquam singularem περὶ αἰγίδος commentationem huic ipsi aegre concesserim. Sed haec omnia fateor coniecturis niti, quibus firmiter insistere eo minus licuerit, cum Aristophanis nomen tueri videatur locus Schol. Λ, 4: ἡ διπλῆ, ὅτι πολέμοιο τέρας τὸν εἰδωλοποιούμενον πόλεμον, τὸν ποιητικὸν τοῦ ἐνεργουμένου πολέμου —. οἱ δὲ ἀστραπήν φασι τὴν ἔριδα (l. τὴν αἰγίδα) φέρειν, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· φησὶ γὰρ (Κ, 5.) „ὡς δ' ὅταν ἀστράπτῃ τεύχων ἢ πολύν, ἠέ ποθι πτολέμοιο".

In extremis Eustathii verbis ubi Alcaeus et Sappho (Bergk. Poett. lyr. p. 596. 631.) τὸ συνεστραμμένον πνεῦμα καὶ καταράσσον appellasse traduntur ἄνεμον κατάρῃ, dubitationem movet κατάρης adiectivum mihi quidem obscurum: nam quod vulgo mediam syllabam produci iubent et vocem aliunde non cognitam ab verbo καταίρω repetunt[8]), ea coniectura nimis incerta. Tametsi scripturae κατάρης fidem non praestiterim, Sapphonis tamen indicari puto fr. 44. p. 609. Bergk. ubi nunc legitur ἄνεμος κατ' ὄρος δρύσιν ἐμπέσων.

## 3. Περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης.

Titulus indicat disputationem de loco Archilocheo ubi memoratur ἀχνυμένη σκυτάλη. Aristophanis quod Athenaeus appellat σύγγραμμα coniecerit quispiam nil effecisse nisi unam uberiorum commentariorum particulam. Interea sicut nunquam defuerunt qui angustissimos intra fines doctam operam coercerent, ita veterum grammaticorum nonnulli materias satis exiles peculiaribus libris complexi sunt. Veluti Polemonis af-

---

ἴσασιν ὅσοι τὰ τῶν ποιητῶν διεληλύθασιν. 8) Ita etiam Lobeckius Pathol. p. 269. qui comparat Hesychianum Κατωρής· κάτω ῥέπων, quod ipsum sponsore caret ac fortasse nil est nisi oblit-

fertur libellus περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου, quicum Prellerus p. 138. apte contulit Luperci commentariolum περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος. Similiter Dorotheus Ascalonita περὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου totum librum composuit [9]). Adde Calliam Mitylenaeum περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος (Ath. III. p. 85. E.), Hephaestionem περὶ τοῦ παρὰ Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου (Ath. XV. p. 673. E. F.), Asclepiadem Myrleanum περὶ Νεστορίδος (Lehrs. Anal. gramm. p. 14. sqq.), Dionysii cuiusdam μονόβιβλον περὶ τοῦ χαίρειν (Schol. Ar. Plut. 322.), all. Hinc utrum recte an immerito singularis libellus περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης Aristophani tribuatur, incertum est: paroemiis eam disputationem includi potuisse, ostendit Diogenianus III, 25. Ceterum idem proverbium tetigit Apollonius Rhod. ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου ap. Ath. X. p. 451. D. Aristophanis commentarium unus memorat

Ath. III. p. 85. E. F: μνημονεύων δ' αὐτῆς (τῆς τελλίνης) Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης συγγράμματι ὁμοίας φησὶν εἶναι τὰς λεπάδας ταῖς καλουμέναις τελλίναις. Καλλίας δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ φησὶν εἶναι ᾠδήν, ἧς ἡ ἀρχή· „Πέτρας καὶ πολίας θαλάσσας τέκνον", ἧς ἐπὶ τέλει γεγράφθαι· „ἐκ δὲ παίδων χαύνοις φρένας ἁ θαλασσία λέπας". ὁ δ' Ἀριστοφάνης γράφει ἀντὶ τοῦ λέπας χέλυς, καί φησιν οὐκ εὖ Δικαίαρχον ἐκδεξάμενον λέγειν τὰς λεπάδας· τὰ παιδάρια δέ, ἡνίκ' ἂν εἰς τὸ στόμα λάβωσιν, αὐλεῖν ἐν ταύταις καὶ παίζειν καθάπερ καὶ παρ' ἡμῖν τὰ σπερμολόγα τῶν παιδαρίων ταῖς καλουμέναις τελλίναις.

Quae Athenaeus tradit, vix dicas quo pacto cum Archilocheo loco cohaereant nec potuerunt nisi extra parietes obiter perstringi. Fundamentum Aristophaneae disputationis praebuit Archilochi fr. 39. (Bergk. Poett. lyr. p. 485.): Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη, ἀχνυμένη σκυτάλη. Πίθηκος

---

teratum κατωφερής. 9) Testis est Porphyr. ap. Schol. Il. Ι, 90: ὅλου βιβλίου ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου. Nam βιβλίου pro βίου legendum esse cum Coraesio Gaisfordus, Meierus, alii intellexerunt. Totam vitam in uno vocabulo examinando consumptam fuisse a Dorotheo, non video quo pacto quis credere possit: credidit tamen Iansonus de Gr. sermo-

ἤει θηρίων ἀποκριθεὶς μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν. τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῇ συνήντετο πυκνὸν ἔχουσα νόον. Ubi Huschkius de fabb. Archil. c. III. eam significari statuit fabulam quae nunc Babrii est 81.: alia Liebelii est suspicio in Archil. p. 166. Neutra sententia ἀχνυμένης σκυτάλης rationem aperit. Quod proverbium veteres docent usurpari de tristissimo quoque nuntio. Praeter Diogenian. III, 25. cf. Plut. Sept. Sap. Conv. 8. De scytala Laconum plurimi veterum post Apollonium Rhod. exposuerunt, cf. Liebel. in Archil. p. 166. Leutsch. in Diogenian. p. 217. sq. Quae in Etym. M. p. 720, 50. feruntur, ea utrum ex Aristophane Byz. de quo Gaisf. Poett. min. III. p. 308. cogitavit, an aliunde repetita sint, nescitur.

Athenaeus ex Aristophanis disputatione περὶ ἀχνυμένης σκυτάλης nil fortasse affert nisi ὁμοίας εἶναι τὰς λεπάδας ταῖς καλουμέναις τελλίναις. Quae enim accedit Aristophanis mentio de Alcaei loco, eam e Calliae Mitylenaei, τοῦ τήν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησαμένου, disputatione haustam esse probabiliter statuit Bernhardy Hist. litt. Gr. II. p. 482. Callias autem videtur Alcaei recensionem Aristophaneam ante oculos habuisse, de qua vide supra p. 61. In Alcaei fragmento ἐκ δὲ παίδων pro ἐκ λεπάδων correxit Ahrensius de Dial. II. p. 539.

## 4. Περὶ προςώπων.

Spectabat haec περὶ προςώπων disputatio ad scenicae poeseos materiem illustrandam minime levem aut inanem: cuius quale argumentum fuerit, haud obscure indicat uberrima Pollucis narratio IV, 133 — 154. fortasse magnam partem ex ipso Aristophane Byzantio deprompta. Quamquam alii quoque grammatici eundem campum attigerunt, velut Homerus Sellius περὶ τῶν κωμικῶν προςώπων disputasse traditur ap. Suid. T. II. p. 690. Aristophanes dummodo ex uno quo Maesonis persona illustratur fragmento coniecturam repetere liceat, fortasse eo maxime incubuit, ut nomina propria quae apud comicos poetas appellativorum loco essent certorumque morum vel peculiaris ingenii homines denotarent [10]), ut illa

---

nis vocibus in ιον trisyllabis, Progr. gymn. Gumb. 1839. 10) Sicut Μαίσων ludicram famuli vel coci personam indicat, ita Μάνης fatui

nomina explicaret eorumque tam originem ostenderet quam potestatem.

**Ath.** XIV. p. 659. A: *Μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτής, Μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προςωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ καλούμενον Μαίσωνα, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ περὶ προςώπων, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόςωπον καὶ τὸ τοῦ μαγείρου. καὶ εἰκότως καὶ τὰ τούτοις πρέποντα σκώμματα καλεῖται Μαισωνικά.* Similiter **Festus**: *Moeson persona comica appellatur, aut coci aut nautae aut eius generis. Dici ab inventore Moesone comoedo ait Aristophanes grammaticus.* Ubi pro Moesone restituas Maesonem.

In praegressis haec Athenaeus apposuit: *ἐκάλουν δ᾽ οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον Μαίσωνα, τὸν δ᾽ ἐκτόπιον Τέττιγα. Χρύσιππος δ᾽ ὁ φιλόσοφος τὸν Μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα.* Quae tametsi non ausus sum et ipsa Aristophani Byzantio vindicare, vix tamen dubito quin *Τέττιγα* idem illustrarit necessario illum cum Maesone coniunctum. Utriusque meminit Hesychius T. II. p. 526: *Μαίσων· μαγειρίον* (f. *Μαίσωνα· μάγειρον*). *ἄλλοι βορόν, ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι.* p. 1375: *Τέττιξ — οἱ τῶν μαγείρων* (probabiliter Schneidewinus *μαγειρείων*) *ὑπηρέται ξένοι· οἱ δ᾽ ἐντόπιοι Μαίσωνες.* Adde corruptum *Μούσωνες· οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων*, coll. Schneidew. Coni. crit. p. 122. Pollux IV, 148. *δούλων πρόςωπα κωμικὰ* recensens: *πάππος, ἡγεμὼν θεράπων, κάτω τριχίας ἢ κάτω τετριχωμένος, θεράπων οὖλος, θεράπων Μαίσων, θεράπων τέττιξ, ἡγεμὼν ἐπίσειστος.* Mox ibid. §. 150: *ὁ δὲ Μαίσων θεράπων φαλακρὸς πυῤῥός ἐστιν, ὁ δὲ θεράπων τέττιξ*

---

nomen servi, cf. intt. Suid. et Meinek. Com. II. p. 398. Notissima persona Chremetis avari foeneratoris (Meinek. in Men. p. 81.). Adde sordidum Smicrinem (Meinek. Com. IV. p. 121.), Clisophum, Struthiam, Theronem parasitos (Meinek. Men. p. 99.), morosum Phidylum (ibid. p. 342.) ludicrum Sannionem et Sannyrionem, Ballionem improbissimum et periurissimum lenonem (Cic. pro Rosc. Com. 7, 20.), sodales istius Phormionem et Gnathonem (Cic. Philipp. II, [illegible] all. Similes Oscae personae, Maccus, Bucco, Pappus, Dos[illegible], Manducus cett., cf. Munkius de fab. Atell. p. 28. sqq.

φαλακρὸς μέλας. Inventor huius personae Maeso Megarensis iam veteres dubitarunt utrum Hyblaeus fuerit an Nisaeus: Siculum esse statuit Polemo, cf. Prell. p. 84. sq. quam opinionem impugnavit Schneidewinus Coni. cr. p. 126. Ceterum idem Maeso et histrio fuit et poeta: cuius unus quem novimus versiculus, Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί, in proverbium cessit (hinc Μαισωνικὴ παροιμία Rhett. Gr. T. II. p. 11. sive Paroem. Gott. I. p. 178.) et in Hermis insculptus fuit (Harp. p. 88, 9.). Σκώμματα Μαισωνικὰ qualia fuerint facile assequimur e θεράποντος et μαγείρου personis, quae scurrilem indicant humilioris generis dicacitatem, qua coci maxime novae comoediae inclaruerunt: exempla statim praebet Athenaeus, cf. Meinek. in Men. p. 64. Sed quod Festus habet *nautae*, suspectum est: nisi audaciam reformidarem, proposuerim *vernae*.

## 5. Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων.

Praeter alios multos Aristophanem nostrum de meretricibus Atticis scripsisse significat Ath. XIII. p. 567. A: περιφέρων ἀεὶ τοιαυτὶ βιβλία, Ἀριστοφάνους καὶ Ἀπολλοδώρου καὶ Ἀμμωνίου καὶ Ἀντιφάνους, ἔτι δὲ Γοργίου τοῦ Ἀθηναίου, πάντων τούτων συγγεγραφότων περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. Quale commentandi genus ne quis hodiernus morum censor in turpitudinis suspicionem vocet: nulla quidem aetate defuerunt βορβοροταράξιδες, neque incredibile est inter Graecos πορνογράφους extitisse qui hisce in deverticulis lutum et spurcitiem quaererent; omnes exinde quotcunque eandem materiem attigerint, tanquam impudicos diffamare non licebit. Nam comicis poetis tantam gens levis illa ac petulans suppeditarat salis et iocorum materiam [11]), ut vel ista ludibria sponte interpre-

---

11) Rem demonstrant vel fabularum tituli a meretricibus petiti; cf. Ath. XIII. p. 567. C: δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια (nomen Ἄντεια restituatur Dem. c. Neaer. §. 19.), Μενάνδρου δὲ Θαΐς καὶ Φάνιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα. Accedant Ἄντεια Antiphanis et Alexidis, Θαΐς Hipparchi, Θάλαττα Pherecratis, Καλλιστώ Alcaei (ad eandem meretricem spectasse videtur Ὗς Cephisodori), Κυναγίς Philetaeri, Λαμπάς Anti-

tis officium requirerent. Cum interpretationis igitur munere hanc quoque occupationem docti Alexandrini coniunxerunt, nec mirabimur quod de iis personis quae tanti apud comicos momenti fuerint, accuratius aliquantum sibi duxerint circumspiciendum. Quid Aristophanes eo in genere praestiterit, in hac fontium penuria coniectura magis potest effici quam certis testimoniis. Universum ambitum Aristophanei libelli discimus ex Athenaeo, quo auctore Apollodorus et Gorgias aliquot meretrices ab Aristophane praetermissas attulerunt, XIII. p. 583. D: *ἀνέγραψε γοῦν Ἀριστοφάνης μὲν ὁ Βυζάντιος ἑκατὸν καὶ τριάκοντα πέντε, Ἀπολλόδωρος δὲ τούτων πλείους, ὁ Γοργίας δὲ πλέονας, παραλειφθῆναι φάσκοντες ὑπὸ τοῦ Ἀριστοφάνους μετὰ ἑταιρῶν πλειόνων καὶ τάςδε, τὴν Πάροινον ἐπικληθεῖσαν καὶ Λαμπυρίδα καὶ Εὐφροσύνην· αὕτη δὲ ἦν γναφέως θυγάτηρ. ἄγραφοι δ᾽ εἰσὶν αὐτῷ Μεγίστη, Ἀγαλλίς, Θαυμάριον, Θεόκλεια (αὕτη δ᾽ ἐπεκαλεῖτο Κορώνη), Ληναιτόκυστος* [12]*), Ἄστρα, Γνάθαινα καὶ ταύτης θυγατριδῆ Γναθαίνιον, καὶ Σιγὴ καὶ Συνωρὶς ἡ Λύχνος ἐπικαλουμένη καὶ Εὔκλεια καὶ Γραμμαῖα καὶ Θρυαλλίς, ἔτι Χίμαιρα καὶ Λαμπάς.* Ubi ex verbis *παραλειφθῆναι φάσκοντες* Aristophanis libellum probabiliter concludas non ad ipsum Athenaeum pervenisse, quae res in tanta aemulorum frequentia non habet quod miremur. Institutum Aristophanis quantum ex uno quod indubium est fragmento aestimare licet, eo maxime pertinuisse videtur, ut cognomina et epitheta ludibrii caussa meretricibus indita explicaret. Quae suspicio si vera est, haec opera a consueto Aristophaneorum studiorum more haud adeo dissidebat. Ceterum sicut probabile est, Aristophanem Machonis legisse vestigia, qui multa de meretricibus in Chriis lepide narrarat (cf. inprimis Ath. XIII. p. 578. sqq.), ita magister successorem habuit Callistratum: vide Ath. XIII. p. 561. D.

---

phanis et Alexidis, *Μαλθάκη* et *Μέλισσα* Antiphanis, *Νάννιον* Eubuli an Philippi, *Νέαιρα* Timoclis et Philemonis, *Νεοττίς* Anaxilae, Antiphanis, Eubuli, *Παμφίλη* Theopompi et Alexidis, *Πετάλη* Phe- tis, *Πλαγγών* Eubuli, *Συνωρίς* Diphili, *Ὑμνίς* Menandri, *Φι-* Ephippi, *Χορηγίς* Alexidis, *Χρύσιλλα* Eubuli, denique Anti- e *Φιλῶτις* et *Χρυσίς*. 12) In corruptela manifesta quid nescio. Pro *-κυστος* tentabam *-κυσος*.

I. Aelian. V. H. XII, 5: Ὅτι Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα.

Compares geminum locum, ubi omissa fontis mentione iisdem paene verbis Aelianus utitur, V. H. XIV, 35: Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. ἤλεγχε δὲ αὐτῇ (malim αὐτῆς) τὸ ἐπώνυμον τοῦτο (τὴν) τοῦ ἤθους ἀγριότητα. καὶ (l. ἢ) ὅτι πολὺ ἐπράττετο καὶ ἔτι μᾶλλον παρὰ τῶν ξένων, ἅτε ἀπαλλαττομένων θᾶττον. Ubi quam alteram subiungit cognominis Ἀξίνη interpretationem, eam suo ingenio Aelianus molitus videtur. Ceterum Ἀξίνη (Schefferus tentabat Ἀξείνη) cognomen a quo Laidi inditum fuerit ignoramus. — Dubitanter addo

II. Ath. XIII. p. 586. F: ἐν δὲ τῷ κατὰ Φιλίππου βιαίων ὁ Λυσίας — καὶ Ναίδος τῆς ἑταίρας μέμνηται καὶ ἐν τῷ πρὸς Μέδοντα ψευδομαρτυριῶν. ἐπώνυμον δέ ἐστι τοῦτο ἑταίρας. τὸ γὰρ κύριον ἦν Οἶα, ὡς Ἀντιφάνης εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν, Ἀντικύραν αὐτὴν φάσκων κληθῆναι, ἤτοι ὅτι συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσιν, ἢ ὅτι αὐτὴν ἀναλαβὼν ὁ ἰατρὸς Νικόστρατος καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπεν αὐτῇ πολὺν ἐλλέβορον, ἄλλο δὲ οὐδέν. H. l. pro Ἀντιφάνης Fabricius cum libris BF. requirebat Ἀριστοφάνης, fortasse recte, cf. Harp. p. 23, 2: Ἀριστοφάνης (ita enim libri ABCFM, vulgo cum Maussaco editur Ἀντιφάνης) ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν φησιν· Ἀντικύραν δ' ἐκάλεσαν, ὅτι συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσιν, οἱ δὲ ὅτι ἰατρὸς αὐτῇ Νικόστρατος κατέλιπεν ἀποθνήσκων πολὺν ἐλλέβορον.

Male vero idem Fabricius tentavit scripturam Ath. XIII. p. 587. C: Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Προσκήνιον, φησίν, ἐπεκαλεῖτο ἡ Νάννιον, ὅτι πρόςωπόν τι ἀστεῖον εἶχε καὶ ἐχρῆτο χρυσέοις ἱματίοις πολυτελέσιν, ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη. Quo loco ne Aristophanem Byzantium dicendum fuisse credas, vide Harp. p. 130, 19. sive Suid.: Ἀντιφάνης δ' ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν τὴν Νάννιόν φησι Προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι.

**6.** *Παράλληλοι Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαί.*

De furtis Menandri poeticis Aristophanem disputasse solus memoriae prodidit **Porphyrius** ap. Euseb. Pr. Euang. X, 3. p. 465. D: *καὶ τί θαυμάζομεν, εἰ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου τὸ τῆς κλοπῆς πάθος ἥψατο —, ὅπου γε καὶ Μένανδρος τῆς ἀρρωστίας ταύτης ἐπλήσθη; ὃν ἠρέμα μὲν ἤλεγξε διὰ τὸ ἄγαν αὐτὸν φιλεῖν Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς παραλλήλοις αὐτοῦ τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαῖς, Λατῖνος δὲ ἓξ βιβλίοις ἃ ἐπέγραψε περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου, τὸ πλῆθος αὐτοῦ τῶν κλοπῶν ἐξέφηνε.* Aristophanis *ἐκλογαί* dubitari potest utrum *Πινάκων* caput an peculiarem libellum effecerint: prius habet fortasse quo commendetur, interea cum Latinus (sive Gyraldo auctore Cratinus) sex de eodem argumento libros compleverit, unum non erit cur Aristophani denegemus. Quae praeterea dici possent, occupavit Meinekius in Men. p. XXXIII. sq. cuius viri praestantissimi verba subiungo: „*Qui* (Aristophanes et Latinus) *num vere evicerint, quod tituli librorum profitentur, ut nunc res est, diiudicari non licet. Euripidi, cuius summus admirator extitit, totos passim senarios surripuisse Menandrum, alii monuerunt* [13]). *Ac si reputamus, quam fortiter veteres poetae comici sua invicem scrinia expilaverint, non est profecto quod Menandrum quoque haud pauca protulisse dubitemus, quae ab aliis poetis accepta in suos usus converterat. Quamquam vel sic verendum est, ne Latini et Aristophanis libelli ex eodem genere fuerint, ex quo v. c. Philostrati scriptum fuisse constat περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς, et alia aliorum, de quibus dixit I. Taylor. Lectt. Lys. Cap. 2. p. 230.*“

**7.** *Περὶ ζώων.*

De titulo librorum quibus Aristophanes Byzantius Aristotelium de Hist. Anim. opus in compendium redegisse et commentariis illustrasse proditur, parum certo edocti sumus:

---

13) Inprimis Valckenarius, cuius in locum succedat nunc eius Meinekii disputatio Fragm. Com. IV. p. 705. sqq. Adde Nede N. H. p. 349: *Εὐριπίδης δὲ καὶ Μένανδρος ἐν ἐνίοις τὸν τὸν ἐν ἑκάστῳ φασὶ προνοεῖν ἑκάστου, θεῶν δὲ μηδένα.*

equidem generalem adoptavi inscriptionem illam quam suppeditat Photius Bibl. p. 104, b, 33. qui Sopatrum in Ἐκλογῶν διαφόρων libro XI. etiam ex Aristophane hausisse testatur: ὁ δὲ ἑνδέκατος, inquit, ἔσχε τὴν συναγωγὴν ὁμοίως ἐξ ὧν Πλούταρχος συνέταξε βίων — καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ περὶ ζώων βιβλίου πρώτου καὶ δευτέρου, καὶ ἐκ τῆς Ἰόβα τοῦ βασιλέως θεατρικῆς ἱστορίας ἑπτακαιδεκάτου λόγου. Eiusdem Aristophanei operis argumentum potius quam titulum indicare videntur Hierocl. praef. Hippiatr. p. 4. ubi dicitur Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος τὰ περὶ φύσεως ζώων ἐπιτεμόμενος ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, Io. Lydus de Magistr. P. R. p. 257, 15: Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἰχθύσι φυσικῶν, sicut Artemid. II, 14. ubi citatur Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι. Quos locos de eodem opere intelligendos esse nil est cur dubitemus; consideres pervagatam veterum in librorum titulis excitandis inconstantiam, et facile corruet dubitatio Schneideri in Aristot. H. A. Tom. I. p. XIX: „Aristophanis ὑπομνήματα εἰς Ἀριστοτέλην ubi laudavit Artemidorus, nihil inde rettulit, nisi quod in ipso Aristotelis opere legitur. Itaque I. A. Fabricius Artemidorum putabat epitomen operis Aristotelici ab Aristophane confectam respexisse. Verum alio tum nomine volumen erat significandum." Immo si Aristophanem in naturalis historiae partibus quibusdam exponendis ita versatum statuerimus, ut Aristotelis vestigia premeret eiusque doctrinam et contraheret et propriae eruditionis ope passim ditaret, in illo qui videbatur dissensu nemo amplius haerebit. Ambitum Aristophanei operis ignoramus, nisi quod plus duos περὶ ζώων libros indicare videntur Photii verba ἐκ βιβλίου πρώτου καὶ δευτέρου. De industria vel dexteritate vel fide qua Aristophanes rem gesserit, exilia nostra fragmenta nullum permittunt iudicium. Num verum sit quod Schneiderus l. l. p. XVIII. coniicit, Hieroclem quaecunque de Aristotele posuerit, ex Aristophanis Epitome excerpsisse, vehementer dubito: sequiorum physicorum errores ex eadem repetere nemo amplius audebit.

I. Io. Lydus de Magistr. P. R. III, 63. p. 257, 15: *καὶ ἔλοπα μὲν αὐτὸν Ἀριστοτέλης καὶ πάντες οἱ φυσικοὶ καλοῦσι, καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Βυζάντιος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν*

*ἐν ἰχθύσι φυσικῶν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀκυιπήνσερα δι᾽ ἅς αὐτοὶ γεγράφασιν αἰτίας.*

Respicitur Aristot. H. A. II, 13. 15. E Lydo corrigendum suspicamur Ath. VII. p. 294. F: *Ἀππίων — τὸν ἔλλοπα καλούμενον τοῦτόν φησιν εἶναι τὸν ἀκκιπήσιον*, ubi pro *ἀκκιπήσιον* editio princeps *ἀκκιπένσερα*. Cf. Wannowski Antiq. Rom. p. 61.

II. Artemid. II, 14. de trigla disserens: *αὕτη δὲ γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή· τρὶς γὰρ κύει. ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι.*

Aristotelis dicitur H. A. V, 9. 11. Item alii triglam dictam volunt *ἀπὸ τοῦ τρὶς κύειν*. Cf. Oppian. Hal. 1, 590. Ath. VII. p. 324. D. Eust. Il. p. 87, 29. Od. p. 1934, 26.

III. Hierocl. in Hippiatr. praef. p. 4: *Ἀριστοφάνης οὖν ὁ Βυζάντιος τὰ περὶ φύσεως ζώων ἐπιτεμόμενος ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, φησὶν ἔτη ζῆν δύνασθαι ἵππον πεντήκοντα καὶ πρός.*

De equorum aetate tradit Aristoteles H. A. V, 14.

Aliam Aristophanis observationem quae in libris *περὶ ζώων* locum habere potuerit (Schol. δ, 339.), vidimus p. 23.

---

Denique

*Φαινόμενα*

tribuuntur Aristophani Byzantio ab uno auctore Anonym. V. Arat. in Petav. Uranol. p. 270. sive Buhl. Arat. T. II. p. 433: *ἐπιτετευγμένως δὲ αὐτῷ* (sc. *Ἀράτῳ*) *ἐγράφη τὰ Φαινόμενα, ὡς παρευδοκιμηθῆναι πάντας ὑπ᾽ Ἀράτου* (l. *αὐτοῦ*). *καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα καὶ Λᾶσος ὁ Μάγνης, οὐχὶ ὁ Ἑρμιονεὺς ἀλλ᾽ ὁμώνυμος ἄλλος Λάσῳ τῷ Ἑρμιονεῖ, καὶ Ἕρμιππος καὶ Ἡγησιάναξ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος καὶ ἄλλοι πολλοί. ὧν καὶ Πτολεμαῖος μέμνηται ὁ βασιλεὺς ἰδιοφυέσιν οὕτως·*

*Πάνθ᾽ Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ᾽ αἴθρην*
*τείρεα καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ Φαινόμενα*
*βίβλοις ἐγκατέθεντο· ἀποσκόπιοι δ᾽ ἀφάμαρτον·*
*ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.*

Quo loco verba *Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος* non dubito quin corruptela laborent, quamquam quem substituam astronomum non habeo: cogitabam de Arati magistro eo quem tradit Vita ed. Bekk. p. 48, 20: *ἔνιοι δέ φασι τὸν Ἄρατον Μνασέου πατρὸς γεγονέναι, Ἀριστοθήρου δέ τινος μαθηματικοῦ διακοῦσαι*: sed de patria huius viri mihi nil constat. De Hermippi Astronomicis egit Lozynskius p. 54. 130. sqq., de Hegesianacte Meinekius Anal. Alex. p. 243. sq. Exerc. in Ath. II. p. 43. Lasi nomen bene Cramerus agnovit Anecd. Oxon. III. p. 413, 21. Fortasse idem latet in V. Arat. II. p. 443: *πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι Φαινόμενα ἔγραψαν καὶ Κλεοπάτρης καὶ Σμίνθης καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς κτλ.* Ubi corruptissima illa *Κλεοπάτρης καὶ Σμίνθης* a melioribus libris salutem expectant: interea pro *καὶ Κλεοπάτρης* tentabam *καὶ Λᾶσος ὁ Μάγνης*. Certe *ΠΑΤΡΗΣ* et *ΜΑΓΝΗΣ* haud multum inter se distant [14]).

---

14) De confusis *ν* et *ρ* videsis Schol. Clem. Alex. p. 100: *Κούρητες — οἳ καὶ Δία καὶ Διόνυσον ἔτι νηπίους κρυπτομένους ἀπὸ τῶν ἀπειλούντων ἀπολέσειν αὐτοὺς ἔσωσαν, τῷ πατάγῳ τῶν ὅπλων τὴν ἀρίπιον ἄδηλον ποιοῦντες φωνήν.* Nihili vox *ἀρίπιον* mutetur in *νήπιον.*

## CORRIGENDA.

Pag. 14, 2. scribas *συγκείμενα καὶ τὰ* 28, 26. (v. 343.) 29, 19. *ἔλθητε* 38, 5. A. P. III. p. 290, 9: 43, 3. a f. *πρὸς στῆθος.* 73, 1. ceterisque 88, 21. *μηδέπω* 88, 25. *γέρων, εἶτα πρεσβύτης,* 94, 6. Ammon. p. 109. 95, 23. *Ἀγέλας* 99, 29. *τοὺς γν.* 110, 7. ambigua 155, 7. a f. *τὴν μητέρα,* 178, 5. a fin. *X*, 349. 186, 5. a fin. p. 163. 208, 5. *τουτέστιν* 208, not. v. 4. *ἄγωναν,* 229, v. ult. quidam 237, 13. praeierat 237, 27. Apostol. IX, 6.

# ADDENDA.

Pag. 14, 6. Loco Arcadii qui dicitur p. 189, 8. *συμπεπλεγμένοις* de coniectura scripsi: vulgo legitur *συμπεπληγμένοις*.

Pag. 16. n. 4. Post Isidori locum adde Gramm. Cram. A. P. III. p. 293.

Adiectivis p. 46. n. 54. annotatis addere licebit *οὐδαμινός* et *πρόθυμος*, item fortasse *βλαδαρός*. Cum *ὑγιώτερος* et sim. cf. *φιλομεμφότατος*.

Pag. 64. Versum Ar. Av. 1343. expungendum esse vidit iam Cobetus Orat. de arte interpr. p. 146. De loco Thesm. 162. memorare debebam G. Hermanni coniecturam *ἀρχαῖος*.

Pag. 92, 19. Aristophanis vestigia legit Eust. Il. p. 763, 21: *ἰστέον δὲ ὅτι — ταὐτὸν πάλλακα εἰπεῖν ἡλικίας λόγῳ καὶ βούπαιδα καὶ ἀντίπαιδα καὶ μελλέφηβον*.

Pag. 100. n. 27. De Suid. v. *Ἀβολήτωρ* egi in Philol. II. p. 155. sq., de ficticio *αἴλινος* (p. 186. n. 19.) ibidem p. 151. sq.

Pag. 113. n. 55. Male ad Lobeckium ipsum transtuli quae ille de grammaticis dixit analogeticis, qui ceterum non *σκυμνός* et *Σκύμνος*, sed *σκύμνος* et *Σκυμνός* requirebant. Meinekii scripturam errori deberi, ostendit Comicorum Gr. editio minor.

Pag. 118. De nomine *κολόβριον* cf. Suid. v. *Κολαβρισθείη*: *κόλαβρος γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος*. Zon. Lex. p. 1230: *Κολοβρός, ὁ μικρὸς χοῖρος*. Denique Hesych.: *Κόλαβρον· τὸ κοιλίδιον*, ubi recte corrigunt *τὸ χοιρίδιον*. Ad genuinam formam propius accedunt Glossae MSS. in Iob. (Alb. in Hesych. II. p. 117. n. 1.): *κολοβὸρ γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος*.

Pag. 145. n. 43. Nomen *θυγατρίδης* munitur loco Theodori Prodr. in Notices et Extr. VIII, 2. p. 115. Vetusto scriptori non concesserim.

Pag. 155. De *ἄπφα* vel *ἀπφά* similibusque formis adde Lex. Bekk. p. 440, 11: *Ἀποψάς· ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς ὑποκόρισμα*. Ubi pro *ἀποψάς* scribendum *ἀπφά* vel (dummodo sana sit scriptura Herodiani π. μον. λέξ. p. 31, 9.) *ἀπφάς*.

Pag. 203. n. 25. De formis *ἐπισκεάζειν* et sim. adde doctam disputationem viri egregii C. Keilii Inscr. Boeot. p. 9. Obiter rem tetigit Lobeckius Technol. p. 37.

# INDICES.

## I. Index fontium.

(Uncis inclusi locos eos quibus Aristophanis nomen omittitur.)

## II. Index rerum et verborum.

## III. Index scriptorum ab Aristophane laudatorum.

## IV. Index locorum emendatorum et explicatorum.

# RUDOLPHI SCHMIDTII

## COMMENTATIO

DE

# CALLISTRATO ARISTOPHANEO.

Quod est ab Heraclito Ephesio profectum celebratissimum [1]) illud *πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει* quamvis paulo durius quibusdam et acerbius dictum videatur, tamen non omnino mendacii arguendum esse summum philosophum, id facile doceatur sua unusquisque ipsius experientia, qui modo in grammaticorum Graecorum historiam paulo studiosius rimandam sese abdiderit. Etenim licet minime quidem eorum ego subscribam sententiae, qui medicis exceptis nihil stultius reperiri censuerunt grammaticis [2]), haud temere tamen videor mihi contendere, vix indagari quicquam et excogitari posse, animi alacritatem adeo restinguere, ingenii vim et acumen adeo extenuare et quasi obtundere quod valeat, quam si quis Scholiorum Lexicorumque satis lacera interdum et indigesta plerumque farragine disiecta quae latent et obruta grammaticorum membra, iis in eruendis, colligendis certasque ad formas revocandis omne studium vitamque consumpserit. Verumtamen nihilosecius studia illa, quoniam in grammaticorum auctoritate non modo etiamnunc ipsius sermonis praeceptorum haud exigua multitudo, satis bona pars omnis doctrinae nostrae de antiquitatibus, de mythologia, de rerum litterarumque historia, de chronologia, insuper principum poetarum interpretandorum potissimum instrumentum nitatur, verum ipsa etiam grammatica in universo litterarum historiae decursu haud infimum locum obtineat — studia, inquam, illa qui recte et sapienter instituerit, eum utilissimam litteris operam ac pernecessariam praestare, una est et consentiens vox omnium: quam vero egregie is quoque mereretur de litteris qui quamvis ad illam quidem laudem non aspiraret, ita tamen his grammaticis uti conaretur, ut minutarum ieiunarumque quaestio-

1) Cf. Menag. in Diog. L. IX, 1. coll. Schleiermacher. in F. A. Wolfii Mus. antiq. stud. T. I, 3. p. 341. 2) Ath. XV. p. 666. A: *Εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον.*

num ieiuna tractatione remedium quoddam doctis hominibus praeberet, quo si quando maiorum graviorumque rerum desiderium paulo refrigeratum fuerit id eo ardentius resuscitaretur: id quidem minus adhuc animadversum est, ideoque praemonendum erat, ne quis temeritatem criminaretur. Etenim quoniam illo in genere complures iam ac sagacissimos viros admodum praeclare elaborasse videbam, huius vero qui satis idoneum proposuerit et illustre specimen exortum neminem: novae gloriae cupiditate mirum quantum incensus quid ipse in hac parte efficere possem, quum peropportune Callistratus Aristophaneus sese offerret, intentatum relinquere nolui. In quo quidem aliquatenus certe voti me compotem evasurum quae confidentia mea est spe teneor haudquaquam mediocri.

2. Attamen ne is ipse, cuius patronus ac sospitator existere conatus sum, tanquam voce male ominata in principio statim suo apud lectores favore fraudetur infaustumque nanciscatur introitum: quicquid vel extrinsecus huius hominis in laudem commendationemque possit afferri paucis iam commemorabimus. Ac primum quidem inter omnes qui ex celeberrima Aristophanis Byzantii schola prodierunt grammaticos — nimirum si Aristarchum exceperis, *τὸν πάνυ* et omni semper laude maiorem — Callistratum et studiosissimum fuisse ad magistri virtutes aemulandas ac revera praestantissimum discipulum, id facile docet et abunde inter hunc et reliquos Aristophaneos vel obiter instituta comparatio [3]). Nam quamvis qui praeter Callistratum innotuerunt ab Aristophane grammatici eorum de Diodoro quidem nimis obscura sint et incerta omnia, quam quae exactum iudicium admittant [4]): Agalliae tamen

3) Cassa quidem esset opinor haec opera, si Polemonem quoque Periegetam (de quo, donec promisso steterit Prellerus in Diar. Hal. litt. a. 1837. n. 16. p. 127. dato, v. Clinton. F. H. Vol. III. p. 524. sqq.) pro Aristophanis liceret habere discipulo cum Ionsio de S. H. Ph. II, 13, 1. et Harlesio ad Fabric. B. Gr. Vol. IV. p. 119. Attamen Asclepiades Myrleanus (ap. Suidam v. *Πολέμων*), qui huius rei auctor traditur, nihil nisi aequales fuisse Polemonem et Aristophanem refert. 4) Accederet quidem huic homini aliquid dignitatis, dummodo ponere liceret cum Boeckhio (Praef. Schol. Pind. p. XIII.), eum Chrysippo dignum visum fuisse

Corcyraei vel una Homeri interpretatio quae nobis servata est [5]) satis probat, cuius is fuerit homo ingenii, quamque dignum Artemidorus, Opsartyticorum scriptor, summo praeceptore sese praebuerit, id ipsi iam veteres optime perspexisse videntur, quippe qui, tanquam convicii nota, Pseudoaristophanei cognomine eum insigniverint [6]). Praeterea autem quam non exigua olim fue-

---

ad quem sive adversus quem scriberet. Attamen in titulo Chrysippei libri πρὸς τοὺς κριτικοὺς πρὸς Διόδωρον (Diog. L. VII, 200.) Aristophaneum grammaticum quominus comparere credamus, vel ipsa temporum ratio prohibet, quum Chrysippum (quem non nisi casu „Zenodoti Ephesii, Callimachi et Eratosthenis discipulum, Aristarchi magistrum" Praef. Schol. Pind. p. XII. dictum esse ipse Vir Summus iam monuit ap. Bernhardy. Eratosth. p. XIII.: licet inde, ut suspicor, nec aliunde prodierit „Chrysippi Stoici discipulus, magnus Aristarchus" ap. Meier. V. Cl. de Andocid. or. c. Alcib. comm. I. p. XIII.) iam Ol. CXLIII, 2. sive 207. a. Chr. obiisse satis constet: Clinton. F. H. Vol. III. p. 49. Ceterum quasi fatali quadam necessitate accidisse videtur, ut cum hic Stoicus tum eius praeceptor Cleanthes saepius, quoad grammaticos, doctis hominibus negotia facesserent. Ita mirari video virum sagacissimum, Chr. Petersen. de Chrysipp. Philos. Fundam. p. 227., quomodo Chrysippus „contra Aristarchum nixus esse" dici potuerit, quum hic ipse Cratetis demum aetate vixisse tradatur. Sed facile is scrupulus evellitur, quum ap. Varronem de L. L. IX. pr. (p. 197. Müller.): „In quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας, his libris contra ἀναλογίαν atque Aristarchum est nixus," verba: his libris — est nixus, aperte ad Cratem, non ad Chrysippum pertineant. At longe gravior eorum est error, qui vel Cleanthem ἐν τῷ πρὸς Ἀρίσταρχον (Diog. L. VII, 174.) adversus grammaticum scripsisse putarunt (uti Fabric. B. Gr. III. p. 551. et cui tale quid excidisse iure miramur, ipse Wolfius Prolegg. Hom. p. CCLIV.), praesertim quum Samium mathematicum intelligendum esse ante Wyttenbach. in Plut. Mor. p. 31. D. (Vol. VI. p. 267.) dudum iam monuerit F. G. van Lynden. de Panaet. p. 23. Ceterum cur eo loco, qui ad hoc me diverticulum allexit, Diodorum Cronum intelligam, quamvis is aetate Chrysippum antecesserit, exponam alias. 5) Schol. Σ, 490. coll. Eust. p. 1156, 39. Voluit enim ibi („coniectando an somniando in mentem venerat" quaerit Wolf. Prolegg. p. CXCIV.) duas urbes, in Achillis scuto ab Hephaesto fictas, alteram Athenas esse, alteram Eleusinem. Rem accuratius pertractavit A. Lobeck. diss. de bello Eleusinio P. I. Regim. 1821. (Friedem. Misc. Cr. T. II, 4. p. 677. sqq.) 6) Cf. G. Bernhardy in Suid. v. Ἀρτεμίδωρος

rint huius grammatici in litteras merita, id quodammodo iam ex frequenti eius memoria, quae vel hodie apud Scholiastas et Lexicographos extat — plus enim centum et triginta sex locis (si quidem concessum est Wolfianum induere morem) etiamnunc ad partes vocatur — iure collegeris. Denique vero si laudi ducitur, ut Valckenarii [7]) quibus in simili re usus est verba huc transferam, ab idoneis laudatoribus magni aestimari, etiam ea ex parte huic grammatico haud infelicissima sors obtigit, quum, ut mittam qui suam ei aliquam curam impertiverunt [8]), eruditissimi duo ac summi viri, Th. Reinesius et Tib. Hemsterhusius, „nobilis" alter, alter „non ignobilis grammatici" honorifica appellatione eum dignati sint [9]).

3. De vita autem et studiis huius grammatici quamvis minime dubium sit nonnihil certe traditum fuisse olim et in Asclepiadae Myrleani libris de Grammaticis [10]) et eo in opere,

---

ὁ Ψευδοαρ. Cum studia et ingenium hominis tum tempora monere debebant Rankium (de Hesych. p. 104.), ne Aristophaneum Artemidorum cum clarissimo geographo Ephesio (Clinton. F. H III. p. 537. sqq.) haberet eundem. 7) In Ammon. Praef. p. XXIX.

8) Ut I. Meursius, qui tamen in B. A. ap. Gronov. Thes. A. Gr. T. X. p. 1454. sq. oratorem temere confudit cum grammatico, B. Gr. p. 1288. autem unum tantummodo opus περὶ Ἡρακλείας sub Callistrati nomine attulit. Itidem Fabricius B. Gr. Vol. V. p. 560. ubi varios Callistratos recenset, auctorem π. Ἡρ. et Aristophaneum male, ut nobis quidem videtur (v. infra §. 8.), disiungit: quum contra qui ap. Tzetz. Chil. XII, 61. sqq. comparet Callistratus is ne dubitanter quidem hic apponi deberet: Wolf. Prolegg. Hom. p. LXIII. coll. Bernhardy. H. L. Gr. I. p. 85. Ceterum quam vere Wolfius Tzetzae hunc Callistratum grammatici appellatione honorantis ineptiam notaverit, id satis nunc ex eleganti libello I. Classenii de Gr Gr. Prim. p. 5. sq. intelligas. Denique vero nuper quaedam de Callistrato ascripsit Clinton. F. H. III. p. 530. sq. 9) Reines. V. L. III. p. 366 Hemsterh. in Schol. Ar. Plut. 718. 10) Cuius operis (quod sine dubio haud exiguae fuit amplitudinis, siquidem vel undecimus liber commemoratur in Vit. Arat. ap. Buhl. T. II. p. 420.) iactura valde dolenda est, quum non modo de doctorum hominum vitis ac temporibus, verum de ipsius etiam grammaticae consilio et ambitu accuratissime in eo disputatum fuisse pareat: Sext. Emp. adv. Math. I, 252. Mira autem narrarem de [illegible]strato, si quidem hunc Asclepiaden pro Apollonii Rhodii di[illegible] cum Werfero in Actt. Philol. Monac. T. IV, 2.

quo Demetrius Magnes cum poetas tum solutae orationis scriptores cognomines recensuit [11]): hodie tamen nec de patria, nec de genere, nec de sorte eius quicquam confirmare possumus, siquidem vel illud incompertum est, fueritne eorum ex numero eruditorum hominum, qui publice scholas habuerunt [12]), quum nec discipulorum vel sectatorum eius quenquam proprio nomine commemorari videamus, nec astipulatores quidem ex formula *οἱ περὶ Καλλίστρατον* [13]) colligi posse post Lehrsii [14]) monitionem in posterum nemo ambigat. Unum tamen quod ad mores attinet haud male nobis videmur coniicere, hominem dico sine dubio elegantissimi habitus fuisse, siquidem ob id ipsum, quasi et hoc ad *παιδείας ἐξέτασιν* nonnihil conferret, Aristarcho, qui ea in parte aliquid sibi indulsisse videtur, maledictum ab eo esse, diserte memoriae proditum est [15]). Quae narratio quum omnibus elegantioris cultus doctoribus non possit non iucundissima esse, nobis certe propterea haud ingrata evenit, quod aetatem hominis paulo accuratius inde definire concessum est: quem quum Aristarcho aequalem fuisse perspicue intelligamus, ipsum circa Ol. CLVI, 3. sive 154. a. Chr., Ptolemaeo Philometore regnante, floruisse non temere cum Clintono statuerimus. Iam igitur habes Callistrati vitam. Ex qua quamvis nihil ad

---

p. 535: attamen sub Pompeio M., certe post Dionysium Thracem vixisse satis evicit Clinton. III. p. 523. 11) Vulgo breviter Demetrius *ἐν Ὁμωνύμοις* laudatur. Plena operis inscriptio est ap. Diog. L. I, 112: *Δ. ὁ Μ. ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων.* Plura Clinton. III. p. 544. Ceterum dubitaris forte an etiam hi minorum gentium grammatici in illis libris locum habuerint. Afferam vero Eudoc. Viol. p. 54: *Ἀναξαγόραι τέσσαρες γεγόνασιν· ὧν ὁ πρῶτος — Κλαζομένιος· δεύτερος δὲ ῥήτωρ ἦν Ἰσοκράτειος· τρίτος* (atque hinc simul Wolfius refellitur Prolegg. p. CCXVI.) *γραμματικὸς Ζηνοδότειος.* Quae quum (uti iam Wyttenbach. monuit B. Cr. II, 3. p. 22.) aperte ex Diog. L. II, 15. hausta sint, ad ipsum Demetrium redire res est certissima.

12) Polyb. XXXII, 6, 5: *γραμματικὸς τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων*: cf. Suet. de ill. Gr. 2. 13) Schol. Pind. Isthm. II, 19. et Ar. Plut. 179. 14) Annal. Darmstad. a. 1835. p. 453. sq. (Q. E. p. 28. sqq.) Astipulatores: Wolf. Prolegg. p. CCXVII.

15) Ath. I. p. 21. C: *Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος Ἀρίσταρχον ἐν συγγράμματι κακῶς εἴρηκεν ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, φέροντός τι καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἐξέτασιν.*

hunc grammaticum accuratius persequendum haerere, nisi tamen id vitio vertere auctori, quum eiusmodi virorum genere doctis ab hominibus nec vivatur nec scribatur quicquam frequentius.

4. Itaque omnem iam videmus huius grammatici salutis spem in ipsis doctrinae reliquiis positam: ad quas perlustrandas statim praevertimur. Ac studiorum quidem eius quum omnino duplex fuerit genus, alterum quo grammatici sive, ut Crateteis placuit, critici munere functus principes cuiusvis ordinis poetas recenseret et illustraret, alterum quo ad morem illius aetatis per varias miscellaneae cuiusdam nec certis adstrictae vinculis eruditionis partes expatiaretur: de utroque deinceps ex ordine dicendum est. Quoniam vero quae in grammaticis praestitit cum per se longe graviora sunt tum ceteris eius studiis multo accuratius cognita, illis ipsis primum ac primarium locum concedere voluimus. — Itaque „ab Iove principium", poetarum scilicet, quem quum (licet non Reimmanniorum more) omnium omnino disciplinarum suarum Graeci merito patrem haberent, tum potissimum etiam grammatici suae artis debebant originem, *Homerum*, inquam, Callistratus quoque ingenii studiorumque suorum praecipuam sibi palaestram sumpsit. Id quod ex variis eius operibus, quae quum olim Didymus in commentariis suis de Aristarchea Homeri recensione adhibuerit[16]), etiamnunc et ex inscriptionibus et ex fragmentis cognoscimus, luculenter perspicitur. Etenim commemoratur Callistratus primum ἐν τῷ πρὸς τὰς ἀθετήσεις[17]), dein ἐν τοῖς διορθωτικοῖς[18]), praeterea ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος[19]): quibus omnibus denique integra etiam sive accesit sive praecessit editio Homerica, si modo Didymo τὴν Καλλιστράτου diserte commemoranti[20]) fidem habueris. Qua quidem de editione aliquem mihi scrupulum residere quamvis libere confitear, tamen explicatius haec persequi et alienam censeo ab hoc loco nec minus flocci facien-

16) Cf. Lehrs. de Aristarch. stud. Hom. p. 30. sq. 17) Schol. Λ, 423. 18) Schol Ξ, 255. (perperam cod. V. Καλλίμαχος). Διορθωτικά scripsit etiam Chaeris (fortasse is ipse, de quo Sext. Emp. adv. Math. I, 76. coll. Schol. Dionys. Thr. p. 663.), v. Schol. η, 80. Φιλολόγων βιβλίων διορθωτικά Asclepiades: Ionsius de S. H. Ph. II, 10, 3. 19) Schol. Β, 111. 131: ἐν τῷ α΄ π. Ἰ. Schol. Β, 435. 20) Schol. Γ, 18.

dam sedulitatem, quam si quis quae multiplex deprehenditur in Scholiis Callistrati mentio eius suam cuique operum illorum partem religiose vindicandam susceperit. Quibus iam missis hoc potius inquiramus, quasnam potissimum studiis suis Homericis partes sibi tractandas Callistratus sumpserit et qua prudentia fuerit in iis, qua diligentia versatus. Primum autem non critici tantum sed etiam interpretis partes data opera egisse hunc grammaticum, cum ex aliis indiciis tum ex ipso quod tertium attuli opere colligi poterit, quoniam quibus in partibus omnis critica ars Alexandrinorum versabatur, et in athetesibus et in lectione constituenda, earum suam cuique prioribus iam libris operam praestitam fuisse apparet. Cui de Iliadis interpretatione operi haud dubie simile accessit *περὶ Ὀδυσσείας*, quo quidem refero argumenta illa, quibus ex Callistrati mente commota non ad patrem sed ad matrem Ulixi ut supplex accederet Nausicaa suaserat [21]). Quem in locum qui primum inciderit, is non dubito quin Callistratum non nobilem aliquem et ingenuum grammaticum, sed praestigiosum quendam spinosarum quaestionum captatorem sibi fingat, haud ita diversum a praestanti hominum genere, quod per Lehrsii diligentiam [22]) luculenter nuper innotuit. Quae quidem falsissima esset et iniustissima criminatio. Namque testimoniis vel paulo diligentius perlustratis ubivis conspicimus hominem non modo in universum carminum colorem et nexum curiose attendentem [23]), Homeri cogitandi dicendique consuetudinem studiosissime observantem [24]), verum etiam

---

21) Schol. ζ, 310. *Μητρὸς περὶ γούνασι:* *Ἤτοι ὡς γυνὴ γυναῖκα προκρίνει· ἢ ἐπεὶ φρονιμωτάτη ἡ Ἀρήτη παραδίδοται· καὶ ἄλλως δὲ φιλοικτίρμον τὸ θῆλυ· Καλλίστρατος.* 22) De Aristarch. p. 200. sqq. 23) Schol. λ, 52. *Οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο:* *Εἰ ἀποφαίνεται οὖν περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, πῶς ἑξῆς διστάζων φησὶ „πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον"; διὸ ὁ Κ. ἀθετεῖ* (haud dubie v. 51—54. uti monuit iam Porsonus). Schol. μ, 250. *Κ. ὑπονοεῖ τὸν στίχον λέγων ἐκλύεσθαι τὸ τάχος τῆς ἁρπαγῆς.* Schol. μ, 104. *Δῖα Χάρυβδις:* *Οὐκ ἐδήλωσέ γε μὴν ὁ Ὅμηρος, πότερον θηρίον ἐστὶν ἢ ἄμπωτις. ὑποπτεύει δ' αὐτὸν Κ. ὡς μαχόμενον τοῖς ἔπειτα.* 24) Schol. ξ, 22. *Τέσσαρες:* *Κ. ὑπώπτευε τὸν στίχον διὰ τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν κυνῶν καὶ τὸ ἐπίθετον* (sc. *συβώτης, ὄρχαμος ἀνδρῶν*). Porphyr. ap. Schol. B. *M*, 25. Mirati sunt quem murum uno die mortales extruxerant in eo diruendo qui immortales novem consu-

qui ad vocabulorum significationes indagandas [25]), ad verborum formas definiendas [26]), ad ipsos denique accentus constituendos[27]) descendere minime fastidierit. Et quamvis vel in perpaucis quae supersunt horum studiorum speciminibus et in priore genere

---

mere potuerint. *K.* δὲ (pro ἐννῆμαρ) ἠξίου ἓν δ' ἦμαρ ἐς τεῖχος γράφειν, δασύνοντας τὸ ἕν, ἐπεὶ μηδέποτε καθ' ἑαυτὸ τὸ ἐννῆμαρ ὁ ποιητὴς εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντως ἐπάγων τὴν δεκάτην· „ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατόν, τῇ δεκάτῃ τε“ (*A*, 53.). Quam coniecturam etiamsi utpote „deorum numine quam Homeró digniorem“ merito riserit Wolfius Prolegg. p. CCXVII., nihilominus tamen diligens hominis observandi studium (quamvis et id hoc loco fefellerit: cf. Ω, 107.) luculenter cognoscitur: id quod non duxit Cratem, quum eandem lectionem tueretur (v. Eust. p. 890, 35.). Schol. *κ*, 130. οἶδ' ἅμα: *K.* δὲ καὶ Ῥιανὸς (Saal. p. 64.) διὰ τοῦ λ, οἳ δ' ἅλα πάντες. Quod ἅλα (pro ἅμα quod in libris) verissime coniecit a Porsono laudatus Toup. Cur. nov. in Suid. v. Ἀνέρριψαν, quum eos ipsos quos attulit locos, Od. *η*, 328. et *ν*, 78., Callistrato suae lectionis firmamenta fuisse certissimum sit. Schol. *κ*, 190. Ὦ φίλοι: *K.* φησὶν ὡς ὑπό τινος ὁ στίχος (sc. 189.) προτέτακται ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος, ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ γάρ. Quibuscum conferas denique etiam Schol. *Σ*, 39. ubi Callistrato quoque characterem Hesiodeum (Lehrs. de Aristarch. p. 358.) suspectum visum ideoque Argivae editionis auctoritatem ad partes vocatam fuisse satis perspicimus. 25) Schol. *ι*, 486. θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι: Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀποδέδωκεν οὕτως, ἤγγισε δὲ τῇ χέρσῳ· *K.* δὲ ἀντὶ τοῦ ἐποίησε, παρὰ τὸ θεῖναι παραγώγως. Rectius haud dubie. Schol. *κ*, 242. παρ' ἄκυλον: *K.* ἄκυλόν φησι τὸν τῆς πρίνου καρπόν (Hesych. I. p. 213.), βάλανον δὲ τὸν τῆς δρυός· καρπόν τε κρανείης τὸν τῆς κρανέας καρπόν, ὃς πίταξις καλεῖται, οἱ δὲ βάρβιλος, οἱ δὲ μάρατος. Quibus addere licet Schol. *ζ*, 29. ubi χάρις (pro quo ex arbitrio φάτις intulerat Aristophanes) ἀντὶ τοῦ χαρά dictum putabat. Denique Schol. *ζ*, 201. διερός: Οὕτως τὸν ζῶντα Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ *K.* γράφει δυερός, ὁ ἐπίπονος, παρὰ τὴν δύην, ἤτοι κακοπαθητικός: quo quidem non magis punctum tulit quam sua interpretatione Aristarchus: Lehrs. de Aristarch. p. 57. sqq. 26) Schol. *Z*, 434. ἄμβατος: οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄμβατος· *K.* διὰ τοῦ η ἀμβάτη. Lehrs. de Aristarch. p. 30. ad editionem rettulit, ego potius ex διορθωτικοῖς repetierim. Schol. *Ω*, 213. τότ' ἄντιτα: Ἀπολλόδωρος (adde fragm. ap. Heyn. p. 442.) καὶ *K.* τιτά· ὥστε τρία εἶναι, ἐπίρρημα τὸ τότε καὶ σύνδεσμον τὸν ἄν καὶ ὄνομα τὸ τιτά. Schol. *ζ*, 318. τρώχων: *K.* τρεχέτην. 27) Schol. *Ω*, 134. Aristonici: ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἑαυτόν, ἑέ. *K.* οὖν

interdum sensu falsum [28]) nec in altero semper deprehendamus felicissimum [29]): ubivis tamen sollers, diligens, prudens observator, qui nusquam commiserit quod illa aetate vel doctissimo cuique, raro quod vel hodie non mediocriter perito vitio possit ac dedecori merito verti. In critica autem arte quid praestiterit Callistratus si quaesieris, quod modo de interpretatione dicebamus idem etiam de athetesibus quidem valere, facile unusquisque assequitur. Etenim athetesibus quum Alexandrini omnes locos insignire solerent, in quibus quae interpreti exoriebantur offen-

---

καὶ Ἀρίσταρχος δασύνονται τὸ πρῶτον ε τῆς ἀντωνυμίας. τῷ δὲ τόνῳ ὡς ἐμέ. Varia congessit Spitzner. in Y, 171. 28) Cf. quae paulo ante (n. 23. et 24.) ascripsimus exempla: Schol. λ, 52. Schol. μ, 250. Schol. ξ, 22. 29) Schol. Φ, 126. 127. Aristonici: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον· Φιλητᾶς γὰρ (haud dubie in ipsis Ἀτάκτοις s. Γλώσσαις ἀτάκτοις, de quo uno grammatico Philetae opere certo nobis constat: nec enim editionem Homericam Philetae tribuerim cum Lehrsio de Aristarch. p. 30., neque tantum in me valet Tzetzae auctoritas, ut peculiarem quendam cum Bachio Philet. Reliqq. p. 89. ponam de Homero libellum) καὶ Καλλίστρατος γράφουσι φρῖχ' ὑπαλύξει, λέγοντες ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων καὶ εὔτροφοι τὸ ψύχος ὑπομένουσι καὶ οὐ φθείρονται. Quam quidem explicationem in Homerum admitti non posse, vel unum sufficit iam ab Aristonico allatum argumentum: ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψύχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα, ὁμωνύμως δὲ τούτῳ καὶ τὸν ἄνεμον τὸν οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν: ita scilicet Aristarchus, Lehrs. p. 98. sq. Sed profecto non turpe erat Callistrato in obscuro ac difficillimo loco a vero aberrare, quem ne ipsius quidem Aristophanis sagacitas extricare potuerit. Eiusdem illius interpretationis meminit etiam Porphyrius Q. H. VIII. (Schol. B.) uno tamen Philetae, non Callistrati nomine addito. Ceterum quod Heynius T. VIII. p. 137. ait: „In eodem (sc. Porphyrio) pro Phileta est Polycletus," id hominis alioquin de litteris immortaliter meriti lippitudini cuidam condonandum arbitror, qua haud raro in apparatu suo Homerico perlustrando eum laborasse vel Vossio non monitore facile assequimur. Polycleti Larissaei non confundendi illius cum Polycrito (Meurs. in Antig. c. 150.) Mendaeo, de quo Menag. in Diog. L. II, 63. ἱστορίαι commemorantur ab Ath. XII. p. 539. A., respiciuntur haud dubie ab Aeliano N. A. XVI, 41. Item falsus Callistratus Schol. β, 410. Δεῦτε, φίλοι, ἤια φερώμεθα: Καλλίστρατος· Δεῦτε φίλοι, ὄφρ' ἦα φερώμεθα· cui statim additum: καὶ ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ οὕτως συναιρεῖν. Schol.

qui ad vocabulorum significationes indagandas [25]), ad verborum formas definiendas [26]), ad ipsos denique accentus constituendos [27]) descendere minime fastidierit. Et quamvis vel in perpaucis quae supersunt horum studiorum speciminibus et in priore genere

---

mere potuerint. *K.* δὲ (pro ἐννῆμαρ) ἠξίου ἓν δ' ἦμαρ ἐς τεῖχος γράφειν, δασύνοντας τὸ ἕν, ἐπεὶ μηδέποτε καθ' ἑαυτὸ τὸ ἐννῆμαρ ὁ ποιητὴς εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντως ἐπάγων τὴν δεκάτην· „ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατόν, τῇ δεκάτῃ τε“ (*A*, 53.). Quam coniecturam etiamsi utpote „deorum numine quam Homeró digniorem“ merito riserit Wolfius Prolegg. p. CCXVII., nihilominus tamen diligens hominis observandi studium (quamvis et id hoc loco fefellerit: cf. *Ω*, 107.) luculenter cognoscitur: id quod non duxit Cratem, quum eandem lectionem tueretur (v. Eust. p. 890, 35.). Schol. *κ*, 130. οἱ δ' ἅμα: *K.* δὲ καὶ Ῥιανὸς (Saal. p. 64.) διὰ τοῦ λ, οἱ δ' ἅλα πάντες. Quod ἅλα (pro ἄρα quod in libris) verissime coniecit a Porsono laudatus Toup. Cur. nov. in Suid. v. Ἀνέρριψαν, quum eos ipsos quos attulit locos, Od. *η*, 328. et *ν*, 78., Callistrato suae lectionis firmamenta fuisse certissimum sit. Schol. *κ*, 190. Ὦ φίλοι: *K.* φησὶν ὡς ὑπό τινος ὁ στίχος (sc. 189.) προτέτακται ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος, ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ γάρ. Quibuscum conferas denique etiam Schol. *Σ*, 39. ubi Callistrato quoque characterem Hesiodeum (Lehrs. de Aristarch. p. 358.) suspectum visum ideoque Argivae editionis auctoritatem ad partes vocatam fuisse satis perspicimus. 25) Schol. *ι*, 486. θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι: Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀποδέδωκεν οὕτως, ἤγγισε δὲ τῇ χέρσῳ· *K.* δὲ ἀντὶ τοῦ ἐποίησε, παρὰ τὸ θεῖναι παραγώγως. Rectius haud dubie. Schol. *κ*, 242. παρ' ἄκυλον: *K.* ἄκυλόν φησι τὸν τῆς πρίνου καρπόν (Hesych. I. p. 213.), βάλανον δὲ τὸν τῆς δρυός· καρπόν τε κρανείης τὸν τῆς κρανέας καρπόν, ὃς πίταξις καλεῖται, οἱ δὲ βάρβιλος, οἱ δὲ μάραος. Quibus addere licet Schol. *ζ*, 29. ubi χάρις (pro quo ex arbitrio φάτις intulerat Aristophanes) ἀντὶ τοῦ χαρά dictum putabat. Denique Schol. *ζ*, 201. διερός: Οὕτως τὸν ζῶντα Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ *K.* γράφει δυερός, ὁ ἐπίπονος, παρὰ τὴν δύην, ἤτοι κακοπαθητικός: quo quidem non magis punctum tulit quam sua interpretatione Aristarchus: Lehrs. de Aristarch. p. 57. sqq. 26) Schol. [illegible] 434. ἄμβατος: οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄμβατος· *K.* διὰ τοῦ η [illegible] Lehrs. de Aristarch. p. 30. ad editionem rettulit, ego poti[illegible] διορθωτικοῖς repetierim. Schol. *Ω*, 213. τότ' ἄντιτα: [illegible] ρος (adde fragm. ap. Heyn. p. 442.) [illegible] ὥστε [illegible] ἐπίρρημα τὸ τότε καὶ σύνδεσμον [illegible] ὄντα [illegible] Schol. *ζ*, 318. τρώχων: *K.* τρεχέ[illegible] Aristonici: ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως εἶπε[illegible]

siones ac dubitationes eas tollere ac diluere nullo modo poterant: ipsae inquam atheteses, quoniam nullum ex iis detrimentum capiebat Homerus — nam longe differre a lituris et per se patet et verissime Wolfius [30]) monuit — non tam pro criseos sunt quam pro interpretationis documento habendae. Quo igitur quisque accuratius in omnes heroicae antiquitatis partes attenderet, quo studiosius in ipsam dictionis Homericae proprietatem, quo esset omnino diligentior interpres, eo cautiorem etiam et ab obelo factitando temperantiorem criticum sese gessisse consentaneum est. Atque revera fuisse Callistrati operam in hac parte ita comparatam sat idoneis exemplis etiamnunc docemur. Qua enim is fuerit modestia, quam non temere suo voluerit indulgere arbitrio, id cum prudentia probat, qua haud paucos sine dubio olim locos, qui etsi ipsi *νοθείας* indicia ferre viderentur certissima, quum tamen nondum omnem salutis spem perditam arbitraretur, non obeli sed leni suspicionis nota insignitos relinquebat aliorum acumini diiudicandos [31]), tum ipsa cautio ac diligentia, qua quaecunque in eiusmodi quaestionibus consideranda erant et ab interna sententiarum indole et ab externa librorum auctoritate petita momenta et circumspicere et expendere solebat [32]). Fuit sane ne in hoc quidem munere, ut videmus, non nulli is errori obnoxius [33]): quoniam autem, quod in proverbium abiit, etsi quando defecerint vires nunquam tamen non est laudanda voluntas, quam voluerit certe operamque dederit nihil ab hac parte ut temere in divinum vatem perpetra-

---

*ζ*, 201. supra (n. 25.) attulimus. 30) Prolegg. Hom. p. CCLVII. 31) Cf. Schol. *ξ*, 22. *K. ὑπώπτευε τὸν στίχον* (item Schol. *μ*, 104.). Schol. *μ*, 250. *K. ὑπονοεῖ τὸν στίχον.* 32) Schol. *T*, 327. *καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει* (sc. ante Aristarchum: Wolf. p. CCLXXI.) *τὸν στίχον, ὥς φησι Καλλίστρατος· τό τε γὰρ ἐπὶ παιδὸς κομιδῇ λέγεσθαι διστακτικῶς εἴ που ἔτι ζώει, καὶ ταῦτα μηδὲ πόῤῥω τῆς Σκύρου κειμένης, ὕποπτον, τό τε θεοειδής ἀκαίρως προσέῤῥιπται. τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς* (cf. Lehrs. de Arist. p. 349. sqq.) *τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον, εἴ που ἔτι ζάει Πυῤῥῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον.* De quo versu libentissime assentior Wolfio et Lehrsio (de Arist. p. 358.). Item noli dubitare Schol. *Σ*, 391. sqq. non modo Argivae editionis auctoritatem sed reliqua etiam quae ibi extant argumenta ad ipsum redire Callistratum. 33) Ut Schol. *λ*, 52. (n. 23.) Item Schol. *κ*, 190. (n. 24.) ubi ipse error laudabilis.

retur, eius rei satis id ipsum argumento est, quod si quid in hoc criseos genere priores grammatici, Zenodotus potissimum et Aristophanes et ipse fortasse eius aequalis Aristarchus[34]), nimium moliti fuerint, aut retractare aut data opera denuo severo iudicio submittere peculiari opere instituit. Quamquam autem quum haec scribo valde mihi verendum, ne quod plerumque iuvenibus solet accidere, scilicet quod medium est inter studium et iram id plane ut negligant, idem ego quoque in Callistrati virtutibus celebrandis peccasse videar: nihilosecius tamen denuo mihi confitendum est, nec in altera quidem criseos Callistrateae parte, in lectione Homerica ab eo constituta, quicquam me deprehendisse, quod quam in praegressis de hoc homine concepimus bonam opinionem aut tolleret aut omnino minueret. Etenim quoniam in hac disciplina vel ipsi principes grammaticae Alexandrinae, ut Aristophanes et Aristarchus, non hoc spectabant, ut quorumvis ex diversissimis terrarum regionibus, ex publicis privatisque copiis in Ptolemaeorum bibliothecas congestorum codicum varias lectiones fideliter enotarent, pro diversorum fontium dignitate in censum quendam et ordinem digererent omninoque textum repraesentarent, quemadmodum hodie fere a summis quibusdam viris fieri videmus, unice ad diplomaticam quae vocatur fidem stricte exactum (id quod pro illorum temporum rationibus nec voluerunt nec potuerunt grammatici), quoniam igitur non hoc spectabant, sed eo potius tendebat omne studium, ut librorum auctoritate non plane neglecta versicolorem illum Homerum ingentemque, quae sine dubio in priscis exemplaribus regnabat, inaequalitatem illam (ἀνωμαλίαν) similium locorum diligenter instituta comparatione ad aequalitatis (ἀναλογίας) quandam legem[35]) revocarent (in quo

---

34) Qui quamvis ut ubique ita in hac quoque parte modestissimus fuerit, complures tamen adversarios et obtrectatores nactus est: Wolf. Prolegg. p. CCLIII. sq. Lehrs. de Aristarch. p. 366. 35) Hinc igitur potissimum illa, nota magis quam cognita, Alexandrinorum (Aristarcheorum: quo si doctrinam, non tempora spectas etiam Aristophanes pertinet) cum Pergamenis (Crateteis) de anomalia et analogia contentio: de qua parum docte (scilicet quum ipsa instituti ratio non aliter ferret) nuper exposuit C. F. Wegner. de Aul. Attal. Vol. I. p. 113. sq. Illam igitur Homericorum carminum inaequalitatem quum

num ieiuna tractatione remedium quoddam doctis hominibus praeberet, quo si quando maiorum graviorumque rerum desiderium paulo refrigeratum fuerit id eo ardentius resuscitaretur: id quidem minus adhuc animadversum est, ideoque praemonendum erat, ne quis temeritatem criminaretur. Etenim quoniam illo in genere complures iam ac sagacissimos viros admodum praeclare elaborasse videbam, huius vero qui satis idoneum proposuerit et illustre specimen exortum neminem: novae gloriae cupiditate mirum quantum incensus quid ipse in hac parte efficere possem, quum peropportune Callistratus Aristophaneus sese offerret, intentatum relinquere nolui. In quo quidem aliquatenus certe voti me compotem evasurum quae confidentia mea est spe teneor haudquaquam mediocri.

2. Attamen ne is ipse, cuius patronus ac sospitator existere conatus sum, tanquam voce male ominata in principio statim suo apud lectores favore fraudetur infaustumque nanciscatur introitum: quicquid vel extrinsecus huius hominis in laudem commendationemque possit afferri paucis iam commemorabimus. Ac primum quidem inter omnes qui ex celeberrima Aristophanis Byzantii schola prodierunt grammaticos — nimirum si Aristarchum exceperis, τὸν πάνυ et omni semper laude maiorem — Callistratum et studiosissimum fuisse ad magistri virtutes aemulandas ac revera praestantissimum discipulum, id facile docet et abunde inter hunc et reliquos Aristophaneos vel obiter instituta comparatio [3]). Nam quamvis qui praeter Callistratum innotuerunt ab Aristophane grammatici eorum de Diodoro quidem nimis obscura sint et incerta omnia, quam quae exactum iudicium admittant [4]): Agalliae tamen

3) Cassa quidem esset opinor haec opera, si Polemonem quoque Periegetam (de quo, donec promisso steterit Prellerus in Diar. Hal. litt. a. 1837. n. 16. p. 127. dato, v. Clinton. F. H. Vol. III. p. 524. sqq.) pro Aristophanis liceret habere discipulo cum Ionsio de S. H. Ph. II, 13, 1. et Harlesio ad Fabric. B. Gr. Vol. IV. p. 119. Attamen Asclepiades Myrleanus (ap. Suidam v. Πολέμων), qui huius rei auctor traditur, nihil nisi aequales fuisse Polemonem et Aristophanem refert. 4) Accederet quidem huic homini aliquid dignitatis, dummodo ponere liceret cum Boeckhio (Praef. Schol. Pind. p. XIII.), eum Chrysippo dignum visum fuisse

Corcyraei vel una Homeri interpretatio quae nobis servata est [5]) satis probat, cuius is fuerit homo ingenii, quamque dignum Artemidorus, Opsartyticorum scriptor, summo praeceptore sese praebuerit, id ipsi iam veteres optime perspexisse videntur, quippe qui, tanquam convicii nota, Pseudoaristophanei cognomine eum insigniverint [6]). Praeterea autem quam non exigua olim fue-

---

ad quem sive adversus quem scriberet. Attamen in titulo Chrysippei libri πρὸς τοὺς κριτικοὺς πρὸς Διόδωρον (Diog. L. VII, 200.) Aristophaneum grammaticum quominus comparere credamus, vel ipsa temporum ratio prohibet, quum Chrysippum (quem non nisi casu „Zenodoti Ephesii, Callimachi et Eratosthenis discipulum, Aristarchi magistrum" Praef. Schol. Pind. p. XII. dictum esse ipse Vir Summus iam monuit ap. Bernhardy. Eratosth. p. XIII.: licet inde, ut suspicor, nec aliunde prodierit „Chrysippi Stoici discipulus, magnus Aristarchus" ap. Meier. V. Cl. de Andocid. or. c. Alcib. comm. I. p. XIII.) iam Ol. CXLIII, 2. sive 207. a. Chr. obiisse satis constet: Clinton. F. H. Vol. III. p. 49. Ceterum quasi fatali quadam necessitate accidisse videtur, ut cum hic Stoicus tum eius praeceptor Cleanthes saepius, quoad grammaticos, doctis hominibus negotia facesserent. Ita mirari video virum sagacissimum, Chr. Petersen. de Chrysipp. Philos. Fundam. p. 227., quomodo Chrysippus „contra Aristarchum nixus esse" dici potuerit, quum hic ipse Cratetis demum aetate vixisse tradatur. Sed facile is scrupulus evellitur, quum ap. Varronem de L. L. IX. pr. (p. 197. Müller.): „In quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας, his libris contra ἀναλογίαν atque Aristarchum est nixus," verba: his libris — est nixus, aperte ad Cratem, non ad Chrysippum pertineant. At longe gravior eorum est error, qui vel Cleanthem ἐν τῷ πρὸς Ἀρίσταρχον (Diog. L. VII, 174.) adversus grammaticum scripsisse putarunt (uti Fabric. B. Gr. III. p. 551. et cui tale quid excidisse iure miramur, ipse Wolfius Prolegg. Hom. p. CCLIV.), praesertim quum Samium mathematicum intelligendum esse ante Wyttenbach. in Plut. Mor. p. 31. D. (Vol. VI. p. 267.) dudum iam monuerit F. G. van Lynden. de Panaet. p. 23. Ceterum cur eo loco, qui ad hoc me diverticulum allexit, Diodorum Cronum intelligam, quamvis is aetate Chrysippum antecesserit, exponam alias. 5) Schol. Σ, 490. coll. Eust. p. 1156, 39. Voluit enim ibi („coniectando an somniando in mentem venerat" quaerit Wolf. Prolegg. p. CXCIV.) duas urbes, in Achillis scuto ab Hephaesto fictas, alteram Athenas esse, alteram Eleusinem. Rem accuratius pertractavit A. Lobeck. diss. de bello Eleusinio P. I. Regim. 1821. (Friedem. Misc. Cr. T. II, 4. p. 677. sqq.) 6) Cf. G. Bernhardy in Suid. v. Ἀρτεμίδωρος

rint huius grammatici in litteras merita, id quodammodo iam ex frequenti eius memoria, quae vel hodie apud Scholiastas et Lexicographos extat — plus enim centum et triginta sex locis (si quidem concessum est Wolfianum induere morem) etiamnunc ad partes vocatur — iure collegeris. Denique vero si laudi ducitur, ut Valckenarii [7]) quibus in simili re usus est verba huc transferam, ab idoneis laudatoribus magni aestimari, etiam ea ex parte huic grammatico haud infelicissima sors obtigit, quum, ut mittam qui suam ei aliquam curam impertiverunt [8]), eruditissimi duo ac summi viri, Th. Reinesius et Tib. Hemsterhusius, „nobilis" alter, alter „non ignobilis grammatici" honorifica appellatione eum dignati sint [9]).

3. De vita autem et studiis huius grammatici quamvis minime dubium sit nonnihil certe traditum fuisse olim et in Asclepiadae Myrleani libris de Grammaticis [10]) et eo in opere,

---

ὁ Ψευδοαρ. Cum studia et ingenium hominis tum tempora monere debebant Rankium (de Hesych. p. 104.), ne Aristophaneum Artemidorum cum clarissimo geographo Ephesio (Clinton. F. H III. p. 537. sqq.) haberet eundem. 7) In Ammon. Praef. p. XXIX. 8) Ut I. Meursius, qui tamen in B. A. ap. Gronov. Thes. A. Gr. T. X. p. 1454. sq. oratorem temere confudit cum grammatico, B. Gr. p. 1288. autem unum tantummodo opus περὶ Ἡρακλείας sub Callistrati nomine attulit. Itidem Fabricius B. Gr. Vol. V. p. 560. ubi varios Callistratos recenset, auctorem π. Ἡρ. et Aristophaneum male, ut nobis quidem videtur (v. infra §. 8.), disiungit: quum contra qui ap. Tzetz. Chil. XII, 61. sqq. compareat Callistratus is ne dubitanter quidem hic apponi deberet: Wolf. Prolegg. Hom. p. LXIII. coll. Bernhardy. H. L. Gr. I. p. 85. Ceterum quam vere Wolfius Tzetzae hunc Callistratum grammatici appellatione honorantis ineptiam notaverit, id satis nunc ex eleganti libello I. Classenii de Gr Gr. Prim. p. 5. sq. intelligas. Denique vero nuper quaedam de Callistrato ascripsit Clinton. F. H. III. p. 530. sq. 9) Reines. V. L. III. p. 366. Hemsterh. in Schol. Ar. Plut. 718. 10) Cuius operis (quod sine dubio haud exiguae fuit amplitudinis, siquidem vel undecimus liber commemoratur in Vit. Arat. ap. Buhl. T. II. p. 429.) iactura valde dolenda est, quum non modo de doctorum hominum vitis ac temporibus, verum de ipsius etiam grammaticae consilio et ambitu accuratissime in eo disputatum fuisse appareat: Sext. Emp. adv. Math. I, 252. Mira autem narrarem de Callistrato, si quidem hunc Asclepiaden pro Apollonii Rhodii discipulo haberem cum Wersero in Actt. Philol. Monac. T. IV, 2.

quo Demetrius Magnes cum poetas tum solutae orationis scriptores cognomines recensuit [11]): hodie tamen nec de patria, nec de genere, nec de sorte eius quicquam confirmare possumus, siquidem vel illud incompertum est, fueritne eorum ex numero eruditorum hominum, qui publice scholas habuerunt [12]), quum nec discipulorum vel sectatorum eius quenquam proprio nomine commemorari videamus, nec astipulatores quidem ex formula *οἱ περὶ Καλλίστρατον* [13]) colligi posse post Lehrsii [14]) monitionem in posterum nemo ambigat. Unum tamen quod ad mores attinet haud male nobis videmur coniicere, hominem dico sine dubio elegantissimi habitus fuisse, siquidem ob id ipsum, quasi et hoc ad *παιδείας ἐξέτασιν* nonnihil conferret, Aristarcho, qui ea in parte aliquid sibi indulsisse videtur, maledictum ab eo esse, diserte memoriae proditum est [15]). Quae narratio quum omnibus elegantioris cultus doctoribus non possit non iucundissima esse, nobis certe propterea haud ingrata evenit, quod aetatem hominis paulo accuratius inde definire concessum est: quem quum Aristarcho aequalem fuisse perspicue intelligamus, ipsum circa Ol. CLVI, 3. sive 154. a. Chr., Ptolemaeo Philometore regnante, floruisse non temere cum Clintono statuerimus. Iam igitur habes Callistrati vitam. Ex qua quamvis nihil ad

---

p. 535: attamen sub Pompeio M., certe post Dionysium Thracem vixisse satis evicit Clinton. III. p. 523. 11) Vulgo breviter Demetrius *ἐν Ὁμωνύμοις* laudatur. Plena operis inscriptio est ap. Diog. L. I, 112: *Δ. ὁ Μ. ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων*. Plura Clinton. III. p. 544. Ceterum dubitaris forte an etiam hi minorum gentium grammatici in illis libris locum habuerint. Afferam vero Eudoc. Viol. p. 54: *Ἀναξαγόραι τέσσαρες γεγόνασιν· ὧν ὁ πρῶτος — Κλαζομένιος· δεύτερος δὲ ῥήτωρ ἦν Ἰσοκράτειος· τρίτος* (atque hinc simul Wolfius refellitur Prolegg. p. CCXVI.) *γραμματικὸς Ζηνοδότειος*. Quae quum (uti iam Wyttenbach. monuit B. Cr. II, 3. p. 22.) aperte ex Diog. L. II, 15. hausta sint, ad ipsum Demetrium redire res est certissima. 12) Polyb. XXXII, 6, 5: *γραμματικὸς τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων*: cf. Suet. de ill. Gr. 2. 13) Schol. Pind. Isthm. II, 19. et Ar. Plut. 179. 14) Annal. Darmstad. a. 1835. p. 453. sq. (Q. E. p. 28. sqq.) Astipulatores: Wolf. Prolegg. p. CCXVII. 15) Ath. I. p. 21. C: *Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος Ἀρίσταρχον ἐν συγγράμματι κακῶς εἴρηκεν ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, φέροντός τι καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἐξέτασιν*.

hunc grammaticum accuratius pernoscendum lucrere, noli tamen id vitio vertere auctori, quum eiusmodi vitarum genere doctis ab hominibus nec vivatur nec scribatur quicquam frequentius.

4. Itaque omnem iam videmus huius grammatici salutis spem in ipsis doctrinae reliquiis positam: ad quas perlustrandas statim praevertimur. Ac studiorum quidem eius quum omnino duplex fuerit genus, alterum quo grammatici sive, ut Crateteis placuit, critici munere functus principes cuiusvis ordinis poetas recenseret et illustraret, alterum quo ad morem illius aetatis per varias miscellaneae cuiusdam nec certis adstrictae vinculis eruditionis partes expatiaretur: de utroque deinceps ex ordine dicendum est. Quoniam vero quae in grammaticis praestitit cum per se longe graviora sunt tum ceteris eius studiis multo accuratius cognita, illis ipsis primum ac primarium locum concedere voluimus. — Itaque „ab Iove principium", poetarum scilicet, quem quum (licet non Reimanniorum more) omnium omnino disciplinarum suarum Graeci merito patrem haberent, tum potissimum etiam grammatici suae artis debebant originem, *Homerum*, inquam, Callistratus quoque ingenii studiorumque suorum praecipuam sibi palaestram sumpsit. Id quod ex variis eius operibus, quae quum olim Didymus in commentariis suis de Aristarchea Homeri recensione adhibuerit[16]), etiamnunc et ex inscriptionibus et ex fragmentis cognoscimus, luculenter perspicitur. Etenim commemoratur Callistratus primum *ἐν τῷ πρὸς τὰς ἀθετήσεις*[17]), dein *ἐν τοῖς διορθωτικοῖς*[18]), praeterea *ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος*[19]): quibus omnibus denique integra etiam sive accesit sive praecessit editio Homerica, si modo Didymo *τὴν Καλλιστράτου* diserte commemoranti[20]) fidem habueris. Qua quidem de editione aliquem mihi scrupulum residere quamvis libere confitear, tamen explicatius haec persequi et alienam censeo ab hoc loco nec minus flocci facien-

---

16) Cf. Lehrs. de Aristarch. stud. Hom. p. 30. sq. 17) Schol. *Α*, 423. 18) Schol *Ξ*, 255. (perperam cod. V. *Καλλίμαχος*). *Διορθωτικά* scripsit etiam Chaeris (fortasse is ipse, de quo Sext. Emp. adv. Math. I, 76. coll. Schol. Dionys. Thr. p. 663.), v. Schol. *η*, 80. *Φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά* Asclepiades: Ionsius de S. H. Ph. II, 10, 3. 19) Schol. *Β*, 111. 131: *ἐν τῷ α΄ π. Ἰ.* Schol. *Β*, 435. 20) Schol. *Γ*, 18.

dam sedulitatem, quam si quis quae multiplex deprehenditur in Scholiis Callistrati mentio eius suam cuique operum illorum partem religiose vindicandam susceperit. Quibus iam missis hoc potius inquiramus, quasnam potissimum studiis suis Homericis partes sibi tractandas Callistratus sumpserit et qua prudentia fuerit in iis, qua diligentia versatus. Primum autem non critici tantum sed etiam interpretis partes data opera egisse hunc grammaticum, cum ex aliis indiciis tum ex ipso quod tertium attuli opere colligi poterit, quoniam quibus in partibus omnis critica ars Alexandrinorum versabatur, et in athetesibus et in lectione constituenda, earum suam cuique prioribus iam libris operam praestitam fuisse apparet. Cui de Iliadis interpretatione operi haud dubie simile accessit *περὶ Ὀδυσσείας*, quo quidem refero argumenta illa, quibus ex Callistrati mente commota non ad patrem sed ad matrem Ulixi ut supplex accederet Nausicaa suaserat [21]). Quem in locum qui primum inciderit, is non dubito quin Callistratum non nobilem aliquem et ingenuum grammaticum, sed praestigiosum quendam spinosarum quaestionum captatorem sibi fingat, haud ita diversum a praestanti hominum genere, quod per Lehrsii diligentiam [22]) luculenter nuper innotuit. Quae quidem falsissima esset et iniustissima criminatio. Namque testimoniis vel paulo diligentius perlustratis ubivis conspicimus hominem non modo in universum carminum colorem et nexum curiose attendentem [23]), Homeri cogitandi dicendique consuetudinem studiosissime observantem [24]), verum etiam

---

21) Schol. ζ, 310. *Μητρὸς περὶ γούνασι: Ἤτοι ὡς γυνὴ γυναῖκα προκρίνει· ἢ ἐπεὶ φρονιμωτάτη ἡ Ἀρήτη παραδίδοται· καὶ ἄλλως δὲ φιλοικτίρμον τὸ θῆλυ· Καλλίστρατος.* 22) De Aristarch. p. 200. sqq. 23) Schol. λ, 52. *Οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο: Εἰ ἀποφαίνεται οὖν περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, πῶς ἑξῆς διστάζων φησὶ „πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον“; διὸ ὁ K. ἀθετεῖ* (haud dubie v. 51—54. uti monuit iam Porsonus). Schol. μ, 250. *K. ὑπονοεῖ τὸν στίχον λέγων ἐκλύεσθαι τὸ τάχος τῆς ἁρπαγῆς.* Schol. μ, 104. *Δῖα Χάρυβδις: Οὐκ ἐδήλωσέ γε μὴν ὁ Ὅμηρος, πότερον θηρίον ἐστὶν ἢ ἄμπωτις. ὑποπτεύει δ' αὐτὸν K. ὡς μαχόμενον τοῖς ἔπειτα.* 24) Schol. ξ, 22. *Τέσσαρες: K. ὑπώπτευε τὸν στίχον διὰ τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν κυνῶν καὶ τὸ ἐπίθετον* (sc. *συβώτης, ὄρχαμος ἀνδρῶν*). Porphyr. ap. Schol. B. *M*, 25. Mirati sunt quem murum uno die mortales extruxerant in eo diruendo qui immortales novem consu-

qui ad vocabulorum significationes indagandas[25]), ad verborum formas definiendas[26]), ad ipsos denique accentus constituendos[27]) descendere minime fastidierit. Et quamvis vel in perpaucis quae supersunt horum studiorum speciminibus et in priore genere

---

mere potuerint. *K.* δὲ (pro ἐννῆμαρ) ἠξίου ἓν δ' ἦμαρ ἐς τεῖχος γράφειν, δασύνοντας τὸ ἕν, ἐπεὶ μηδέποτε καθ' ἑαυτὸ τὸ ἐννῆμαρ ὁ ποιητὴς εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντως ἐπάγων τὴν δεκάτην· „ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατόν, τῇ δεκάτῃ τε“ (*A*, 53.). Quam coniecturam etiamsi utpote „deorum numine quam Homeró digniorem“ merito riserit Wolfius Prolegg. p. CCXVII., nihilominus tamen diligens hominis observandi studium (quamvis et id hoc loco fefellerit: cf. *Ω*, 107.) luculenter cognoscitur: id quod non duxit Cratem, quum eandem lectionem tueretur (v. Eust. p. 890, 35.). Schol. *κ*, 130. οἳ δ' ἅμα: *K.* δὲ καὶ Ῥιανὸς (Saal. p. 64.) διὰ τοῦ λ, οἳ δ' ἅλα πάντες. Quod ἅλα (pro ἄρα quod in libris) verissime coniecit a Porsono laudatus Toup. Cur. nov. in Suid. v. Ἀνέρριψαν, quum eos ipsos quos attulit locos, Od. *η*, 328. et *ν*, 78., Callistrato suae lectionis firmamenta fuisse certissimum sit. Schol. *κ*, 190. Ὦ φίλοι: *K.* φησὶν ὡς ὑπό τινος ὁ στίχος (sc. 189.) προτέτακται ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος, ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ γάρ. Quibuscum conferas denique etiam Schol. *Σ*, 39. ubi Callistrato quoque characterem Hesiodeum (Lehrs. de Aristarch. p. 358.) suspectum visum ideoque Argivae editionis auctoritatem ad partes vocatam fuisse satis perspicimus. 25) Schol. *ι*, 486. θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι: Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀποδέδωκεν οὕτως, ἤγγισε δὲ τῇ χέρσῳ· *K.* δὲ ἀντὶ τοῦ ἐποίησε, παρὰ τὸ θεῖναι παραγώγως. Rectius haud dubie. Schol. *κ*, 242. παρ' ἄκυλον: *K.* ἄκυλόν φησι τὸν τῆς πρίνου καρπόν (Hesych. I. p. 213.), βάλανον δὲ τὸν τῆς δρυός· καρπόν τε κρανείης τὸν τῆς κρανέας καρπόν, ὃς πίτταξις καλεῖται, οἱ δὲ βάρβιλος, οἱ δὲ μάραος. Quibus addere licet Schol. *ζ*, 29. ubi χάρις (pro quo ex arbitrio φάτις intulerat Aristophanes) ἀντὶ τοῦ χαρά dictum putabat. Denique Schol. *ζ*, 201. διερός: Οὕτως τὸν ζῶντα Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ *K.* γράφει δυερός, ὁ ἐπίπονος, παρὰ τὴν δύην, ἤτοι κακοπαθητικός: quo quidem non magis punctum tulit quam sua interpretatione Aristarchus: Lehrs. de Aristarch. p. 57. sqq. 26) Schol. *Z*, 434. ἄμβατος: οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄμβατος· *K.* διὰ τοῦ η ἀμβάτη. Lehrs. de Aristarch. p. 30. ad editionem rettulit, ego potius ex διορθωτικοῖς repetierim. Schol. *Ω*, 213. τότ' ἄντιτα: Ἀπολλόδωρος (adde fragm. ap. Heyn. p. 442.) καὶ *K.* τιτά· ὥστε τρία εἶναι, ἐπίρρημα τὸ τότε καὶ σύνδεσμον τὸν ἄν καὶ ὄνομα τὸ τιτά. Schol. *ζ*, 318. τρώχων: *K.* τρεχέτην. 27) Schol. *Ω*, 134. Aristonici: ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἑαυτόν, ἕ. *K.* οὖν

interdum sensu falsum [28]) nec in altero semper deprehendamus felicissimum [29]): ubivis tamen sollers, diligens, prudens observator, qui nusquam commiserit quod illa aetate vel doctissimo cuique, raro quod vel hodie non mediocriter perito vitio possit ac dedecori merito verti. In critica autem arte quid praestiterit Callistratus si quaesieris, quod modo de interpretatione dicebamus idem etiam de athetesibus quidem valere, facile unusquisque assequitur. Etenim athetesibus quum Alexandrini omnes locos insignire solerent, in quibus quae interpreti exoriebantur offen-

---

καὶ Ἀρίσταρχος δασύνονται τὸ πρῶτον ε τῆς ἀντωνυμίας. τῷ δὲ τύνῳ ὡς ἐμέ. Varia congessit Spitzner. in Y, 171. 28) Cf. quae paulo ante (n. 23. et 24.) ascripsimus exempla: Schol. λ, 52. Schol. μ, 250. Schol. ξ, 22. 29) Schol. Φ, 126. 127. Aristonici: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον· Φιλητᾶς γὰρ (haud dubie in ipsis Ἀτάκτοις s. Γλώσσαις ἀτάκτοις, de quo uno grammatico Philetae opere certo nobis constat: nec enim editionem Homericam Philetae tribuerim cum Lehrsio de Aristarch. p. 30., neque tantum in me valet Tzetzae auctoritas, ut peculiarem quendam cum Bachio Philet. Reliqq. p. 89. ponam de Homero libellum) καὶ Καλλίστρατος γράφουσι φρῖχ' ὑπαλύξει, λέγοντες ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων καὶ εὔτροφοι τὸ ψύχος ὑπομένουσι καὶ οὐ φθείρονται. Quam quidem explicationem in Homerum admitti non posse, vel unum sufficit iam ab Aristonico allatum argumentum: ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψύχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα, ὁμωνύμως δὲ τούτῳ καὶ τὸν ἄνεμον τὸν οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν: ita scilicet Aristarchus, Lehrs. p. 98. sq. Sed profecto non turpe erat Callistrato in obscuro ac difficillimo loco a vero aberrare, quem ne ipsius quidem Aristophanis sagacitas extricare potuerit. Eiusdem illius interpretationis meminit etiam Porphyrius Q. H. VIII. (Schol. B.) uno tamen Philetae, non Callistrati nomine addito. Ceterum quod Heynius T. VIII. p. 137. ait: „In eodem (sc. Porphyrio) pro Phileta est Polycletus," id hominis alioquin de litteris immortaliter meriti lippitudini cuidam condonandum arbitror, qua haud raro in apparatu suo Homerico perlustrando eum laborasse vel Vossio non monitore facile assequimur. Polycleti Larissaei non confundendi illius cum Polycrito (Meurs. in Antig. c. 150.) Mendaeo, de quo Menag. in Diog. L. II, 63. ἱστορίαι commemorantur ab Ath. XII. p. 539. A., respiciuntur haud dubie ab Aeliano N. A. XVI, 41. Item falsus Callistratus Schol. β, 410. Δεῦτε, φίλοι, ἤια φερώμεθα: Καλλίστρατος· Δεῦτε φίλοι, ὄφρ' ἦα φερώμεθα· cui statim additum: καὶ ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ οὕτως συναιρεῖν. Schol.

siones ac dubitationes eas tollere ac diluere nullo modo poterant: ipsae inquam atheteses, quoniam nullum ex iis detrimentum capiebat Homerus — nam longe differre a lituris et per se patet et verissime Wolfius [30]) monuit — non tam pro criseos sunt quam pro interpretationis documento habendae. Quo igitur quisque accuratius in omnes heroicae antiquitatis partes attenderet, quo studiosius in ipsam dictionis Homericae proprietatem, quo esset omnino diligentior interpres, eo cautiorem etiam et ab obelo factitando temperantiorem criticum sese gessisse consentaneum est. Atque revera fuisse Callistrati operam in hac parte ita comparatam sat idoneis exemplis etiamnunc docemur. Qua enim is fuerit modestia, quam non temere suo voluerit indulgere arbitrio, id cum prudentia probat, qua haud paucos sine dubio olim locos, qui etsi ipsi *νοθείας* indicia ferre viderentur certissima, quum tamen nondum omnem salutis spem perditam arbitraretur, non obeli sed leni suspicionis nota insignitos relinquebat aliorum acumini diiudicandos [31]), tum ipsa cautio ac diligentia, qua quaecunque in eiusmodi quaestionibus consideranda erant et ab interna sententiarum indole et ab externa librorum auctoritate petita momenta et circumspicere et expendere solebat [32]). Fuit sane ne in hoc quidem munere, ut videmus, non nulli is errori obnoxius [33]): quoniam autem, quod in proverbium abiit, etsi quando defecerint vires nunquam tamen non est laudanda voluntas, quam voluerit certe operamque dederit nihil ab hac parte ut temere in divinum vatem perpetra-

---

ζ, 201. supra (n. 25.) attulimus. 30) Prolegg. Hom. p. CCLVII. 31) Cf. Schol. ξ, 22. *K. ὑπώπτευε τὸν στίχον* (item Schol. μ, 104.). Schol. μ, 250. *K. ὑπονοεῖ τὸν στίχον.* 32) Schol. *T*, 327. *καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει* (sc. ante Aristarchum: Wolf. p. CCLXXI.) *τὸν στίχον, ὥς φησι Καλλίστρατος· τό τε γὰρ ἐπὶ παιδὸς κομιδῇ λέγεσθαι διστακτικῶς εἴ που ἔτι ζώει, καὶ ταῦτα μηδὲ πόρρω τῆς Σκύρου κειμένης, ὑπόπτον, τό τε θεοειδής ἀκαίρως προςέρριπται. τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς* (cf. Lehrs. de Arist. p. 349. sqq.) *τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον, εἴ που ἔτι ζώει Πυρῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον.* De quo versu libentissime assentior Wolfio et Lehrsio (de Arist. p. 358.). Item noli dubitare Schol. Σ, 391. sqq. non modo Argivae editionis auctoritatem sed reliqua etiam quae ibi extant argumenta ad ipsum redire Callistratum. 33) Ut Schol. λ, 52. (n. 23.) Item Schol. κ, 190. (n. 24.) ubi ipse error laudabilis.

retur, eius rei satis id ipsum argumento est, quod si quid in hoc criseos genere priores grammatici, Zenodotus potissimum et Aristophanes et ipse fortasse eius aequalis Aristarchus[34]), nimium moliti fuerint, aut retractare aut data opera denuo severo iudicio submittere peculiari opere instituit. Quamquam autem quum haec scribo valde mihi verendum, ne quod plerumque iuvenibus solet accidere, scilicet quod medium est inter studium et iram id plane ut negligant, idem ego quoque in Callistrati virtutibus celebrandis peccasse videar: nihilosecius tamen denuo mihi confitendum est, nec in altera quidem criseos Callistrateae parte, in lectione Homerica ab eo constituta, quicquam me deprehendisse, quod quam in praegressis de hoc homine concepimus bonam opinionem aut tolleret aut omnino minueret. Etenim quoniam in hac disciplina vel ipsi principes grammaticae Alexandrinae, ut Aristophanes et Aristarchus, non hoc spectabant, ut quorumvis ex diversissimis terrarum regionibus, ex publicis privatisque copiis in Ptolemaeorum bibliothecas congestorum codicum varias lectiones fideliter enotarent, pro diversorum fontium dignitate in censum quendam et ordinem digererent omninoque textum repraesentarent, quemadmodum hodie fere a summis quibusdam viris fieri videmus, unice ad diplomaticam quae vocatur fidem stricte exactum (id quod pro illorum temporum rationibus nec voluerunt nec potuerunt grammatici), quoniam igitur non hoc spectabant, sed eo potius tendebat omne studium, ut librorum auctoritate non plane neglecta versicolorem illum Homerum ingentemque, quae sine dubio in priscis exemplaribus regnabat, inaequalitatem illam (ἀνωμαλίαν) similium locorum diligenter instituta comparatione ad aequalitatis (ἀναλογίας) quandam legem[35]) revocarent (in quo

---

34) Qui quamvis ut ubique ita in hac quoque parte modestissimus fuerit, complures tamen adversarios et obtrectatores nactus est: Wolf. Prolegg. p. CCLIII. sq. Lehrs. de Aristarch. p. 366. 35) Hinc igitur potissimum illa, nota magis quam cognita, Alexandrinorum (Aristarcheorum: quo si doctrinam, non tempora spectas etiam Aristophanes pertinet) cum Pergamenis (Crateteis) de anomalia et analogia contentio: de qua parum docte (scilicet quum ipsa instituti ratio non aliter ferret) nuper exposuit C. F. Wegner. de Aul. Attal. Vol. I. p. 113. sq. Illam igitur Homericorum carminum inaequalitatem quum

nec temere agebant nec quicquam quod ipsa ratione non esset dignissimum): haec quoniam ita se habent, etiam Callistrati nostri virtutes criticas eandem ad normam ponderandas esse, ex ipsa est aequitatis natura consentaneum. Quamvis autem de plerisque quae in Scholiis comparent huius grammatici lectionibus quatenus librorum auctoritati, quatenus ipsius ingenio debeantur pro certo quidem hodie diiudicari nequeat[36]): quum

---

Crates eiusque asseclae tueri ac multimodis contra Alexandrinorum mutationes defendere studerent, luculenter opinor iam patet, quam non consueta sua circumspectione usus sit Classenius quum confiteretur (de Gr. Gr. Prim. p. 80.): „totam istam disceptationem vix tanto hiatu dignam sibi videri, nec intelligere sese, quomodo in ista re tam ampla certandi materies posita sit.“ Id quod vix concesserimus si vel ad solam linguae quae dicitur philosophiam certamen pertinuisset. 36) Etiamsi de haud paucis probabiliter certe coniicere licet, statim tamen et qui minoris fuerint momenti et in praegressis nondum commemorati locos coniunctim hic afferam: Schol. *Α*, 423. ubi Aristarcheam lectionem *μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα* (nam Spitzneri Lips. cod. auctoritati male obtemperantis negligentiam merito coarguit Lehrs. Annal. Darmstad. a. 1834. p. 143.) Callistratus quoque *ἐν τῷ πρὸς τὰς ἀθετήσεις* tuitus erat. Ceterum cur in libro de athetesibus hunc locum tractaverit, colligi licet, ni fallor, ex iis quae in eodem Ven. A. ad hunc locum leguntur; *ἰστέον δὲ ὅτι τινὲς γράφουσι· μετὰ δαίμονας ἄλλους. διὸ ἀθετεῖται.* Schol. (de quo diligentissime Lehrs. de Arist. p. 20. sqq.) *Β*, 111. *Ζεύς με μέγα Κρονίδης*: Aristarchus *Ζεύς με μέγας Κρονίδης· καὶ Κ. δὲ ἐν τῷ π. Ἰ. οὕτως προφέρεται, ὥστε ὅμοιον εἶναι τῷ „ἐπεὶ μέγας ὠδύσατο Ζεύς“* (*Σ*, 292.). Schol. *Β*, 131. *ἄνδρες ἔασιν: ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀρισταρχείων* (ac duplicem quidem nobis quoque evicit contra Wolfium Lehrs. p. 27.: licet dissentientem meminerim G. Bernhardy. Annal. Berol. a. 1834. n. 47.) *εὕρομεν ἔνεισιν· καὶ Κ. οὕτως ἐν τῷ π. Ἰ. γράφει καθάπερ καὶ τὸ „ἡμεῖς δὲ μαχόμεθ' οἵπερ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν“* (*Ε*, 477.). Schol. *Β*, 435. *μηκέτι νῦν δηθ' αὖθι λεγώμεθα*: sic Aristarchus: *Κ. δὲ ἐν τῷ α' π. Ἰ. οὕτως προφέρεται· μηκέτι δὴ νῦν αὖθι λεγώμεθα· καὶ ἔστιν εὐφραδὴς μᾶλλον, ἀλλ' οὐκ Ἀρίσταρχος. ταῦτα ὁ Δίδυμος.* Schol. *Γ*, 18. *αὐτὰρ ὁ δοῦρε*: contra *αὐτὰρ δοῦρε* (om. articulo) Aristarchus, Aristophanes *καὶ ἡ Καλλιστράτου, καὶ σχεδὸν οὕτως καὶ αἱ χαριέστεραι.* Schol. *Ξ*, 255. *Κόωνδ'*: alii *Κόον· καὶ Κ. ἐν τοῖς διορθωτικοῖς.* Schol. *ζ*, 207. *Τὸν νῦν: Καλλίστρατος· τῷ μιν* (sic recte Porson. pro *μὲν*) improbatum Nitzschio T. II. p. 120. Schol.

tamen ex aliis perspicue intelligatur, in lectionibus suis constituendis eum non modo libros[37]) diligenter curasse, sed parcius etiam easque lenissimas tantummodo ac similium locorum auctoritate bene plerumque munitas coniecturas[38]) admisisse, quum porro vel ubi erravit et sanum iudicium et accuratam pro illa scilicet aetate sermonis peritiam prodat, quum denique (id quod non infimo est in critica factitanda loco habendum) adeo non magnorum nominum auctoritate obstrictum et quasi

---

ϑ, 525. *ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν*: *K.* *ἄστεϊ καὶ ὥρεσσιν* (sic), *ὡς τὸ* „*ἀμυνέμεναι ὥρεσσιν*" (*E*, 486.). Schol. *κ*, 242. *παρ' ἄκυλον*: *Ἀρίσταρχος οὐκ οἶδε τὸν στίχον· ὁ δὲ K. ἀντ' αὐτοῦ γράφει· παντὸς μὴν* (l. *παντοίης*) *ὕλης ἐτίθει μελιηδέα καρπόν· ἄκυλον δέ φησι*... (cf. n. 25.). Quae mihi quidem obscura. Nam si v. 242. Aristarchus non habuit, nec praegressum poterat nec subsequentem habere. Praeterea si pro v. 242. eum rescripsit Callistratus quem ex Scholiis attuli, non video cur tam diligenter prioris illius singula verba explicuerit. Itaque aut fallor aut qui Aristarcho non cognitus fuisse traditur versus is nunc plane ignoratur, olim vero ipsi versui 242. statim praepositus erat. Schol. *ξ*, 488. *παρά μ' ἤπαφε*: *K.* *παρά μ' ἤλασε.* Schol. *ξ*, 489. *ἔμεναι*: *K.* *ἴμεναι*, quod etiam Wolfius probavit. 37) Cf. Schol. *Σ*, 39. *ὁ δὲ K. οὐδὲ ἐν τῇ Ἀργολικῇ φησι τοὺς στίχους φέρεσθαι.* Schol. *ξ*, 204. *Κάστωρ Ὑλακίδης*: *K. ἐν τῇ ἐκ Μουσείου* (cf. Lehrs. de Arist. p. 30.) *Καστῶρ φησὶ γεγράφθαι.* Quorsum, non assequor. Huc refero etiam Schol. *μ*, 252. *εἴδατα*: *οὕτως Ἀρίσταρχος· ὁ δὲ Καλλίστρατος δείλατα.* „Poeticum verbum ex *δελέατα*, quo usus est Callimachus fr. 458." *Pors.* Recte. Quoniam autem Callimachus ab Homero aperte mutuatus erat, patet hanc ipsam antiquam librorum fuisse scripturam. Adde Schol. *γ*, 486. et Schol. *ζ*, 29. mox (n. 39.) integra afferenda. 38) Cf. Schol. *ϑ*, 525. (n. 36.) Schol. *κ*, 130. (n. 24.) Schol. Ambros. *ρ*, 455. *Οὐδ' ἅλα*: *οὕτως Ἀρίσταρχος ἀνέγνω, καὶ ἀπέδωκε τοὺς ἅλας· ὁ δὲ Καλλίστρατος οὐδ' ἄλα, τὰ κόπρια, παρὰ τὸ ἐν τῷ οὐδῷ κεῖσθαι· οὐδὸς δὲ ὁ βατήρ* (Eust. Od. p. 1828, 2.). „Pors. ex Harl. brevius: *οὕτως Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ Καλλίστρατος οὐδάλα, τὰ κόπρια.* Recte ad mentem Callistrati, *οὐδάλα*. Sed scripserat scholii auctor *οὐδ' ἅλα* in discrimen alterius lectionis. Hinc nata mendosa in scholio quod supra posuimus scriptura; et pessimus Zonarae in lexico error, *ἅλα* hinc proferentis sensu *κοπρίων*." *Buttm.* De Zonarae quidem errore dubitare potuit Tittm. p. 130. sq. Ceterum vicit Aristarchus. Cf. intt. Hesych. v. *Οὐδ' ἅλα*: quorum pleraque praeoccupavit iam Duport. Gnomol. Hom. p. 247.

occaecatum videamus, ut vel a magistro suo, licet alioquin plurimi aestimato (aliter enim per ipsius Aristophanis praestantiam evenire non poterat), si quae male novata intelligeret ea notare, retractare, defendere minime dubitaret[39]: haec, inquam, quum vel ex paucis iisque laceris nonnunquam huius grammatici reliquiis colligi liceat, non arrogantiae, ut puto, crimen subire videbor, si quod olim per coniecturam Wolfius posuit[40]), potuisse huius grammatici merita esse in Homerum, quae nunc penitus ignorarentur, id iam ad aliquam certe probabilitatis speciem perductum me credere ingenue fuerim professus. Quae quum ita sint, ut iudicium meum in summam redigam, nec rectius equidem nec honorificentius de huius grammatici studiis Homericis pronuntiare potero, quam si eo ex Alexandrinorum haud admodum numeroso hominum genere, quorum quum opera revera Homero profuerit memoriam temporum invidia intercidisse dolemus merito, Callistratum quoque Aristophaneum fuisse contenderim.

5. Quodsi de Callistrati cura Homeri carminibus impensa paulo fusius quam huius scriptionis modulo convenire videatur disputaverimus, factum id est et propterea quod ipse Callistratus in Homero studiorum suorum quasi summam collocavit, et quod, quum de reliquis eius scriptis grammaticis aut parcius sit aut minus dilucide traditum, ad ipsa illa Homerica optime iudicium nostrum de hac parte et dirigi et constitui poterit. Quoniam igitur nulla prorsus aut ratio cogit aut necessitas, Callistratum ut in ceteris scriptoribus tractandis adeo sui

---

39) Illustre specimen Schol. γ, 486. *Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν: Ἀριστοφάνης γράφει· θεῖον, ἀντὶ τοῦ ἔτρεχον· εἶτα, ζυγὸν ἀμφιέχοντες. ὁ δὲ Καλλίστρατός φησίν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς οὐριοδρομούσης νηὸς τὸ τῆς εὐπλοίας ἐμφαίνεται, διὰ τὸ „τῆς δὲ πανημερίης τέταθ' ἱστία ποντοπορούσης“* (λ, 11.), *οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς δρόμου τῶν ἵππων τὴν ἀδιάλειπτον ἄνυσιν τῆς ὁδοῦ σημαίνει τὸ σεῖον ζυγόν.* Verissime Callistratus, nec unquam frigidam coniecturam Aristophani condonabo. Adde Schol. ζ, 29. *Ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπων ἀναβαίνει: Καλλίστρατος δὲ χάρις, ἀντὶ τοῦ χαρά. μεταποιῆσαι δέ φησι τὸν Ἀριστοφάνην, φάτις.* Ubi minus prospere res cessit, si quidem facis cum Nitzschio T. II. p. 93.

40) Prolegg. in Hom. p. CCXVII.

dissimilem fuisse credamus, suam personam ut plane exueret, in sequentibus quidem satis iam fecisse videbimur, ubi et ad quosnam Callistrati cura praeter Homerum pertinuerit poetas et quasnam sit eorum potissimum partes amplexa paucis indicaverimus. Itaque quum praeter Homerum an alios etiam epicos poetas tractaverit nunc quidem incertum sit[41]), transeamus statim ad lyricos. Et Simonidi quidem aliquid studii tribuisse Callistratum cum per ipsius poetae celebritatem tum propterea quod in alio quodam opere suo[42]) lepidam quandam de eo narratiunculam servavit, conieceris fortasse haud improbabiliter: quum tamen nihil omnino praeterea constet, alucinari noluerim. Certissimi sunt in *Pindarum* commentarii. Quorum de indole et natura quamvis omnino sex tantummodo locis omnis notitia nostra nitatur, hoc tamen vel sic satis perspicere nobis videmur, non tam difficilia vel elegantia vocabula per eos sectari quam id potius curare auctorem voluisse, ut ipsum quod poeta secutus esset consilium[43]), universam ut sententiarum vim et artem[44]),

---

41) Nam apud Proculum quae leguntur ad Hes. *Ἔ.* 588: *Ἀμολγαίη: ἀντὶ τοῦ κρατίστη, ἀκμαία· τὸ γὰρ ἀμολγόν ἐπὶ τοῦ ἀκμαίου τίθεται* (cf. Cramer. Epim. Hom. p. 82.). *Ἐρατοσθένης δ' ποιμενικήν· Καλλίστρατος δὲ τὸν τυρόν φησιν, ἢ ὀλλύραν βεβρεγμένην γάλακτι*: ex his quidem commentarios in Hesiodum nemo collegerit, quum haud dubie indidem petita sint unde Eratosthenea (Bernhardy. p. 209.), ex annotatione in Ar. Eq. 959. De re v. Buttmann. Lexil. II. p. 44. sq. 42) Cf. infra p. 23. n. 59. 43) Quamquam fefellit interdum divinatio sagacitatem: Schol. Isthm. II. pr. *Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ: Καλλίστρατός φησι τὸν Πίνδαρον, μὴ τυχόντα τοῦ κατ' ἀξίαν μισθοῦ διά τινα μικρολογίαν τοῦ Ξενοκράτους, προςδιαλέγεσθαι Θρασυβούλῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰς Ξενοκράτην, φησί, γέγραφε τὴν ᾠδήν, ἀλλ' εἰς Θρασύβουλον· καὶ γὰρ ἡ εἰσβολὴ περὶ ἀργυρίου μέμψεώς ἐστιν, ὡς θέλοντος αὐτοῦ τὸν κατ' ἀξίαν μισθὸν κομίσασθαι.* Quo pertinet etiam Schol. v. 19. *Ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφός: ταῦτα οἱ περὶ Καλλίστρατον συνεργεῖν φασιν ἑαυτοῖς· φανερὸν γὰρ ὡς μισθὸν αἰτῶν τὸν Θρασύβουλον τό τε ἀπόφθεγμα προήνεγκε τὸ περὶ τῶν χρημάτων καὶ προςεπιλέγει· οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω· σοφὸς γὰρ εἶ καὶ συνήσεις πρὸς τί ταῦτα εἴρηται.* 44) Schol. Nem. VII, 150: *Τὸ δ' ἐμὸν οὔ ποτε φάσει κέαρ ἀτρόποισι Νεοπτόλεμον ἑλκύσαι ἔπεσι: οὐκ ἀτρόπως φησὶν οὐδ' ἀπεοικότως εἰς μνήμην ἐληλυθέναι Νεοπτολέμου. ὁ μὲν οὖν Καλλίστρατος, ἐπεὶ ἔφησε* (sic Boeckh. pro vulg. *K. ἐπέφησε*) *τὸν Σωγένη γείτονα εἶναι τοῦ Ἡρακλέους, καὶ*

ut hominum denique, locorum, temporum rationes[45]) quo carmina pertinerent, accurate indagaret, exponeret, constitueret. Quibus in Pindaricam Musam Callistrati meritorum speciminibus adiungimus statim quae de tragicorum principibus perpauca supersunt indicia. De Aeschylo quidem, tametsi is (licet uberrimus alioquin obscurissimorum vocabulorum fons) multo rarius omnino quam reliqui eiusdem ordinis poetae suos commentatores inter Alexandrinos nactus videtur, tamen nec affirmaverim quicquam, nec propter testium silentium plane negaverim. Nam lubrica ratio. Quae induxit quem nuper haud quidem Lehrsiano acumine de Sophoclis et Aristophanis Scholiorum adornatione disputasse video [46]), ut *Sophoclem* non interpretatus esse Callistratus satis ei confidenter ediceretur. Temere quidem. Nam quae cum florentissima illa olim, nunc paene intermortua Tecmessae sententiae *Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει* a Callistrato quo firmius inculcaretur comparata videmus[47]), cur alio quam ad ipsos Sophocleos commentarios trahamus idonea causa prorsus est nulla. De *Euripide* quae

---

*ὁ Νεοπτόλεμος δὲ γειτνιᾷ τῷ θεῷ τῷ ἐν Δελφοῖς, κατὰ τοῦτό φησιν οἰκείως μεμνῆσθαι Νεοπτολέμου, διὰ τὴν ἀμφοτέρων γειτνίασιν.* 45) Schol. Isthm. IV. pr. *Φυλακίδᾳ Αἰγινήτῃ: Καλλίστρατος Φυλακίδᾳ μόνῳ γεγράφθαι φησί, συμπεριειλῆφθαι δὲ ἔξωθεν τὴν τοῦ Πυθέου νίκην, καθάπερ καὶ ἐν τῇ μετὰ ταύτην τὴν Εὐθυμένους* (v. 85. vulg.) *ὄντος αὐτῶν συγγενοῦς.* Schol. Nem. III, 5. sq. *ὕδατι... ἐπ' Ἀσωπίῳ: ὁ Δίδυμος διηπατῆσθαί φησι τοὺς ὑπομνηματισαμένους τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ποταμῶν· οἱ γὰρ Ἀσωποὶ πλείους, ὧν ἕνα φησὶν εἶναι καὶ τὸν ἐν Αἰγίνῃ· ὁ δὲ Καλλίστρατος Ἀσωπίδα ἐν Αἰγίνῃ.* Schol. Pyth. II. pr. *Τῷ αὐτῷ Ἱέρωνι ἅρματι:* haeserunt interpp. veteres, ad quodnam ludorum genus hoc carmen referendum esset: *Καλλίμαχος δὲ Νεμεακόν* (huic nimium tribuisse videtur Schneidewin. in Eust. Prooem. comm. Pind. p. 25: neque enim Aristophanes nec Aristarchus mea quidem sententia in damni periculum per Callimachum venire potuerit), *Ἀμμώνιος δὲ καὶ Καλλίστρατος Ὀλυμπιακόν.* Parum recte: Boeckh. T. II, 2. p. 242. 46) F. Stoecker. diss. de Sophoclis et Arist. interpp. Gr. (Progr. Hammon. 1826. 4.) p. 11. 47) Schol. Barocc. Ai. 283. ap. Erf. (ap. Lobeck. p. 214.): *Ἐκ τῶν Καλλιστράτου· ὥσπερ γὰρ τὰ φύλλα κόσμον τοῖς δένδρεσι φέρει, τὰ δὲ ἔρια τοῖς προβάτοις, ἡ δὲ χαίτη τοῖς ἵπποις* (librarii errore ap. Lobeck. iterum *τοῖς προβάτοις*), *ἡ δὲ γενειὰς τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω*

restant quoniam levioris momenti sunt commemorasse omnino sufficiat [48]).

6. In Homeri autem carminibus qui elaborare eorumque de emendatione bene mereri voluerit, ei quum non tam varia et ampla eruditione extrinsecus petita et coacervata opus sit quam sobrio quodam et circumspecto iudicio, assiduo et indefesso observandi studio, sensu denique ab nativa illa poetae simplicitate percipienda minime alieno: vidimus supra ab his virtutibus Callistrati ingenium quam propre abfuerit. At idem etiam erudita interpretatione quid efficere posset et assequi quum vellet experiri, quem luculentiorem poterat, quem uberiorem gloriae spe campum sibi eligere quam comicos? Nec cessit improspere res, ut apparet, siquidem, etiamsi *Cratinei* commentarii [49]) uno tantummodo specimine innotuerunt, per omnes tamen fere *Aristophanis* fabulas et de minutioribus grammaticae capitibus [50]) et de difficilibus obscurisque vocabu-

---

*καὶ ἡ σιωπὴ κόσμον ταῖς γυναιξὶ φέρει.* 48) Schol. Or. 304: *K. τὴν ἐκτὸς τοῦ σ γραφὴν διδάσκει* (sc. *νοσῇ ... δοξάζῃ*), *ἵν' ᾖ ἀπὸ τοῦ Ὀρέστου εἰς τὸ κοινὸν καταβεβηκὼς ὁ λόγος*: cf. Porson. Schol. Or. 424: *διὰ τριῶν δ' ἀπόλλυμαι: ἐν τοῖς Καλλιστράτου γέγραπται· Ἐπιζητήσειεν ἄν τις, πῶς διὰ τριῶν εἰρήκει, εἰ μὴ διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη φάναι μετασχεῖν τοῦ φόνου Παλαμήδους.* Schol. Or. 1031: *Ἀγαμέμνονος γόνον: γράφεται καὶ δόμον· οὕτω γὰρ καὶ Καλλίστρατός φησιν Ἀριστοφάνη γράφειν.* 49) Ath. IX. p. 495. A: *πελίκαι· Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήματι Θρᾳττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα.* (Quae non fugernnt Bergkii aciem de Com. ant p. 66.) Vox Boeotorum: Müller. Orchom. p. 78. 50) Schol. Vesp. 800 (804 Bekk.): *Ἑκάταιον: τῇ προςῳδίᾳ Καλλίστρατος ὡς ἐπινίκιον· ἔν τισι γὰρ εὕρηται Ἑκατεῖον.* Nihil nisi *προπαροξύτονον* voluit Callistratus, *Ἑκάταιον*, non *Ἑκάτιον*, ut putat Florens Chr. Schol. Ran. 272 (270): *τὸν ναῦλον: K. ὅτι τὸν ναῦλον ἀρσενικῶς, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ναῦλον εἰώθασι λέγειν· διασώζεται δὲ καὶ ἔν τισιν ἡ γραφή· καὶ ὅτι παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ἡ ναῦλος· „ἡ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεὼς ὀφείλεται“· οὐ μόνον δὲ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δύο λέγεται λλ* (*ἀλλὰ καὶ διὰ δύο λλ* Rav.), *ναῦλλος καὶ ναῦλλον.* Schol. Ran. 575 (567): *τὰς ψιάθους: ἐν δὲ τῷ Καλλιστράτῳ* (sic) *γέγραπται τοὺς ψιάθους καὶ ὅτι σεσημείωται τοῦτο ὅτι ἀρσενικῶς εἶπε.* h. e. „et probatum esse masculinum genus apud poetam.“ A quo? Nimirum ab Aristophane per scholas. Similiter accipiendum Schol. , 163: *καὶ ἐπίσκοπος: τοῦτο δέ τινες σημειοῦνται πρὸς τὸ ἀγνοεῖν*

lis[51]) et de proverbiis[52]) et de personis[53]) et de locis[54]) et de aliis lucem desiderantibus partibus[55]) multiplicem exquisitamque

---

γράμματα τοὺς ἥρωας ... Ἀριστοφάνης δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπίσκοπος ἐπίστροφος σημειοῦται. Item Schol. β, 812: ὡς τὸ πάροιθεν: τοῦτο σημειοῦται Ἀριστοφάνει, ὅτι ἱκανὰ ἔτη ἐγεγόνει, ἀφ' οὗ οἱ μνηστῆρες συνήχθησαν. unde iure colligas variam olim hoc loco extitisse scripturam. Eadem ratione σημειοῦσθαι πρός τι: Schol. ε, 185: καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ: γράφεται καὶ ὕδατος, πρὸς ὃ ἐσημειοῦτο Ἀριστοφάνης: scilicet propter analogiam aliorum locorum: cf. *B*, 755. Θ, 369. Et sic porro. Ceterum parum adhuc observata grammaticorum terminologia. De nonnullis v. Gisb. Cuper. Observv. I, 15. et Bast. in Greg. p. 215. sq. Schol. Ran. 706 (693): Πλαταιᾶς: *K.* φησιν οὐ συναλοιφὴν εἶναι, ἀλλὰ διάλεκτον ἰδίαν, σημαίνουσαν τὸ δέον εἶναι ἢ ὁμοίους ἡγεῖσθαι τοῖς ἐν Πλαταιᾶσι τὸ Ξέρξου νενικηκόσι πεζόν: cf. Buttmann. Gr. Gr. T. I. p. 194. 51) Schol. Vesp. 213. ὅσον στίλην: ὅτι σημαίνει τὸ ἐλάχιστον (Phot. p. 465.). *K.* δὲ νομισμάτιόν τι ἐλάχιστον: optime! Schol. Av. 436. τοὐπιστάτου: *K.* ἐπιστάτην τὸ τῇ ἐσχάρᾳ ἐπιτιθέμενον ξύλον. Hinc Eust. Od. p. 1827, 57. Schol. Av. 530: βλιμάζοντες: *K.* ἀντὶ τοῦ ψηλαφοῦν: minus accurate, v. Schol. unde Suidas. Schol. Av. 934: σπολάδα: alii aliter, *K.* δὲ οἷον ἔφαπτον δερμάτινον: recte. Idem Phot. p. 458. cf. Alberti in Hesych. s. v. Schol. Av. 1378: φιλύρινον Κινησίαν: *K.* χλωρόν. ἡ γὰρ φιλύρα χλωρόν, χλωρὸς δὲ καὶ οὗτος. Schol. Ran. 92: ἐπιφυλλίδες: τὰ ἐπικείμενα τοῖς μεγάλοις βότρυσι βοτρύδια· *K.* δὲ τὰ καθ' ἑαυτὰ μικρά. κέκληται δὲ οὕτως διὰ τὸ τοῖς φύλλοις καλύπτεσθαι· ἢ τὰ πρὸς αὐτοῖς τοῖς φύλλοις. Redit Callistratus ap. Suid. cf. Zon. p. 806. intt. Hesych. Schol. Ran. 224 (222): ὄρρον: *K.* τὴν ὀσφῦν καὶ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. Suidae exemit Bernhardy. Cf. Valck. Animm. in Ammon. I, 9. Schol. Ran. 848 (825): λίσπη: οὕτω λέγονται οἱ τοιοῦτοι ἀστράγαλοι, ἀφ' οὗ καὶ οἱ λίσποι τὰ ἰσχία· *K.* δὲ θηρίδιον λεπτὸν σφόδρα, ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὰ ἰσχία λεπτοὶ λίσποι λέγονται. Perperam: cf. Ruhnk. in Tim. p. 175. 52) Schol. Vesp. 692 (604): Πρωκτὸς λουτροῦ περιγινόμενος: *K.* φησι· παροιμία „πρωκτὸς λουτροῦ περιγίνῃ" ἐπὶ τῶν βιαζομένων εἰς κακὸν ἑαυτούς, ὡς εἴ τις βιάζοιτο μὴ ἀποπλύνεσθαι. Cf. intt. Hesych. Schol. Vesp. 673 (675): Κόννου ψῆφον: *K.* παροιμίαν φησὶ „Κόννου θρῖον", παρ' ἣν παίζει. Cf. intt. Suidae. Schol. Pac. 1060 (1025): Γλῶττα χωρὶς τέμνεται: καὶ τοῦτο παροιμιακὸν ἀπὸ Ὁμήρου· „ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας", ὥς φησι Καλλίστρατος. Quocum conferendum Schol. Plut. 1111: Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι: *K.* τῶν θυομένων φησὶ τὰς γλώσσας τοῖς κήρυξιν ἀπονέμεσθαι· διὸ καὶ τὸν ποιητὴν ποιεῖν τῷ Ἑρμῇ τεμνομένας αὐτάς. καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τὸν Ἑρμῆν λέγει ἧκον-

**Callistrati doctrinam etiamnunc a veteribus interpretibus videmus appositam. In qua quidem quamquam interdum a vero**

---

τα παρὰ Διός: v. Hemsterh. 53) Schol. Vesp. 157: Δρακοντίδης: K. δὲ ἕνα τῶν λ' φησίν, εἰ μὴ ὁμώνυμος· ἔστι γὰρ οὗτος ὁ τὸ περὶ τῶν λ' ψήφισμα περὶ ὀλιγαρχίας γράψας, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις. Hoc rectius: C. F. Hermann. de A. Gr. §. 168, 4. Schol. Av. 998 (997): Μέτων: ἄριστος ἀστρονόμος καὶ γεωμέτρης. τούτου ἐστὶν ὁ ἐνιαυτὸς ὁ λεγόμενος Μέτωνος. φησὶ δὲ K. ἐν Κολωνῷ ἀνάθημά τι εἶναι αὐτοῦ ἀστρολογικόν. Hinc Suidas. Schol. Ran. 803 (790): Κλειδημίδης: K. ὅτι ἴσως Σοφοκλέους υἱὸς οὗτος, Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι Σοφοκλέους ὑποκριτής. Utrumque componit F. Schultz. de vit. Soph. p. 115. Schol. Plut. 179: Φιλωνίδου: Φιλωνίδην δὲ οὐ τὸν ποιητήν φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφανείοις ἐγγεγραμμένον δράμασιν, ὡς οἱ περὶ K. ἐν τῇ (οἴονται coni. Hemsterh.) ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες ἀλλὰ κτλ. Schol. Plut. 385: Πάμφιλος: de hoc alii aliter, Καλλίστρατος δὲ καὶ Εὐφρόνιος τραγῳδιῶν ποιητήν φασι καὶ διδάξαι Ἡρακλείδας. Uberius de Pamphilis Fuhr. Mus. Rhen. a. 1837. p. 422. sqq. Ceterum Euphronius ille, quocum facit hoc loco Callistratus, quis fuerit, cuius aetatis, denique cuias, etiamsi et in his ipsis ad Aristophanem Scholiis saepissime et alias passim (ut ap. Ath. XI. p. 495. C. unde probabiliter Cratini Thressarum interpretem elicuit Bergk. de Com. ant. p. 91.) commemoretur, frustra quaesiveris. Ego vero solvam illud ζήτημα. Spondeo enim, idem comparet ap. Suidam v. Ἀριστοφάνης Βυζάντιος . . . ἤκουσε Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου. Plane eadem ratione Ἀπολλώνιος est ap. Diog. L. VII, 170. Chrysippi pater, ap. Suidam (v. Χρύσιππος) Ἀπολλωνίδης: quamque trita paene fuerit haec primitivorum et patronymicorum nominum commutatio, luculenter docet Hemsterh. in Lucian. Tim. p. 414. ut mittam alios, quos iam a Bagneto de Chrysipp. (Annal. Acad. Lovan. T. IV.) p. 14. praeoccupatos video. — Sed (o fallacem hominum spem!) quo iam Euphronius, πῆ ἔβαν εὐχωλαί! Qui tot post se longo intervallo reliquit competitores Musei Alexandrini nuperrimus sospitator, quantum et hic divinatione sua antevertit omnes! Non Dionysius Iambus (de quo Plut. de Mus. p. 1136. Ath. VII. p. 284. B. Clemens Alex. Strom. V. p. 569.) fuit Aristophanis magister, non Euphronides's. Euphronius Corinthius, sed — „Dionysius Euphronides" (p. 73.). 54) Schol. Pac. 1126 (1092): Ἐλύμνιον: Καλλίστρατός φησι τόπον Εὐβοίας τὸ Ἐλύμνιον· Ἀπολλώνιος δὲ ναόν φησιν εἶναι πλησίον Εὐβοίας. Accuratius Steph. Byz. v. Ἐλύμνιον· νῆσος Εὐβοίας πόλιν ἔχουσα. 55) Reliqua breviter apponam: Schol. Vesp. 769 (772): Εἵλη κατ' ὄρθρον: γράφεται δὲ καὶ κατ' ὀρθὸν ἐν πολλοῖς· καὶ ἐξηγούμενος K. φησι, κατὰ τὸ ὀρθῶς ἔχον· οὐχὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷδ' ἡλιά-

aberrasse deprehenditur, nemo tamen id huic grammatico vertat dedecori, qui meminerit, quot quantosque homines vel nostra aetate procax ille Gratiarum alumnus haerentes, desudantes, labentes derideat.

7. Quam magnifice senserit de Menandro, summo illo ac praestantissimo vitae imitandae artifice, Aristophanes Byzantius, utpote cui vel secundum locum post Homerum concesserit, res est notissima omnibus [56]). Tantam autem admirationem ne id quidem valuisse in discipulum, ut aliquid certe curae ac diligentiae huic poetae impertiret, mihi quidem recedere videtur ab omni probabilitate longissime. Verumtamen ut non integris ac peculiaribus commentariis Menandrum reliquosque eiusdem ordinis poetas recensuerit et illustrarit, diligenti tamen lectione cum in recentioris tum potissimum in mediae comoediae operibus versatum fuisse Callistratum, id mea quidem opinione non iam colligi, verum etiam perspicue intelligi licet, quoniam et is post multos alios [57]) de eo hominum genere scripsisse traditur, quod pristina Graeciae virtute ac libertate deperdita non modo in scena sed quodammodo etiam in vita prin-

---

σῃ. Schol. Av. 439: ἥνπερ (διαθήκην) ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο: Σύμμαχος Αἰσωπείου λόγου ἢ τοιούτου τινὸς ἔοικε μεμνῆσθαι· K. δὲ τοσοῦτόν φησιν ἐκ διηγηματίου τινὸς εἱλκύσθαι. Parodiam detexit apud Schol. Av. 1337: Γενοίμαν ἀετός: ἐν τοῖς Καλλιστράτου δὲ τὰ ἐξ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους (Brunck. p. 57. Lips.). Schol. Ran. 596 (588): Ἀρχέδημος ὁ γλάμων: K. φησιν ὅτι οὕτως ἐκαλεῖτο Γλάμων, ὡς Χάρων: sed cf. Bergk. de Com. ant. p. 336. Schol. Ran. 802 (787): Κἀκεῖνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου: K. οὐχ ὡς παραδεδωκότος Αἰσχύλου τὸν θρόνον, ἀλλ' ὡς παραδεδεγμένου αὐτὸν καὶ ὑποκεχωρηκότος. Schol. Plut. 718: σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων: K. ἐπὶ τὸ σαφὲς κατηνέχθη, ὡς σκοροδοφόρου τῆς γῆς οὔσης· διὸ καὶ τὸ παρὰ Ἀντιμάχῳ (Schellenb. fragm. LXX.) „Τήνου τ' ὀφιοέσσης" οὐ καλῶς ἔχειν δοκεῖ: cf. Hemsterh.

56) Cf. Meinek. in Men. Praef. p. XXXIII. Ceterum (id quod non sine voluptate cognovi) apprime ad Aristophanis sententiam de Menandro iudicavit ipse quotquot praeter Homerum terra tulit poetarum summus: cf. P. Eckermanni Colloq. T. I. p. 217.

57) Proxime anteivit ipse Aristophanes Byz. (περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων: Ath. XIII. p. 567. A.), cuius itidem praeceptor sive potius amicus Machon, comicus poeta, multus de hoc genere fuerat in Chriis: Ath. XIII. p. 578. sqq. alibi. Sed nolo acta agere post Fr. Iacobsium, Virum Venerabilem, Scriptt. misc. T. IV.

cipatum sibi vindicaverat, dico — de *meretricibus*. Huius autem operis (quod tametsi uno tantum ac parvulo fragmento nobis innotuit[58]) non temere tamen quendam quasi novae comoediae commentarium vocaverimus) ad indolem ac formam quam proxime accesserint etiam *Miscellanea* eius, quorum per septem vel plures fortasse libros cum commentarios suos variis additamentis auxisse et amplificasse, tum de ipsorum poetarum vitis ac moribus memorabiles nec scitu indignas lectuve iniucundas res coacervasse ac memoriae prodidisse videtur [59]).

---

58) Ath. XIII p. 561. D: *ἐπλούτει δὲ σφόδρα ἡ Φρύνη καὶ ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι Θηβαῖοι· Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα· ὡς ἱστορεῖ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν.* 59) Et de operis librorum numero et de indole quod dixi luculenter prodit ex ipsis duobus locis, quibus eius memoria servata est: Erotian. Vocc. Hippocr. p. 394: *Χεῖαι: Ἐπικλῆς φησὶ ψυχαί· οὐκ ὀρθῶς. χεῖαι γάρ εἰσιν ὑποδήματος γυναικείου εἶδος, καθά φησιν Ἐρατοσθένης* (Bernhardy. p. 206.) *καὶ Καλλίστρατος ἐν ς´ Συμμίκτων.* Ath. III. p. 125. C: *Καλλίστρατος ἐν ἑβδόμῳ Συμμίκτων φησὶν ὡς ἑστιώμενος παρά τισι* (v. Schneidew. Prolegg. Simonid. p. X.) *Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς καυματώδους καύματος ὥρᾳ καὶ τῶν οἰνοχόων τοῖς ἄλλοις μισγόντων εἰς τὸ ποτὸν χιόνος, αὐτῷ δὲ οὔ, ἀπεσχεδίασε τόδε τὸ ἐπίγραμμα* (fr. CCXXVII.)·

*Τῇ ῥά ποτ᾽ Οὐλύμποιο περὶ πλευρὰς ἐκάλυψεν*
*ὠκὺς ἀπὸ Θρῄκης ὀρνύμενος βορέης,*
*ἀνδρῶν δ᾽ ἀχλαίνων ἔδακε φρένας, αὐτὰρ ἐκάμφθη*
*ζωὴ Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη,*
*ἔν τις ἐμοὶ καὶ τῆς χεέτω μέρος· οὐ γὰρ ἔοικε*
*θερμὴν βαστάζειν ἀνδρὶ φίλῳ πρόποσιν.*

Ad eadem Miscellanea, non ad peculiarem librum *περὶ λίθων* quem posuit Harduinus, rettulerim quae duobus locis Plinius tradit Callistrato auctore, altero de succinorum efficacitate (H. N. XXXVII, 12.), altero de carbunculorum natura ac virtute (ib. 25.): quos quoniam longiusculi sunt commemorasse sat sit. Statim vero subiungamus reliqua etiam grammaticae Callistrati doctrinae specimina partim fortasse ex ipsis Miscellaneis deprompta, maximam tamen partem aperte ex commentariis, quorum locum aegre nunc indagaveris. Harp. v. *Ἁπλᾶς: Δημοσθένης κατὰ Κόνωνος. Καλλίστρατός φησι τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων οὕτω καλεῖσθαι. Στράττις Λημνομέδᾳ· „Ὑπόδημα σεαυτῷ πρίασθαι τῶν ἁπλῶν."* Redit Callistratus ap. Suid. Zon. p. 242. et in Lex. Seguer. Bekk. p. 425. (Bachm. p. 121.) Hesychius v. *Ἐλειούς: Ἀρίσταρχός*

8. Quae praeter ea de quibus diximus ferunt Callistrati nomen opera tria sunt. Ac primum quidem videmus ad Samothracae historiam Dionysium Halicarnassensem provocare; dein saepius commemorant cum Scholiastae in Aeschylum et Apollonium tum potissimum Stephanus Byzantius varios libros de Heraclea; denique ex Athenarum descriptione aliquoties certe et Harpocratio et alii nonnihil in medium proferunt. Quorum tamen operum quum Aristophaneum grammaticum praeter Reinesium[60]) auctorem omnium habuerit quod sciam nemo, alii vero Athenarum descriptionem addubitaverint[61]), alii abiudicaverint diserte Heracleae historiam[62]), priusquam rem aggre-

φησι γίνεσθαι ἐν τοῖς φρυγάνοις ὡς σαύρας· ὁ δὲ Κ. σκωληκοειδές τι, ᾧ χρήσασθαι εἰς δέλεαρ τοὺς ἁλιεῖς· εἶναι δὲ ἐν τοῖς δρυσίν. Cf. intt. v. Ἐλύιος. Hesych. v. Θρώσκω γνώμα (l. γνώμᾳ c. Hemsterh.): Κ. ἀντὶ τοῦ αἰσθάνομαι νῦν κεῖσθαι λέγει· τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ὁρῶσαι, κατὰ τὸ πληθυντικόν. Egregie Hemsterh.: τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ὁ ρ ῶ. σαι κατὰ τὸ πληθυντικόν. Idem Callistratea ad commentarios in Pindarum rettulit. Assentiebatur Boeckhius Schol. Praef. p. XIII. Postea tamen (in Fragm. 290.) comicam parodiam ei sapere videbatur glossa Hesychii. Hesychius v. Ἰλλυρὶς γονή: ἀντὶ τοῦ Ἰλλυρὶς γενεά. γράφεται δὲ καὶ γυνή· ὁ δὲ Κ. γύη, ἀντὶ τοῦ γῆ. χρῶνται γὰρ οὕτως· Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. Hesychius v. Κύδρος: ἔνδοξος, καὶ τὰ ὅμοια. γαυριῶν. πεποιθών. εὐρύτιδις. συγκοπὸν δὲ τοῦ κύδρος· Καλλίστρατος. Ceteris probabilius Is. Vossius: . . . γαυριῶν, πεποιθώς· Εὐριπίδης. συγκοπὲν δὲ τοῦ κύδερος. Κ. Photius p. 87: Ἰδαρναῖοι: μάντεις ἀπό τινος Ἰδαρνοῦ μάντεως· οἱ δὲ ἀπὸ πόλεως Καρικῆς· Κ. δὲ τοὺς ἐκτομίας. Cf. Hesych. v. Ἰδάρνας. Photius p. 142: Κίλλεια: πρὸς τῷ Ὑμηττῷ δασύ· οἱ δὲ κρήνην· Κ. δὲ ἄγριον λάχανον τραχύ. Εὐφρόνιος δὲ τὰ ἀκανθώδη τῶν ἐχίνων. Ex commentariis in comicos. Accuratius paulo Hesychius. Photius p. 436: Σελάχιον: ἰχθύδιον, ὃ μόνον ζωοτοκεῖ, πρῶτον ὠοτοκῆσαι ἐν αὐτῷ πλὴν βατράχου· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔσω λεχώζειν· Κ. δὲ τὸ τοῦ ἰχθύος κόπαιον· λέγεται δὲ καὶ παλάχιον (τεμάχιον Reines. V. L. III. p. 475.). Redit Callistratus ap. Suid. Item Hesych. Σελάχιον, κόμμα ἰχθύος. Ceterum ex Photio colligere possis Callistrati in Eupolidem commentarium. Certe vox Eupolidea: Erotian. Vocc. Hippocr. p. 348. Deinque etiam ap. Suidam vv. Ἀναγκαῖον. Ἀναρᾶσθαι. Ἀνώγεων pro Callisthene Callistratum reponere maluit Reines. V. L. III. p. 366. Ἐπέχω. 60) V. L. III. p. 475. coll. p. 366. Samothracae quidem historiam non commemorat; sed quum ne in Domitio quidem offenderet, iure licuit opinor de omnibus loqui. 61) G. Bernhardy in Suid. v. Κεραμεικός. 62) A. Weichert.

diamur, illud ipsum explorandum erit et constituendum, iurene omnino grammatico nostro honos ille tribui possit an sit alii potius eiusdem nominis erudito homini vindicandus. In qua lite dirimenda ne partium studio commoveri videamur, caute est et gradatim procedendum. Unusquisque autem etiamsi plane nulla praeoccupatus opinione et integra mente rem consideraverit, hoc unum tamen, ut opinor, statim non concedet modo, verum tanquam firmum ponet et indubitatum, quemadmodum unius sunt generis scripta illa omnia, ita omnium etiam unum, non plures ac diversos Callistratos, pro auctore esse habendum. Itaque quoniam quod de uno eorum operum aut constet aut demonstratum fuerit, idem de omnibus valeat necesse est, et omnia unius aetatis esse et omnium auctorem sub Ptolemaeis vixisse propter Dionysii Halicarnassensis auctoritatem res est certissima. Nunc vide. Nosti Callistratum nobilem grammaticum florentem sub Philometore. Scis nihil tritius fuisse illo tempore doctis hominibus quam philologiam iungere grammaticae. Scis illum ipsum grammaticum, sicuti et in Pindarum commentarii et in Aristophanem et Miscellanea et liber de meretricibus luculenter manifestant, adeo non in litterulis computandis haesisse, ut rebus etiam, scilicet quas verbis solent opponere, haud infimam studiorum partem concederet. Affertur iam Callistratus, homo doctus. Audis sub Ptolemaeis vivere. Audis scripsisse de Athenis, de Samothrace, de Heraclea. De Heraclea — iniicis: recordaris statim Aristophanei testimonium de Mariandynis [63]). Quaeris, circumspicis, prae-

---

de Apoll. Rh. p. 256. eumque secutus H. L. Polsberw. de Heracl. Pont. Spec. I. (Brandenb. 1833.) p. 18. Quibus praeivit Fabricius: cf. n. 8. 63) Ath. VI. p. 263. E: *Λέγει δὲ καὶ Καλλίστρατος ὁ Ἀριστοφάνειος ὅτι τοὺς Μαριανδυνοὺς ὠνόμαζον μέν* (sc. Heracleotae) *δωροφόρους ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας, καθάπερ Σπαρτιᾶται μὲν ἐποίησαν ἐπὶ τῶν Εἱλώτων, Θετταλοὶ δ᾽ ἐπὶ τῶν πενεστῶν, Κρῆτες δ᾽ ἐπὶ τῶν κλαρωτῶν.* Unde Kust. II. p. 1090, 55. Cf. Poll. III, 83. Hesych. v. *Δωροφόρους.* Possit aliquis suspicari propter similium exemplorum cumulationem ad grammaticum potius quam ad historicum opus locum pertinere. Attamen quam amarit fere Callistratus ubi licuit *οὐ τῇ χειρὶ σπείρειν, ἀλλὰ τῷ ὅλῳ θυλάκῳ*, vel uno illo ex Sophocleis commentariis superstite loco satis docemur (n. 47.).

ter Aristophaneum eruditum eius aetatis hominem detegis nullum. Iam quaeso, proloquitor libere, quid praestabilius, in hospite amicum grammaticum agnoscere, an foras trudere novum plane et ignotum hominem? — Sed cautius iam audio ac benevole monentem Weichertum: caveto, niger est, videsne Domitii praenomine aperte differre ab Aristophaneo tuo? Cautius quidem, sed cautius iusto. An quod eundem accuratae eruditionis virum Weichertum simpliciter nuncupant alii, alii Augustum Weichertum, propterea Augustum Weichertum et Weichertum habueris diversos? Sed Aristophaneus cognominatur grammaticus. Quasi vel hodie qui studiosissimi magistrorum suorum sectatores honorifica -anorum appellatione gaudent, hinc quovis alio debeant abdicati nomine esse et quasi intersepti. Ac sentisne tuo te ipsum gladio iugulare in distinctione illa ubi constanter perseveraveris? Scilicet si quando tam validum est Callistratum inter et Domitium Callistratum discrimen, cur non eodem etiam iure simplicem, ut ita dicam, Callistratum, qui est ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας apud Aeschyli Scholiastam et Apollonii, et Domitium Callistratum, quem ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ἡρακλείας Stephanus laudat, licebit seiungere? Quidni igitur hoc potius ex Stephano colligamus, ipsius Aristophanei plenum nomen fuisse Domitium Callistratum? At vero, iniiciat aliquis — quamquam revera hucusque nemo iniecit: nam et in Domitii praenomine acquievit Weichertus, et in temporibus adeo non offendit, ut vel ab Apollonio Domitium Callistratum lectum suspicaretur — unde nomen aperte Romanum in grammatico qui sub Philometore floruit? Res profecto cui non Thestoridae artem impertivit Apollo perobscura et admodum ardua. Nihilominus tamen, si quidem aequius mecum agens non qui vere factum sit, sed qui potuerit fieri quaeras, vel sic morigerari conabor. Etenim Domitius unde omnino ducendus? Duplex si quid video ratio. Nam quum de adoptione in Graeco illius potissimum temporis homine ne cogitare quidem liceat, Callistratus aut libertus erat Domitii cuiusdam, aut huius ope civitatem adeptus [64]). Illud quominus credamus quae obstent plurima sunt: itaque in altero acquiescendum. Id quod optime et

64) Cf. I. G. Voss. Aristarch. p. 400.

Heracleensis historiae auctori convenit et grammatico Aristophaneo. Nempe quem censes quaeso potuisse melius, quem omnino voluisse post multiplices aliorum curas de Heraclea scribere, nisi cui pro sua etiam parte ut more illius aetatis patriam decoraret curae cordique esset, ipsi civi Heracleensi? Sed vixit tamen Alexandriae: alioquin enim qui poterat Aristophaneus esse; qui de Musei exemplaris lectionibus accurate tradere [65]), nisi ipsas Ptolemaeorum bibliothecas frequentarit? Ain'? Scilicet asseveravit tibi nunquam redisse; ne tum quidem quum quicquid esset Alexandriae eruditorum hominum expelleret Physco ac dissiparet [66])? Fac igitur Callistratum, qui antea bibliothecae copiis adiutus ad magistri exemplum grammaticis potissimum studiis Alexandriae sese dederit, aetate provectiorem — ac talis fere fuit in illa rerum perturbatione [67]) — remigrasse in patriam, fac ibi — nec erat pro insigni quae illis temporibus inter Romanos et Heracleotas obtinebat consuetudine et amicitia [68]) quicquam eventu facilius — per litterarum amantiorem quendam ex Domitiis Romanum Callistrato, doctorum Heracleotarum tum facile principi, civitatem Romanam (possis suspicari ad ipsam Physconis iniuriam resarciendam) impetratam fuisse: quid monstri iam in Domitio Callistrato Aristophaneo? Quid veri similius, quam in hoc demum otio, grammaticis studiis intermissis, Heracleae res eum componere suscepisse? Cui operi quum utpote luculento cuidam patriae gloriae monimento plenum Domitii Callistrati nomen inscriberet, idem tamen (etsi in Samothracae fortasse historia et Athenarum descriptione auctorum incuria decurtatum sit) cur a commentariis Alexandriae elucubratis abesse debuerit satis apertum est. — Sed hactenus quidem alucinationum. Unam voluimus fingere viam, qua in Aristophaneo expediretur Domitius: possemus centum, si ferreus lector. Quoniam vero rara Didymorum gens, hoc demonstrasse sufficiat, etiamsi Aristophaneum et Domitium Callistratum eundem

65) Cf. n. 37. 66) Ath. IV. p. 184. C. 67) Floruit enim Callistratus, ut vidimus (§. 3.), circa a. 154. a. Chr. Quo tempore si quadragesimum quintum vel sextum aetatis annum egisse ponimus, a. 140. a. Chr., circa quem evenerunt illae turbae (cf. Champollion-Figeac. Annal. Lagidd. T. II. p. 397.), fere sexagenarius erat. 68) Cf. Memnon. Hist. Heracl. c. XXVI. Orell.

esse, religiosiori quidem (nam oculati testes desunt) ad evidentiam perduci nequeat, cur tamen diversos habeamus necessitatem nullam, cur non diversos probabilitatem summam: itaque certe non temerarii videbimur, si et Domitii praenomen et tria opera illa quae in principio huius capitis produximus, donec meliora docuerint alii, Aristophaneo vindicaverimus.

9. Si verum est, quod vel princeps philosophorum approbavit, eruditionis praeter alias eximias hanc quoque esse virtutem, quod vel in eo perquam amet nervos suos intendere, unde commodi quidem litteris nec hilum prodierit: ab ea certe parte quod modo tirocinium posui non omni opinor laude carebit. Quicquid enim ista machinatione effectum est, si volueris in summam redigere, adeo profecto nihil sive Callistrati gloriae sive litterarum historiae emolumenti accreverit, ut vel si iustus auctor possessionis suae damnum fecerit, nec invito id nec iniquo animo tulerit. Nam de *Samothracae* quidem historia, ut hanc primum commemorem, etiamsi possit ea vel ab Ioanne Cannabutza etiamnunc lecta videri[69]), nobis tamen praeter unum Dionysii locum, ubi ad Penatum Romanorum originem demonstrandam Callistratus una cum Satyro et aliis de magnorum deorum sacris testis citatur, aliunde compertum est nihil. Quod de *Heraclea* opus composuit ut olim sine dubio reliqua ambitu suo superavit (constitit enim si minimum ponis ex septem partibus, quum nec Samothraciae historiae certum librum Dionysius significet et Athenarum descriptio σύγγραμμα tantum vocetur), ita hodie etiam ex maiore reliquiarum numero agnoscitur. Quae tamen nihil amplius docent, nisi quod ex eiusmodi scriptionum genere (scilicet adeo frequentatum erat, ut vel in utramvis partem excellere aeque arduum) per se collegeris; nempe primum de Heracleotarum origine, sacris, institutis exposuisse, dein transisse ad Mariandynos, qui tanquam alte-

69) Certe commemorat is Callistrati κεχωρισμένην ἱστορίαν περὶ Σαμοθράκης in „Commentario epistolari in Dionysii locum de insula Samothrace et diis Troicis“ c. LXXXI. Quamquam probabilius est, et ipsum ex recentioribus mythographis hausisse: cf. cui omnia haec debeo A. Lobeck. Aglaoph. p. 1204. sq. Ipsa Dionysii verba (A. R. I, 68.) transcribere et longum est et ab hac disputatione alienum.

ram civitatis partem efficiebant, tum propinquas variaque ratione cum Heraclea coniunctas regiones, urbes, gentes descripsisse, subiunxisse denique, quemadmodum fere apud Strabonem videmus, hominum qui ex ea civitate prodierant illustrium conspectum quendam atque recensum[70]). Superest tandem de *Athenis* opusculum. Quo quidem non id sequebatur, ut varias historias ex Atticarum fabularum cyclo coacervaret, in quo genere rarum erat post Atthidum scriptores[71]) spicilegium, sed ut, in quo minus adhuc elaboraverant eruditi[72]), eorum locorum et aedificiorum, quae praecipuo essent Athenis splendori, commoda quaedam et accurata proponeretur descriptio[73]).

---

70) Pleraque iam Conr. Orelli in Memnon. Hist. Heracl. Pont. (L. 1816.) p. 105. sq. composuit; quae indicasse satis habui. Quod igitur de Heracleotis dixi (quamvis *primi* libri nullum teneamus fragmentum) luculenter patet ex iis, quae *secundo* disputavit de Mariandynis. Cuius reliquias suppeditant: Schol. Apoll. Rh. I, 1126. (II, 780.) Schol. Aesch. Pers. 933. Quibus adde quae n. 63. ascripsimus. Minoris momenti sunt quae restant ex reliquis, ut ex *tertio* ap. Steph. Byz. v. *Ψίλιον: ποταμὸς μεταξὺ Θυνίας καὶ Βιθυνίας· Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ περὶ Ἡρακλείας.* Idem v. *Τάφραι: καὶ Τάφρη ἑνικῶς. χώρα ταφρευθεῖσα περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ὑπὸ δούλων ταῖς δεσποίναις συμμιγέντων κατὰ τὸν πόλεμον τῶν Σκυθῶν, τῶν δεσποτῶν πολεμούντων τοῖς Θρᾳξὶν ἢ τοῖς ἐντὸς Ἴστρου, ὡς Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ.* (His igitur nimis caute subiunxit Clinton. F. H. III. p. 531: It is not clear, however that Steph. refers of the grammarian Callistratus.) *Quarti* quae habet idem v. *Ἀρχιρόεσσα* et v. *Μόκατα*. *Sexti* quae idem v. *Ὀδιούπολις* et v. *Ὕπιος: ποταμὸς καὶ πόλις ὑπὸ Ποντικὴν Ἡράκλειαν, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν ἕκτῳ τῶν περὶ Ἡρακλείας.* *Septimi* quae idem v. *Ὀλύμπη*. Quem denique illustrium hominum recensum dixi eum agnoscimus ex Suid. v. *Ἰσοκράτης, Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίστρατος, ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους κτλ.* (Perperam Kusterus: *ὡς Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ· μαθητὴς κτλ.* quod induxit Ruhnken. H. Cr. Or. Gr. p. LX.). Et v. *Φιλόξενος, Εὐλητίδου, Κυθήριος, λυρικός ... καὶ Καλλίστρατος δὲ Ἡρακλείας αὐτόν φησι Ποντικῆς.* 71) Plerosque composuit Ionsius de S. H. Ph. II, 9. Quibus adde praeter alia *Μοψοπίαν* Euphorionis: Meinek. p. 20. sq. 72) De quibusdam urbis partibus scripserunt ante Callistratum Heliodorus et Polemo (cf. O. Müller. in Encycl. Univ. T. VI. p. 228. de Polemone etiam Fr. Iacobs. Prolegg. in Anthol. Gr. p. XXXIV.): de aliis parum constat. Nam diversa miscet Leak. Topogr. Ath. p. 29. 73) Reliquiae: Harp. v.

10. Ista igitur sunt, quae per tot rerum vicissitudines de Callistrato Aristophaneo ad haec tempora pervenerunt. Quae quamvis perpauca sint, nec ostendant nisi tanquam ex longinquo

---

Ἑκατόμπεδον: Λυκοῦργος (Kiessl. p. 71.) ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται. ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδος ἐκαλεῖτο διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος· ὡς Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν. Idem v. Ἑρμαῖ: Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν γράφει ταυτί· Ἀπὸ γὰρ τῆς Ποικίλης καὶ τῆς τοῦ Βασιλέως στοᾶς εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ ἀρχόντων ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν. ἐφ' ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις· „Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί." Sequentia de suo addidit lexicographus. Breviavit Photius p. 14. ubi tamen vitiose Καλλικράτης et περὶ Ἀθηναίων. Item Suidas. Schol. Ar. Pac. 145. Bekk. ἐν Πειραεῖ δήπου 'στὶ Κανθάρου λιμήν: μέρος τοῦ Πειραιῶς, ὡς Καλλικράτης (sic) φησὶν ἢ Μενεκλῆς ἐν τῷ περὶ αθ (sic) γράφει οὕτως· ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς, πάντας κλειτούς. εἷς μέν ἐστιν ὁ κανθ (sic) λιμὴν καλούμενος, ἐν ᾧ τὰ νεώρια ἑξήκοντα. εἶτα Ἀφροδίσιον. εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. Harp. v. Κεραμεικός: Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. ὅτι δύο εἰσὶ Κεραμεικοί, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ φησίν. ὁ μὲν ἔνδον ἐν τῇ πόλει, ὁ δὲ ἕτερος ἔξω τῆς πόλεως· ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον, ὡς δηλοῖ Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν (cf. Phot. p. 135.). Paulo accuratius Schol. Ar. Av. 395. ubi ὡς Μενεκλῆς καὶ Καλλίστρατος ἐν τοῖς περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασί φασιν οὕτως· scribendum ex Suida (ubi v. Bernhardy.) — nam is descripsit Scholiastam —, ita ut verba: καλεῖται . . . ἀπέθανεν ipsa eorum verba sint. Ceterum si forte cui nimis secure constantem illam Meneclis et Callistrati coniunctionem transisse visus fuerim, feci id propterea, quod nullum inde Callistrato damni periculum imminere intellexi. Nam quum nemo facile sibi persuaserit, in diversis operibus quasi divino motu utrumque usque conspirasse, aperte alter iustus auctor est, alter compilator, cuius opera, quum auctoris forsitan mox intercidisset, et Harpocratio et Scholiasta usi sunt. Talem autem compilationem a Callistrati et temporibus et ingenio alienam esse, quivis facile assequeretur, etiamsi non esset probabile, eundem hic comparere Meneclem Barcaeum, cuius πρώτην τῆς Συναγωγῆς laudat Ath. IX. p. 390. B. (eidem tribui maluit Schol. Pind. Pyth. IV, 10. Boeckh. Praef. p. XXIV. adde Schol. *E*, 640. Etym. M. p. 35, 25.), quemque post Physconem certe vixisse ex eodem Ath. IV. p. 184. B. satis perspicue cognoscimus.

et quasi pulvere obductam huius grammatici imaginem, eo tamen opinor sufficiunt, ut si minus agnoscamus certe videamur nobis agnoscere hominem, qui etsi nec in universa Alexandrinorum litteratura nec in sua quidem disciplina antesignanus extiterit, ita tamen inter plerosque aequales suos excelluit, ut nisi ipse grammaticorum princeps eius luminibus obstruxisset, praestantissimus fortasse ac celeberrimus suae aetatis grammaticus fuisset evasurus. Cedens igitur maiori, id quod non inhonestum, satis habuit viam a praeceptore patefactam munire, insistere, monstrare aliis. Quo munere quam fuerit strenue perfunctus, ipsorum quos composuit librorum haud exigua multitudo, multitudinis vel parcissima fragmenta testantur. Quamobrem cur vere dignus fuerit qui ex obscuritate in quadam luce collocaretur, praesertim quum vel proletarium servare humanitatis sit, satis probatum puto. Quod vero ad auctorem, haud quidem habet is quod de meritis suis praedicet. Reflectite oculos ad id quod promisit. Promisso ut staret, ubivis studuit. Ad hunc ergo finem progredi si non sustinuerit lector, valde gaudebit; nam discessit palmarius: si sustinuerit ille, spondet, quod minus nunc prospere cessit operam dabit ut in posterum corrigat. Vetat quidem Venusinus poeta spem inchoare longam: est tamen auctor egregiae spei, esto lector etiam. En igitur ne quid omissum aut derelictum videatur epilogum. Ultra nefas.